

29

6.320

6320

17 Juan António Diaz de la Cerna
7 8^o Ano 1749 Juan António Diaz de la Cerna
Juan António Diaz de la Cerna

mi
ceros

mrs

Alf

1749.

1758
Juan António Diaz de la Cerna

2^o de Juan António Diaz de la Cerna

para quando mi señor me

Oct 8

10/11

10/29

n

José Antonio Diaz
de la Peña

Es de Luis Bernardo

Díaz de la Peña

1761

t.

*Opus
Lena*

IN ARISTOTELIS
EX DOCTRINA SAPIENTISSIMI MAGISTRI


Fr. DOMINICI SOTO , CONVENTVS SANCTI PAVLI
Burgensis Ordinis Prædicatorum dignissimi filij,
desumpta.

PER R. Adm. P. Fr. COSMAM DE LERMA , SACRE
Theologia Magistrum , rerunque fidei in Sacro Tribunalis
Censerem, ejusdemque Conventus benemeritum filium.

Septima

editio

1734.



1746.
CVM PRIVILEGIO REGIS
Burgis : ex Officina Typographica Athanasi Figueroa.

Omnes de Soto , natione His-
panoate insignis , ingenio clarus , sap-
ientia et philosophia , sacraque Tri-
nomos fecit progressus , reportavit palmas , meruitque co-
nas : in Hispaniam ad Complutensem Academiam tunc florere inc-
ipientem reversus , primos ibi suę sapientię radios effudit . Majoris ta-
men perfectionis avidus , studiorum , quę merito posset sperare , pri-
ma postponens , mundumque relinquens , Religionis habitum in c-
lebri D. Pauli Burgensis Prædicatorum Ord. Conventu , fœlici ejus
dem Ordinis auspicio , suscepit . Sed cum docente Domino , non be-
ne sub modio lucerna existat oculta , Superiorum iussu ad Salmant-
icensem Academiam toto Orbe terrarum celeberrimam , insignemq;
ibi Divi Stephani Prædicatorum Conventum vocatus , vix illustrè
illam Vniversitatem inviserat , cum in communem Magistrum desig-
natus in Yespertinę primum , Primarięque deinceps Theologię
thedrae moderamen evexit . Cumque ejus fama per universum
bem diffusa ad aures invictissimi Caroli V. pervenisset , illum à
suis confessionibus præfecit . Segoviensem Episcoparum , aliasq;
periores dignitates ab eodem Carolo Maximo ei pluries oblatas ec-
tantissimè recusavit . A Philippo Secundo Hispaniaturam prudenti-
mo Rege ad Concilium Tridentinum missus , mirificè ibi suam osti-
dit sapientiam , illustresque adversus Hæreticos in publicis , cor-
toto Concilio disputationibus erexit trophyos : meritoque sicut v-
torem è prælio revertentem insigni aliquo stemmate Reges hono-
consuerunt ; ita & huic inclito fidei Athletæ , è prælio Her-
victori , honorifico ei concessò stemmate duarum manuum inter-
nas cum hac littera : *Fides viva , Patres Concilij ejus pro Ecclesia
bores remunerarum* . Tanto denique favore insignis gloriose ad si-
charissimam Salmanticensem Vniversitatem reversus , reliquum
tempus docendo , & scribendo in publicam utilitatem consum-
Senioque confessus , fœlicissimè obdormivit in Domino . Reli-
quias sui monumenta præclara , Dialecticam , Logicam , & Philo-
sophiam : autem opus de justitia , & jure : commentaria in quartu-
sentiarum in duos tomos divisa : explicationem epistolæ ad Roma-
nos : libros de Natura , & Gratia ex mandato Concilij aduersus Hære-
ticos , aliaque minora opuscula , in quibus omnibus insignem , singu-
laremque sapientiam ostendit .

hem , iugentibus largitur lætitiam , tentatis tradit tranquilitatem ,
egenorum expedit egostatem , Religiosis reddit reformationem , ig-
norantibus inducit intelligentiam , vivis vincit vastitatem , & deni-
que mortuis mittit misericordiam . Hæc ergo est illa potentissima
turris Davidica , tot propagnaculis edificata , miraculis clarissima , &
prodigijs celeberrima . Teste advoco venerabilem Fratrem , ac R. A.
Patrem M. Fr. Gundisalvum de Arriaga hujus Urbis , & Orbis splendi-
dum jubar . Nam (ut ipse refert) anno D. 1619. die 20. Aprilis teiti-
monio illustrissimi D. D. Bernardi Azebedo Archiepiscopi Burgensis ,
quinque homines hujus miraculose Imaginis præsidio à morte libera-
ti sunt . Item anno 1629. quando tota terra præ inopia languebat , quā-
do veniebat locusta , & bruchus , cuius non erat numerus , quando
comedebat omne fenum in terra eorum , & omnem fructum terræ
eorum ; lætata est hæc Civitas Burgensis in fuga locustarum : quia pe-
tierunt Pauperes , clamavere omnes , & venit auxiliū DOMINI & su-
per eos . Sed quid egemus testibus ? Quando tota hæc Civitas Burgen-
sis , & omnis terra per gyrum in periculis , in angustijs , in fame , &
siti , quoties conclusum erat Coelum , ne plueret , quando abibant in-
fisco flumina , expandit nubem in protectionem eorum , dirupit pe-
tram , & fluxerunt aquæ , & eduxit populum suum in exultatione , &
electos suos in lætitia . Quid plura ? Hæc est illa elegantissima turris ,
hæc illa pulcherrima imago , cuius vultum desiderat universa terræ
amabilis ad contemplandum ; amanti enim semel aspexisse non sufficit :
delectabilis ad amandum , quia vis amoris intimationem multiplicat
Inquisitionis . Eja ergo (Advocata nostra) illos tuos misericordes oculos
ad nos omnes , Civitatem istam , & omnem populum ejus conver-
te . Sicut enim (ò Beatissima) omnis à te aversus , & à te despctus ,
necessus est , ut intereat ; ita omnis ad te conversus , & à te respectus , ini-
possibile est , ut pereat . Suscipe ergo REGINA SAGRATISSIMI RO-
SARIF munus hoc tua frōte , hoc est , benigna : Suscipe tuis oculis pīssi-
mis munus hoc , quod Sacer hic Convictus S. Pauli Burgensis humili stra-
tus corde , ut ipsa roges filium pro filijs , Dominum pro servis , &
genitum pro adoptatis . D. O. C. Q. ad pedes tuos Sacratissimos pro-
volutus .

CAR-

*Carta que escrivió el Rmo. P. M. Fr. Juan Baptista de Marinis, General
de toda la Orden de Predicadores, al P. Predicador general Fr. Pedro
Díaz de Cossio, en recomendación de este Curso, firmada, registrada y
sellada de su Reverendísima, y refrendada de su Secretario.*

REverendo P. Fr. Pedro Diaz de Cossio, considerando lo mucho, que importa para el lustre de la Religión, la uniformidad de nuestras doctrinas, así de Theología, como de las Artes, y que sean conformes à la mente de nuestro Angelico Santo Thomas; y aviendo à este efecto juntado los Padres mas graves de la Religión, que se hallan en esta Ciudad, he resuelto con el parecer de ellos, elegir un Curso de Artes, obligando à leer los Lectores de las Provincias de Italia; para cuyo efecto se ha escogido el que compuso el P. Presentado Fr. Cosme de Lerma (que Dios aya) por la brevedad, y claridad que tiene, y que este solo Curso se lea, y no otro; solamente se paró, que faltaban los tratados de Generatione, y Anima del mismo Autor, que hasta aora no avian salido à luz; pero su divina Magestad me ha querido consolar, con el aviso que he tenido estos días, de que V. R. trataba de imprimirlos. Por tanto le mando, in virtute Spiritus Sancti Sanctæ obedientiæ sub formali præcepto, que lo mas presto, y mas brevemente, que le fuere posible, haga imprimir los dichos tratados de Generatione, y Anima del dicho P. Presentado, y impresos, remitirmelos con toda brevedad, que así el Curso sera entero, y de toda satisfacion; los otros tomos acálos hago imprimir, para que el Septiembre venturo, se ponga en ejecucion la disposicion, que en la materia se ha hecho.

Y para que V. R. pueda acudir à la impression sin ningun embarazo, y tenga algun alivio en el trabajo continuo, que pide la assistencia de este negocio; mando, que use, y goze todas las dispensaciones del Coro, así de dia, como de noche, en la forma que las usan, y gozan los Padres Lectores de este nuestro Convento de San Pablo de Burgos, y que esto le sea observado por todos nuestros inferiores, por todo el tiempo que durare la dicha impression, y hasta estar perfecta, y cumplidamente acabada. Y para este mismo efecto, y por esta misma causa, quiero que V. P. asista, y viva en el sobredicho Convento de S. Pablo por el tiempo dicho por lo menos, sin que de él pueda ningun inferior nuestro, sin nuestro especial orden, asignarle, mudarle, ó removerle.

Demás de esto dispensamos à V. R. en que pueda tener consigo, y en su celda, el tiempo que la impression durare, y para este efecto, la cantidad, ó cantidades de dinero para ella necesario, y para darlas, y

recibirlas, segun que mejor le pareciere convenir para su mas prompto, y breve despacho, que mando à V. P. sea el mas que le fuere posible: en las ocasiones que huiiere ne darà cuenta V. R. del estado de la impression, y de todo lo demas que se le ofreciere: ruegue por mi, y mis compañeros. Roma, y Diziembre 6. de 1656.

Có ms. in Dño.
Reg. fol. 224.

Fr. Joannes Baptista de Marinis,
Magister Ordinis.

Fr. Gregorius Arostegui O. Arciljaz
Mag. Provincialis Terræ sanctæ.

SUMA DE LAS LICENCIAS CONCEDIDAS DE LOS Superiores.

Tiene el Convento de San Pablo de Burgos licencia del M.R.P.M. Fr. Joseph Perlines, Calificador del Santo Oficio de la Inquisicion, y Provincial de la Provincia de España de la Orden de Predicadores, del Ordinario, y del Consejo Real de Castilla, para poder imprimir un tomo intitulado: *Commentaria in Aristotelis Logican ex doctrina SS. P. M. Fr. Dominici de Soto desumpta*, per R. P. Fr. Cosmam de Lerma, el qual aprobaron por orden del dicho M.R. P. M. Provincial los MM. PP. Fr. Balthasar de Loviano, Maestro, y Prior del Convento de San Pablo de Burgos, Fr. Martin de Alvelda, y Fr. Juan de la Cruz, Lectores de Theologia del dicho Convento; por el Ordinario el Doct. D. Juan Bautista Frances de Vrrutigoyti, Arzediano, y Señor del Lugar de Balpuesta, y Canonigo en esta Santa Iglesia Metropolitana de Burgos; por el Supremo Consejo el M. R. P. Fr. Ildefonso de Terrera, de la Sagrada Orden de los Minimos de San Francisco de Paula, y Disinidor de la Provincia de Castilla, Lector Jubilado, y Calificador del Santo Oficio.

SUMA DE LA PRORROGACION DE LOS PRIVILEGIOS.

Tiene el Convento de San Pablo de Burgos nueva prorrogacion de los Privilegios anter: concedidos por diez años mas, por N. Rey, para poder reimprimir, y vender, y no otra persona alguna sin su licencia, assi este tomo, como todo el Curso Philosophico, dividido en seis tomos, que se refieren en el testimonio que el dicho Convento tiene. Dado en Madrid à 12. de Agosto de 1727.

D. Francisco Castleon.

SUMA DE LA TASSA.

Os Señores del Consejo Real de Castilla tassaron, assi este, como

4

todo el referido Curso , à seis mrs. cada pliego , como mas largamente se contiene en el original que dicho Convento tiene. Dado en Madrid à 30. de Agosto de 1727. años , por D. Balthasar de San Pedro Azevedo, Escrivano de Camara del Rey nuestro Señor, y de gobierno del Consejo.

F E E D E E R R A T A S .

Lib.1. fol.4. col.2. lin.40. uno cillum, le. ut nocivum. F. 4. c.2. l.9. quia, le. qua.
F. 9. c.2. l.7. practicus, leg. practicis. & lin.8. practicus, le. habitus. F. 29. c.1. l.
36. id ut, le. sicut. Lib.2. F. 35. c.2. lin.4 scientiarum, leg. scientiam. F. 58. c.2. l.
33. objectum, le. objec^{tum}. F. 59. c.1. l.2. istus, le. istius. F. 63. c.2. l.40. murus, le.
minus. F. 70. c.1. l.30 inter uni rumpitur, le. inter rumpitur. F. 70. c.1. l.18. perfectio,
imperfe^ccio. F. 81. c.1. l.13. entis, le. enim. Lib.3. F. 9. c.2. l.5. uechis, le. nisi il. F. 106.
c.1. l.1. usque, le. consequas, et l.9. unde, le. non una, et l.12. duplex, le. sed duplex,
et l.15. et realiter identificat, le. realiter identificetur. l.110. c.1. l.37. experimentur,
le. exprimerentur. F. 15. c.2. l.31. praxis, le. oraxia. F. 119. c.1. l.33. sit, le. non est.
F. 121. c.1. l.6. à parte, le. à parte rei. F. 126. c.1. l.36. prædicata, le. prædicta. F. 128. c.2.
l.33. suo, le. seu. F. 135. c.2. l.6. per, le. in. Lib.4. F. 10. c.1. l.40. diffinitio, le. diffinito. F.
124. c.2. l.27. ve. iſaccar, le. non verificator. F. 23. c.1. l.8. ante sed, adde: sed ut totum
potentiale non distinguitur. F. 44. c.1. l.8. nota, le. nata. F. 47. c.2. l.12. noſtra, le. im-
perfectionem nostri. F. 48. c.3. l.27. verum, le. unum. F. 50. c.1. l.6. proprietates, le.
Per propriet. & l.40. nature, leg. natus. F. 53. c.2. l.17. confessione, leg. confusione. F.
55. c.2. l.13. ferre, le. differre. F. 77. c.2. l.27. sub illis, le. substantialis. F. 93. c.1. l.5. et
le. eti. Lib.6. F. 145. c.1. l.4. enuntiatur, le. enuntiator. Lib.7. F. 170. c.1. l.3. bene, le.
enim. F. 190. c.2. in fine, adde secundum esse non. F. 143. c.1. l.3. in sunt complectum,
le. incompletum. Lib.8. F. 274. c.1. l.1. deme: ut potest. F. 275. c.1. l.30. alias, le. illas.
F. 283. c.1. l.16. tentialitas, le. potentialitas.

Este libro intitulado *Commentaria in Ariſt. Logicam Gr.* con estas erratas, corresponde con su original. Dado en Madrid à 30. de Septiembre de 1727.

Lic. D. Benito del Rio Cao de Cordido,
Correct. Gener. por su Mag.

A D L E C T O R E M .

Enjam (studiose Lector) Logica procedit SS. M. Fr. Dominici de Soto, per omnia ejus doctrinæ conformis: brevitati tamen, & majori distinctioni, & claritati reducta. Plura enim, quæ SS. M. unica, & eadem questione perstringit, ut distinctione clariora fiant, hic diversis questionibus pertractantur. Nec potui aliqua quandoque non addere, ut diversis, quæ quotidie oriuntur, sententijs, illarumque fundamentis occurrerem. Ab Authorum tamen nominibus referendis abstinui; quia passim in recentioribus inveniuntur, & ne opus istud prolixius evaderet. Faxit omnipotens, ut in studentum cedat utilitatem.

LIBER PRIMUS

DE PROÆMIALIBUS LOGICÆ.

CUM ad quamlibet scientiam questiones aliquas oporteat premittere proæmiales, illas merito ad Logicam præmittit Sapientissimus Magister Soto. Quas etiam, & nos illius, sicut, & in omnibus alijs, doctrinam explicantes in hoc, 1. libro, majori, qua potuerimus, distinctione, & claritate disputare conabimur; quibus clarissima parabitur via ad questiones proæmiales Philosophia, & cuiuslibet alterius scientie. Ea tamen, que aliquando Sapientissimus Magister, unica questione per diversarum conclusionum distinctionem perstringit, majoris claritatis causa, diversis questionibus explicabimus. Pro quo sit,

QUÆST. I.

UTRUM LOGICA SIT HOMINIBUS ratione eorum propriæ forma necessaria?

LOgica à nomine Logos derivatur, & prout sic ars dicitur sermozinandi: Grammaticam, Rethoricam, Poësimque amplectitur. Cæterum de illa loquimur magis stricte, & ut à predictis artibus contra distincta, & ut est (ut recte Il. d. 2. Ethimolog.) scientia dissimilati, in-

quirendi, & differendi docens verum à falso dijudicare. Dividiturque Logica sic accepta in naturalē, & artificialē. Naturalis Logica est, quadam potestas intellectus, ad inquirendum, & aliquatenus differendū, quantum ad id, quod naturale lumen non credit. Artificialis vero Logica est, habentis quidam acquisitus, ad artificiose inquirendum, & differendum in quacunque materia. Et de hac artificiali Logica inquirimus; an sit hominibus ratione eorum proprie formæ necessaria?

2 Pro cuius resolutione est maxime notandum, quod aliquid potest esse alicui necessarium dupliciter. 1. modo potest esse necessarium aliquid in ordine ad aliquem finem; & de hac necessitate, quæstione agemus sequenti. 2. Modo potest aliquid esse necessarium alicui, ratione ipsius formæ specificæ; & hoc modo, adhuc potest esse necessarium dupliciter; vel ut propria passio, sicut homini est necessarium esse discursivum, vel risibilem; vel, ut terminus naturalis inclinationis; qualiter centrum est necessarium gravi, ut terminus illius inclinationis. Et supposito quod Logica artificialis non est hominibus necessaria, ratione propriæ formæ ipsorum, ut propria passio; cum omnibus minime conveniat, inquitinus; an saltem sit illis necessaria, ut terminus naturalis illorum inclinationis?

2 Ad quod resolutorie est dicendum, artificialem Logicam esse hominibus necessariam, ratione illorum propriæ formæ, ut terminum illorum naturalis inclinationis. Quod sic ostenditur. Homo naturaliter scire desiderat; proindeque naturaliter desiderat omnem scientiam; sed una ex illis, ut postea videbimus, est Logica artificialis: ergo Logica artificialis est hominibus necessaria ratione illorum propriæ formæ, ut terminus illorum naturalis inclinationis. Min. cum conseq. patet. Mai. vero preterquamquod est Phil. I. Metaph.

prob. quilibet res naturaliter inclinatur in suum proprium bonum, propriamque perfectionem; sed quilibet scientia, est proprium bonum hominis, propriaque perfectione: ergo homo naturaliter scire desiderat; ac proinde naturaliter etiam desiderat omnes scientias. Prob. min. Homo per scire transit de potentia ad actum, seu de actu primo ad actu secundum conformem naturæ rationali ipsius; sed eo ipso maxime perficitur: ergo scientia seu scire est proprium bonum, & maxima perfectione hominis: ac proinde ad omnes scientias naturaliter inclinatur; & consequenter sunt illi necessaria, ut terminus naturalis inclinationis.

Roboratur magis hæc ratio. Logica artificialis, est medium universale institutum, ad alias scientias adquirendas: ergo si homo naturaliter appetit alias scientias, naturaliter etiam appetit artificialem. Prob. hæc conseq. Appetitus tendens in aliquem finem, necessario etiam tendit ad media, per quæ talis finis, consequitur: ergo, si Logica artificialis, est medium necessarium ad alias scientias, eo ipso, quod naturaliter appetat alias scientias naturaliter, etiam appetit Logicam. Prob. a. n. Quia lapis naturaliter appetit centrum, naturaliter etiam appetit motum, dum est extra illud; sed non alia ratione, nisi quia motus est medium necessarium ad centrum consequendum: ergo. Ap-

petitus tendens in aliquem finem necessario etiam tendit ad media, per quæ consequitur talis finis. Ac proinde, si homo propenditur, & naturaliter inclinatur ad alias scientias, naturaliter etiam inclinatur ad medium ad illas necessarium, quod est Logica artificialis.

3 Obijc. 1. Si Logica esset hominibus necessaria, ratione eorum propriæ formæ, per se competenter illis, & per se de illis prædicaretur; sed non per se illis, competit, nec per se de illis prædicatur: ergo Logica non est hominibus ratione propriæ formæ necessaria. Prob. min. Hæc prædictio homo est Logicus est accidentalis, & quinti prædicabilis sicut ista homo est albus: ergo.

Resp. dist. mai. per se illis competenter, & per se de illis prædicaretur, omni modo perseitatis, neg. mai. aliquo modo perseitatis, conc. mai. & sub eadem distinctione, min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod illud, quod est necessarium alicui, non ut propria passio, sed præcisè, ut terminus naturalis inclinationis, non est necessarium, quod prædicetur omnimodo perseitatis; sed sufficit, quod aliquomodo perseitatis dicatur de subjecto; ut patet in prædicato hujus propositionis: lapis est in centro. Cumque esse Logicum aliquo modo perseitatis prædicetur de homine, quia soli, licet non omni, & semper homini conveniat: hinc est, quod Logi-

ca, per se convenit homini, ratione propriæ formæ, ut terminus naturalis inclinationis; & quod hæc prædictio, homo est Logicus, sit magis per se, quam ista; homo est albus; cum in hac, prædictum nullum habeat perseitatis modum.

Quæ solutio debet intelligi de ipso habitu Logicæ, qui est terminus inclinationis hominum, quia si de ipsa inclinatione hominis ad Logicam loquamur; talis inclinationis propriissime est passio hominis, aut saltem creature intellectualis, est enim proprium quarto modo illius, cum conveniat omni, soli & semper homini, aut creature saltem intellectuali.

4 Obijc. 2. Si homines appeterent naturaliter Logicam, esset quæ illis prædicto modo necessaria, illam naturaliter omnes appeterent; sed non omnes naturaliter illam appetunt: ergo. Mai. constat, quia unusquisque naturaliter appetit terminum suæ naturalis inclinationis: sicut lapis centrum, & materia prima substantiale formam. Min. vero sic prob. Omnes homines non appetunt naturaliter Logicam appetitu innato, qui nullam rei cognitionem supponit; nec appetitu elicito, qui talem supponit cognitionem: ergo. Ans. quoad 1 sic prob. Si omnes homines appeterent Logicam appetitu innato, talis appetitus frustraretur; sed talis appetitus, utpote datus à natura frustrari nequit: ergo. Prob. mai. Tu-

aliquis appetitus frustratur, quando non consequitur suum finem; sed appetitus innatus, si in omni homine reperiatur, non consequetur suum finem: ergo. Quatum ad 2. vero partem prob. idem. a. s. sic. Plures homines notitiam aliquam habentes Logicæ, non solum illam non appetunt; sed illam odio prosequuntur: ergo nec omnes homines appetunt Logicā appetitu elicito.

5 Resp. neg. min. & ad ejus prob. neg. a. s. quantum ad utrāque partem. Et ad prob. 1. partis dicit. mai. Tunc aliquis appetitus frustratur, quando non consequitur suum finem *in aliquibus saltē*, conc. mai. quando non consequitur *in omnibus*, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod appetitus innatus non sequitur ad conditiones individuantes Petri, vel Pauli, sed ad formam specificam hominis, ut homo est; cumque hæc in omni homine reperiatur, etiam, & appetitus innatus ad Logicam in omni homine reperitur. Ex quo minime sequitur, quod talis appetitus frustretur, quia ad hoc, quod non frustretur, sufficit, quod suum finem consequatur in aliquibus: admodum quo, ut appetitus innatus mulierum ad prolis conceptionem, & lapidum ad centrum, non frustretur, sufficit, quod consequatur suum finem saltē in aliquibus. Et ratio omnium est, quia iste appetitus innatus, cum sequatur ad formam specificam,

quæ eadem est in omnibus, etiam & ipse appetitus in omnibus est idem. Ac proinde consequente Paulo Logicam, etiam consequitur Petrus, ut homo, licet non consequatur, ut Petrus.

Ad prob. vero 2. partis a. s. Resp. dist. a. s. Plures homines notitiam aliquam habentes Logicæ, illam odio prosequuntur, propter ipsam Logicam, neg. a. s. Propter difficultates subjectivas illius acquisitioni annexas, conc. a. s. & neg. conseq. Dicimus ergo nullum esse hominem qui habita aliquali notitia perfectionis Logicæ, ad illius appetitum elicitem quoad specificationem, non necessitetur: cum nullus suam perfectionem, qualis est Logica odio prosequatur. Unde si aliquis videtur odio prosequi Logicam, illamque acquirere recusat, est propter difficultates illi annexas non *objectivas*, nec *subjectivas*, quatenus media sunt ad acquisitionem Logicæ; nam prout sic, etiam sunt proprium bonum, propria perfectio hominis: sed solim prosequitur illas odio secundum se consideratas, & ut nocivæ sunt corpori. Proindeque numquam sequitur odio prosequi ipsam Logicam. Admodum quo si aliquis prosequeretur odio *jejunium*, ut est medium ad consequendam virtutem, odio prosequeretur ipsam virtutem: si tamen prosequeretur odio *jejunium*, solim secundum se, & unocivum corpori, infere non licet odio prosequi ipsam virtutem. Ob:

6 Obijc. 3. Si homines natura-
liter appeterent Logicam, vel appete-
terent illam omnes æqualiter,
ac alias scientias: vel magis, quam
scientias alias: vel denique magis
appeterent alias scientias, quam
Logicam; sed videmus aliquos
homines plus appetere Logicam,
quam alias scientias; alios vero
econtra: ergo nec appetitus ad
Logicam, nec ad alias scientias,
est homini naturalis. Min. con-
stat experientia. Mai. vero prob.
Appetitus naturalis conveniens
aliquibus, ratione formæ specificæ,
eodem modo omnibus talis
speciei competere debet: ergo.

Confirm. Si homo naturali-
ter inclinareretur ad Logicam, fa-
ciliter, & delectabiliter in illius
acquisitionem tenderet; sed hoc
est falsum, cum potius cum maxima
difficultate illam acquirat: er-
go. Prob. mai. Quia lapis natura-
liter inclinatur ad centrum, faci-
liter, & delectabiliter tendit in
illud: ergo pariter.

7 Resp. ad arg. quod hominis
est duplex appetitus individualis
videlicet, & specificus; ex quibus
individualis est in hominibus val-
de diversus: unde secundum istum
appetitum unus homo ad unam
scientiam magis, quam ad aliam
inclinatur. Appetitus tamen con-
veniens hominibus ratione formæ
specificæ ad scientias, eodem
modo in omnibus reperitur: om-
nesque ad scientias perfectiores,
ut pote, quia majorem perfectio-
nem continent intellectus, magis,
quam ad Logicam inclinantur.
Cum quo tangere stat, quod secun-

dum quid, magis homines appe-
tant Logicam; tum, quia magis
expresse, quam alias scientiae est
discursiva: ac proinde magis con-
veniens cum natura intellectus
humani, qui discursivus est. Tum,
quia Logica est instrumentum ge-
nerale ad omnium scientiarum ac-
quisitionem; quia ratione homo,
qui generaliter scire desiderat,
specialiter appetit Logicam.

Ad confirm. vero Resp. nega-
mai. & ad ejus prob. dist. aīns.
Quia lapis natura-iter inclinatur
ad centrum, faciliter, & delecta-
biliter tendit in centrum; qui apre-
eise, neg. aīns. quia, & quia habet
completam, & perfectam inclinatio-
nem, conc. aīns. & neg. conseq. Di-
cimus ergo, quod cum inclinatio
naturalis ad aliquem terminum,
supponit principium comple- im, &
perfectum, ad illam habendū, fa-
cit tendere faciliter, & delectabi-
liter in illum: secus tamen conti-
git, quando inclinatio rite punci-
piū non supponit. Cumque incli-
natio in lapide ad centrum, ratio
e gravitatis supponat principium co-
pletum ad decentrum; inclinatio
tamen hominis ad Logicam non
supponat tale principium; cū illi
deficiant plures species: hinc sit,
quod licet lapis faciliter, & delec-
tabiliter tendat in centra, homo
tamen cum maxima difficultate
tendit in Logicæ acquisitionem.

QUÆST. II.
UTRUM LOGICA SIT NECES-
SARIA AD ALIAS SCIENTIAS?
Pro hujus dubij resolutione est
notandum, quod Logica est

duplex, una naturalis, artificialis altera. Logica naturalis, nihil aliud est, quam quædam intellectus potestas, ad aliqualiter cognoscendum bonitatem consequentia, & aliqua alia principia Logicae, quæ lumine naturali possunt attingi. Logica, vero artificialis, est artificiosa cognitio bonitatis consequentia, & aliorum, ad demonstrationem pertinentium, quæ solo lumine naturali non possunt attagi: sed ut cognoscantur, requiritur traditio præceptorum. In præsenti tamen quæst. sicut, nec in præc. non de Logica naturali, quæ sine dubio simpliciter necessaria est, inquirimus; sed solum de necessitate Logicae artificialis ad alias scientias, investigamus.

2. 2. Est notandum quod dupliciter aliqua res potest esse necessaria, ad aliquam finem, simpliciter videlicet, & secundum quid. Illud est necessarium simpliciter ad aliquem finem, sine quo finis nullatenus consequi potest: & hoc modo cibus est necessarius ad vitæ conservationem; quia sine cibo vita naturaliter conservari non potest. Illud vero est necessarium, tantum secundum quid, & ad melius esse ad aliquem finē, sine quo finis consequi potest, melius tamen, facilius acquiritur cum illo, quam sine illo: & hoc modo equus est necessarius, ad iter agendum; quia licet iter absolute possit fieri sine equo, melius tamen, & commodius cum

illo fit, quam sine illo.

3. Et supposito ut certo quod Logica est taltem secundum quid necessaria, ad acquisitionem aliarum scientiarum: cum haec acquirantur media demonstratione, cuius natura melius sine dubio prævia Logica artificiali, quam sine illa cognoscitur; modo inquirimus, an etiam sit simpliciter, & omnibus modis necessaria ad tallem finem?

4. Ultimo tandem, & maxime notandum est, quod aliqui distinguunt scientias *in esse perfecto*, & *in esse imperfecto*. Et dicunt, tunc scientias esse in statu perfecto, quando se extendunt, ad omnes conclusiones, & sciunt illas resolvere, usque ad prima principia, & illas ab argumentorum fallatia defendere: ac proinde, sciunt se scire. Tunc vero dicunt scientias esse in statu imperfecto, quando assensum quis præbet uni, vel alteri conclusioni ex præmissarum assensu convictus: non tamen scit illam in sua principia resolvere, nec à fallatia argumentorum defendere; quem assensum afferunt, esse simpliciter, & quoad substantiam, etiam non prævia Logica artificiali, vere scientificum, imperfectum tamen. Et de scientia in utroque statu considerata, procedit difficultas; an videlicet Logica artificialis sit simpliciter necessaria, ad alias scientias habendas, tam in statu perfecto, quam in imperfecto consideratas, dummodo habeant veram rationem,

nem, & substantiam scientię?
 5 Ad quod resolutorie dicendum est, *Logicam artificialē esse simpliciter, & omnibus modis necessariam, ad quamlibet aliquid acquirendam scientiam.* Hęc conclusio est expresa nostri Authoris SS. M. Soto hic q. 1. conclus. 2. merito quidem, cum fundamentum habeat in ipso Ang. Precep. qui 1. Post. lect. 1. sic loquitur: *Ars quedam necessaria est, que sit directiva ipsius actus rationis, per quam scilicet homo in ipso actu rationis ordinate, & faciliter, & sine errore procedat: & hoc est ars Logica, id est rationalis scientia; sed procedere sine errore, est de essentia ejuscumque scientię, tam in statu perfecto, quam imperfecto: ergo sentit D. Tho. Logicam artificialē, esse simpliciter necessariam ad alias scientias acquirendas, tam in statu perfecto, quam imperfecto. Quam doctrinam confirmat B. Aib. Magnus his perspicuis verbis: *Nesciens Logicam, & si scire aliquid videatur, nescit tamen; cum rationem sui sciti, nesciat.**

Ex quibus testim. clara, & efficax pro nostra conclusione deducitur ratio, que sub hac forma proponitur. Ad habendam scientiam sive in statu perfecto, sive imperfecto, requiritur necessario assensus scientificus certus, & evidens per demonstrationem acquisitus; sed talis assensus nequid haberi sine Logica artificiali: ergo ad habendam scientię in quo-

cumque statu, est necessaria simpliciter. Mai. est certa: siquidem scientia actualis, est assensus certus, & evidens per demonstrationem acquisitus. Min. vero sic prob. Nequit haberi assensus scientificus certus, & evidens conclusionis, quin certo, & evidenter cognoscatur bonitas consequentiæ; sed bonitas consequentiæ, nequit cognosci certo, & evidenter sine Logica artificiali: ergo. Prob. min. Nequit cognosci bonitas consequentiæ, quin prius cognoscantur principia prioristica, ad demonstrationem requisita; sed hęc nequeunt certo, & evidenter cognosciri, sine artificiali Logica: ergo sine artificiali Logica non potest bonitas consequentiæ certo, & evidenter attingi. Mai. cōstat: siquidem, qui ignorat principia prioristica demonstrationis, ignorat præmissas, esse recte dispositas in modo, & figura; sed qui hoc ignorat, bonitatem etiam ignorat consequentiæ: ergo. Min. vero sic prob. Recta dispositio præmissarum in modo, & figura, nequit cognosci solo lumine naturali: ergo nequit cognosci certo, & evidenter sine Logica artificiali. Consequentiæ patet. Siquidem sola Logica agit de bonitate consequentiæ, & recta dispositio ne præmissarum. Ans. vero sic probat. Recta dispositio præmissarum in modo, & figura, est artificiosa; sed quod est artificiosum, nequit lumine naturali cognosci, cum sit extra illius sph̄eram: ergo.

Dices, quod ad habendam Scientiam, quoad speciem, & substantiam scientie, sufficit cognoscere bonitatem consequentie, & rectam dispositionem præmissarum, aliaque principia, tam prioristica, quam posterioristica exercite: non tamen requiritur talia cognoscere signatae; cumque talis cognitio exercita prædictorum possit sine Logica artificiali haberi: hinc sit, quod ad habendam scientiam, Logica non est simpliciter necessaria.

Sed contr. ad habendam Scientiam, requiritur juxta contrarios, cognoscere bonitatem consequentie, & rectam dispositionem præmissarum exercite; sed nequit intellectus omnia prædicta exercite cognoscere, si illa prius non cognovit signatae: ergo ad habendam scientiam vere, & proprie tales requiritur, cognoscere bonitatem consequentie, & rectam dispositionem præmissarum signatae. Prob. min. Cognoscere omnia prædicta exercite, vel est præcisè exerceri ex parte objecti, & non percipi ab intellectu; vel est exerceri ex parte objecti, & simul ab intellectu cognosci; si primu[m] dicatur, non sufficit ad Scientiam, quia circa id, quod intellectus non percipit, nequit concipi; si secundum dicatur, prius intellectus debet omnia prædicta cognoscere signatae: ergo nequit intellectus omnia prædicta cognoscere exercite, quin prius illa cognoscat signatae. Min. quantum ad

i. partem constat, quantum ad 2o vero sic prob. Implicitum intellectum cognoscere aurum, vel lapidem pretiosum, hic & nunc exerceri, seu exercite esse in aliquo artefacto si prius non sciat, quod sit verum aurum, & verus lapis pretiosus: ergo nec intellectus potest percipere bonitatem consequentie, & rectam dispositionem præmissarum, hic, & nunc exerceri, nisi omnia prædicta prius signatae cognoscantur; cumque hanc cognitionem nequeat habere sine Logica, nec potest sine Logica veram scientiarum habere.

Nec valet dicere cum alijs, verum esse, quod ad habendam Scientiam, requiritur, cognoscere omnia prædicta signatae; ceterum ad hoc sufficit iam naturale cum sola Logica præceptiva. Non inquam valet; quia ad habendam Scientiam in quocumque statu, Logica præceptiva non sufficit: ergo est necessaria artificialis Logica. Prob. a[n]s. Ad habendam Scientiam in quoeverum statu, requiritur non solum cognoscere præmissas, & conclusionem, quoad substantiam, sed etiam requiritur, illas cognoscere, quo admodum, & dispositionem certo & evidenter; sed ad hanc cognitionem non sufficit Logica præceptiva: ergo. Mai. constat: si quidem conclusio cognosci non potest certo, & evidenter, nisi certo, & evidenter cognoscantur præmissæ, & illarum dispositio-

Min. vero sic prob. Omnia prædicta non possunt cognosci certo, & evidenter, nisi per demonstrationem; sed Logica præceptiva, ut talis, demonstrativa non est: ergo omnia prædicta non possunt certo, & evidenter cognosci cum sola Logica præceptiva. Prob. mai. Non possunt omnia prædicta certo, & evidenter cognosci, nisi per attributionem, & conformitatem ad regulas artis; sed hoc sit per varā demonstrationē: ergo.

6 Obije. 1. Logica est habitus; sed habitus non datur ad simpliciter, sed ad faciliter: ergo, & si Logica sit secundum quid, & ad melius esse necessaria, non tamen est necessaria simpliciter. Prob. min. Hæc differentia versatur inter habitum, & potentiam, quod potentia datur ad simpliciter: habitus vero ad faciliter operādū: ergo

Resp. conc. mai. dist. min. sed habitus non datur ad simpliciter *absolute*, conc. min. non datur ad simpliciter *tali modo*, neg. min. & conseq. Dicimus ergo, Quod tam habitus, quam potentia sunt quid necessarium simpliciter, ad cognoscendum; aliter tamen, & aliter; nam potentia requiritur ad aliquid absolute cognoscendum, habitus vero est necessarius, nō ad cognoscendū ab solute, sed *tali modo*, hoc est scientifice; quia sine habitu Logicæ, nihil potest scientifice cognosci, ac proinde Logica, & si sit habitus, est ad alias scientias simpliciter necessaria.

7 Obije. 2. Si Logica esset ad alias scientias simpliciter necessaria,

ria, maximè, ut illis præberet modum procedendi; sed ad hoc necessaria non est: ergo nullo modo est simpliciter necessaria. Prob. min. Nullus datur habitus practicus, modū præbens procedēdi omnibus habitibus practicis: ergo nec datur speculatib. practicis, modū præbens procedēdi omnib. habitibus speculativis.

Ad hoc arg. poterat resp. neg. ans. quia etiam ad habitus practicos prærequiritur prudētia, modū illis saltē, quoad circumstantias, præbens. Resp. tamen conc. antec. paritatis, neg. conseq. Et ratio disparitatis est, quia habitus practici, non conveniunt in modo procedendi, sed quilibet habet suum modum procedendi value diversum; ideoque, non potest dari unus habitus practicus, illis modū procedēdi præbens. At vero habitus speculativi convenient in modo procedendi; quia omnes procedunt demonstrative, & modo resolutorio, resolvendo videlicet suas conclusiones, usque ad prima principia; & ideo potest dari unus habitus speculativus, qualis est Logica, modū præbens procedēdi omnibus habitibus speculativis.

8 Obije. 3. Potest quis habere assensum scientificum certum, & evidentem sine Logica artificiali, ergo. Prob. ans. Si alicui ignorant Logicam fiat clarissima demonstratio, v.g. ista: omne totū est ratiū sua parte; sed universitas est totū, ergo universitas major, scilicet pars talis homo certo, & evidenter asseretur premissis, & cōcl. ergo.

Prob. aīs. Talis homo evidenter cognosceret præmissas, & bonitatem consequentiæ : ergo. Aīs. quoad 1. partem patet. Nam præmissæ prædictæ demonstrationis, sunt lumine naturali notæ : ergo. Quoad 2. vero part. sic prob. Bonitas consequentiæ est de essentia consequentiæ, sed quælibet essentia solo lumine naturali cognoscitur: ergo.

Confirm. qui certo, & evidenter cognoscit præmissas esse veras, & conclusionem ex illis inferri, habet assensum quoad substantiam scientificum; sed sine Logica artificiali potest hoc quis certo, & evidenter cognoscere: ergo & habere hujusmodi assensum scientificum. Cætera patent, & min. quoad 1. part. constat ex dictis: quoad 2. vero sic prob. Conclusionem inferri ex præmissis nil aliud, quam quod extrema, quia identificata cum medio, idèntificantur inter se; sed hoc certo, & evidenter potest cognosci sine Logica artificiali: ergo. Prob. min. Hec principium: quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se, est lumine naturæ notum; ac proinde sine Logica evidenter cognoscibile: ergo cognoscens evidenter sine Logica artificiali, quod extenso aliqua identificantur cum tertio, etiam certo cognoscet identificari inter se. Tunc sic; sed qui sine Logica certo, & evidenter cognoscit præmissas esse veras, certo & evidenter cognoscit extrema identificantur cum medio

in præmissis: ergo, & sine Logica certo, & evidenter cognoscit extrema, quia identificata cum medio, identificari inter se.

Resp. ad arg. neg. aīs. ad cuius prob. dist. aīs. Talis homo certo, & evidenter assentiretur præmissis, & conclusionis in *sui existimatione*, conc. aīs. in rei veritate, neg. aīs. Dicimus ergo, quod facta alicui tali demonstratione, vel simili, non haberet in rei veritate assensum certum, & evidentem conclusionis, licet existimaret, se illum habere; quia licet cognosceret præmissas, & conclusionem, quantum ad substantiam solo lumine naturali, non tamen illas attingeret certo, & evidenter quoad modum, & artificialis dispositionem: cum eo ipso, quod careat Logica artificiali, ignoret omnia principia, tam prioristica, quam posterioristica, & quibus defectibus, vel fallacijs posset subjacere; quod totum docet Logica, & lumen naturale non pertingit, nec Logica præceptiva, ut diximus: ac proinde solum nutanter, & formidolose assentitur. Cujus signum est, quod, vel levi fallacia à certitudine, quam ipse existimabat habere facilime dimovebitur, & in oppositiū deducetur assensum, vel saltem de illo, quem habebat incipiet dubitare. Ex quo patet solatio à 1. prob. aīs. quæ sic in forma dist. est. Præmissæ sunt lumine naturæ notæ, quoad substantiam, & 1. intentionaliter ac-

cepte, conc. aīs. quoad modum artificiosum, & 2. intentionaliter sumptę, neg. aīs.

Ad 2. vero prob. Resp. admissa mai. dist. min. quęlibet essentia solo lumine naturali cognoscitur, si sit essentia *absoluta*, & naturalis, conc. min. si sit essentia *artificialis*, neg. min. & conseq. In primis enim admissimus mai. quia non est satis comperit, an bonitas consequentię sit ejus essentia, vel potius illius passio demonstrabilis per Logicam, supponens artificiosam dispositionem. Hęc enim videtur vera causalis: *syllogismus in barbara est bona consequentia, quia est recte dispositus in modo, & figura.* Sed dato, quod bonitas consequentię sit de illius essentia, adhuc non convincitur posse cognosci solo lumine naturali; quia licet lumen naturę extendatur ad essentias absolutas, & naturales; non tamen se solo potest extendi ad attingendos essentias artificiales; quia istę sunt extra ejus sphēram: ut patet in essentia artificiali domus, quę sine arte domificandi, per solum lumen naturale cognosci non potest: cumque bonitas consequentię, & si de illius essentia sit, sit essentia artificialis: hinc sit, quod non possit attingi solo lumini naturali, & sine arte syllogizandi.

Ad confirm. Resp. conc. mai. & min. quoad 1. part. in sensu jam explicato, neg. quoad 2. & ad prob. dist. aīs. ult. discut. hoc

principium. Et signate, & secundum se sumptum, conc. mai. exerceite, & ut syllogistice dispositum, neg. aīs. & dist. conseq. claritatis gratia, cognoscet extrema idētificari inter le eo modo, quā cognovit identificari cum tertio, cōc. conseq. aliter, neg. conseq. Dicimus enim, quod sicut præmissæ secundum se, & quoad substantiam possunt non pertinere ad Logisticam, sed à lumen naturale, vel ad alias scientias: non tamen si considerentur ut disposita ad demonstrative inferendum; ita supradictum assignatum principium signate, & ut quod sumptum ad lumen naturę, & non ad Logicam attinet: sed prout sic unico judicio attingitur secundum omnes suas partes; proindeque nec una propter aliam, seu una, ut ex altera illata, cognoscitur. Ceterū, si sumatur ut exercite exemplificatum, & ut artificiose dispositū in hoc, vel illo demonstrativo syllogismo; tunc, & attingitue multiplici assensu secundum suas partes, & una pars cognoscitur, ut ex altera deducta: ied, ut sic sumptum, relatum principium ad solum lumen naturale non pertinet, nec sine arte demonstrandū, qualis est Logica, certo cognosci valet; quia sic includit artificiosam dispositionem in modo, & figura, quę sine Logica artificiale certo cognosci non potest. Ex quo ad min. subsumpt. Resp. dist. illam. Cognoscit extrema identificari cum medio pure materialicep

exercito in præmissis, & præcisive à dispositione, conc. min. cum medio ut artificiose disposito ad demonstrative inferendum, neg. min. & absolute conseq. Quia cognoscere extrema idētificari inter se, quia identificata cum medio, dicit etiam cognitionem certam ipsius formæ artificiosæ, sine qua mediū demonstrandi non exerceret causalitatem, & vim suam inferendi.

9 Idem dicendum videtur (ut sic contrariorum replicæ occurramus) de qualibet alia simili positione, seu propositione necessaria, & per se nota: ut de hac v. g. si homo currit movetur. Hæc enim conditionalis, cum nihil ponat in esse, sed solum dicat essentialē connexionem duorum, formaliter includitur in absoluta necessaria, scilicet, omnis currēns movetur. Unde, sicut ista, quia per se nota, quo ad substantiam, & secundum se sumpta, ad lumen naturale pertinet: ita conditionalis signata, & quatenus partes illius unico iudicio attinguntur, pertinet ad idem lumen. Si vero accipiatur, ut exercetur, & disponitur per modum discursus demonstrativi, in hoc v. g. syllogismo: omne, quod currit, movetur; homo currit: ergo movesetur; tunc & pluribus assensibus attingitur secundum suas partes, & una ut ex altera deducta: ac proinde, sic sufficiens est causare scientiam. Sed, cum prout sic necessario includat rectam dispositionem ad demonstrative inferendum, non ad solum lumen natura-

le, sed etiam ad ipsam Logicam pertinet, illius illationem, & connexionem essentialē certo, & evidenter cognoscere; quia licet hæc connexionē luceat expressius in predicto syllogismo: hoc est solū respectu habentis certam, & signatam cognitionem de recta ejus dispositione: quæ cognitione nullatenus sine artificiali Logica haberi potest.

Et horum omnium potissima ratio (ni fallimur) est differentia, quæ inter intellectum, ut intellectus, & ipsum, ut ratio est, reperiatur. Nam ut discursivus procedit per motum discretum via inventionis de veritate immediata ad mediatam, & de noto, ad ignotum. Unde, ut in processu demonstrativo reddatur intellectus securus, & sit certus de veritate ignota, & non immediate apparente, sed inventa ex vi modi syllogistici, necessario requiritur, quod via resolutionis, tam ex parte materiæ, quam ex parte formæ demonstrationis certificetur; quia materia ipsa præcise, & se sola signata cognita ad hoc non potest esse sufficiens: cum multocies in pluribus syllogismis reperiatur materia demonstrationis, & tamen propter aliquem defecit recte dispositionis, quem syllologizans ignorat, non demonstrative concluditur; & ideo intellectus debet etiā certificari de ejus recta dispositione: quam certitudinem, & evidentiā habere non potest, nisi per signatam, & scientificam cognitionem formæ syllo-

gisticę, ut inter probandum conclusionem propugnavimus. Secus autem evenit in hijs, quę ad intellectum, ut intellectus est, attinent. Hęc enim, cum sine disfursu, & immediate in se ipsis ab intellectu attingantur, si propositiones sint necessariae, & per se notę, stat in explicatis terminis apparet clare illarum connexio essentialis, & per evidentię rei in se ipsa, quam intellectus habet medio lumine principiorum, sit omnino securus de veritate propositionum: quamvis hęc sit illarum passio, quę ut talis alias possit per Logicam demonstrative probari. Quare non est necesse ad hujusmodi propositionū veritatem certo cognoscendam, quod sciatur, quid sit subjectum, quid prædicatum: seu quod signatae cognoscatur forma artificiofa in illis reperta, sed sufficit quod in eis pure exerceatur. Per quod patet solutio ad paritatem de veritate propositionis, quę ab opposita sententia solet adduci.

10. Obijc. 4. Si Logica esset simpliciter necessaria ad alias scientias acquirendas, ad acquirendam ipsam Logicam requireretur alia Logica, & ad istam alia, & sic infinitum; sed hoc non est dicendum: ergo nec quod Logica sit simpliciter necessaria ad alias scientias acquirendas. Prob. sequel. Ideo ad alias scientias acquirendas Logica esset simpliciter necessaria, quia acquiruntur media demonstratione; sed etiam Logica acquiritur media demonstratione: ergo si ad acquirendas alias scientias ef-

set necessaria Logica, etiam ad acquirendam ipsam Logicam esset necessaria alia Logica.

Resp. In primis instando arg. Prudentia namque necessaria est, ad alias virtutes morales habendas, & earum actus exercendos; & tamen ad primum actum prudentiae non est necessarius habitus prudentiae: ergo pariter, licet Logica habitualis sit necessaria ad alias scientias, & earum actus exercendos, ad primum actum Logicæ non erit necessarius, alius habitus Logicæ, nec alia distincta Logica. Et ratio utriusque est, quia unius rationis formalis non datur alia ratio formalis, nam ad videndum lucē, non requiritur alia lux. Cumque Logica, & prudentia sint rationes formales, Logica respectu aliarum scientiarum, & prudentia respectu moralium virtutum; hinc est quod ad primum actum prudentiae non requiritur alia prudentia, nec ad primum actum Logicæ est necessaria alia Logica.

Deinde Resp. informa ad arg. neg. sequel. & ad prob. conc. mai. diu. min. acquiritur demonstratio ne *utcumque*, neg. min. exercita circa se ipsum in actu signato, one. min. & neg. conseq. quia licet ad alias scientias requiratur, quod præcedat formaliter habitus Logicæ, ad ipsam Logicā sufficit, quod præcedat ipsa virtualiter, ut de facto contingit: præcedit namque in suis principijs, quia prima demonstratio Logicæ, necessitate cogente, debet esse exercita circa demonstrationem in ac-

actu signato, sub hac forma *omnis syllogismus constans præmissis certis, & evidentiibus, & recto ordine dispositis generat scientiam*; sed demonstratio est hujusmodi: ergo demonstratio generat scientiam. In qua demonstratione consequentia infertur ex illo principio dici de omni: mai. est diffinitio syllogismi perfecti. Et denique min. constat ex ipsa diffinitione demonstrationis, qua demonstratione supposita, antequam intellectus habeat formalem assensum conclusionis, præcedit tamen in assensu præmissarum virtualis conclusionis cognitio. Præceditque habitus, non formaliter, cum per ipsam demonstrationem generetur, sed ut virtualiter contentus in principijs: & ut sic virtualiter existens ad i. demonstrationem Logicae concurrit, licet ad alias scientias concurrat, ut formaliter existens. Et exemplum est in habitu *prudentiae* qui ad i. actum prudentię, solum concurrit, ut virtualiter existens, ad actus tamen aliarum virtutum concurrit, ut formaliter existens.

Dices: prima demonstratio in qualibet scientia debet esse circa suum objectum formale adæquatum in communi: cum i. & per se inclinet scientia in cognitionem illius; sed objectum adæquatum formale Logicae non est ipsa demonstratio, sed modus sciendi in communi: ergo sine fundamento asseritur. i. demonstrationem in Logica debere exercere

ri circa se ipsam in actu signato consideratam: & maxime cum de facto in Logica ante tractatum de parte demonstrativa plures aliae demonstrationes tradantur.

Resp. dist. mai. i. demonstratio debet esse circa objectum adæquatum, si necessitas oppositū non requirit, conc. mai. dum necessitas oppositum requirit, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Sicut enim natura inclinat, ut ab imperfectioribus exordium sumatur in suo naturali processu: & tamen aliquando propter necessitatem, & dependentiam à perfectioribus incipit: & sicut etiam ars imitans naturam, & si inclinet, ut à facilitioribus incipiat doctrinalis ejus processus, propter dependentiam tamen econtrario aliquando procedit: qua ratione inter scientias à Logica incipimus, etiam si hæc sit difficillima; sic eodem modo proportionabiliter dicimus, quod licet inclinatio primaria scientiæ sit circa suum adæquatum objectum: propter eandem tamen necessitatem cogimur incipere intra ipsam Logicam, via scientiæ, & resolutionis ab ipsa demonstratione in actu signato considerata; licet via inventionis, & doctrinæ in Logica à termino incipiamus. Unde omnes aliae demonstrationes, si quæ fiunt in Logica ante supra assignatam demonstrationem, non sunt scientificæ formaliter, sed pure doctrinaliter, & per fidem Magistro præstitam, traduntur. Nec ad hoc, ut

i. assignata demonstratione generetur habitus formalis Logicæ, necesse est, ut ipsa præcedat dirigenſ formaliter: qualiter ad alias ſcientias neceſſario præcedit: ſed ſufficit, quod ipsa, virtualiter, & ut in præmissis ptecontenta ſine direktione aliqua formaliter ad i. illam demonstrationem concurrat. Quod non eſt inconveniens, nec hoc exigit diſtinctionem actualem dirigenſis à directo.

ii Tandem objic. Logica non requiritur ad alias ſcientias, niſi tanquam *ars*, & instrumentum, illas acquirendi; ſed ars non eſt ſimpliciter neceſſaria, ad effectum artis: ergo nec Logica, ad alias ſcientias, eſt neceſſaria ſimpliciter. Prob. min. Secundum Phil. 9. Metaph. text. 7. *Addiſcens artem operatur actionem artis ſine arte.* Quam doctrinam explicans D. Tho. ibi. lect. 2. ſic loquitur: *Quia potest homo aliqualiter exire in ſcientia, & virtutis actum, antequam habeat habitum ſcientiae, & virtutis, quo adepto perfecte operatur: ergo.*

Resp. ad hoc arg. explicando Phil. addiſcens artem operatur opera artis, ſine arte, materialiter, conc. aſiſ. formaliter, neg. aſiſ. & conſeq. Verum namque eſt, quod potest aliquis facere demonstrationem ſine Logica materialiter tantum, non tamen formaliter; quia ad hoc erat neceſſarium, cognoscere illam, ut veram demonstrationem; ac proinde, & cognoscere præmissas, eſt

recte dispositas in modo, & figura, & etiam cognoscere bonitatem consequentia. Cumque hoc, ut diximus, ſine Logica non cognoscatur: hinc eſt, quod intellectus attingeret demonstrationē materialiter, non tamen formaliter. Admodum quo, qui *lapidem præciosum* non cognosceret, & haberet in manu, tanget, & cognosceret lapidem præciosum materialiter; minime vero formaliter. In quo ſenu explicandus eſt etiā D. Tho. vel quod ſolum intendit, quod actus aliquis ſcientificus Philosophiæ poſſit haberī ſine proprio habitu ipius Philosophiæ, quod veriſimum, & neceſſarium eſt in omni primo actu, quo habitus ſcientificus genera- tur; non tamen intendit Ang. Mag. aliquem actum ſcientificum haberī poſſe ſine Logica ſcien- tia.

12 Ex dictis in tota hac quæſtione infertur, Logicam non ſolum, ut utentem, ſed etiam, ut docentem eſſe neceſſariam, ad omnes alias ſcientias; quia, cum omnes illæ acquirantur media demonstratione, in qua Logica utens exereetur, ad demonſtrationis eſſentiam, & paſſiones cognoscendam, non ſolum ad alias ſcientias Logica, ut utens, ſed etiam, ut docens eſt neceſſaria. Unde licet finis intrinſecus Logi- cae docentis, ſit proprij ſui objec- ti naturam, & paſſiones indaga- re, finis tamen illius extrinſecus eſt, per exercitium Logicae uten- tis,

tis, omnium aliarum scientiarum acquisitioni deservite.

QUÆST. III.

*UTRUM LOGICA SIT PRIUS,
quam omnes aliae scientie, ac-
quirenda?*

Non intendimus hic indagare ordinem scientiarum omnium, quoad sui acquisitionem inter se; quia hoc ad Metaphysicam pertinet; sed solum de Logica inquirimus, an sit omnibus alijs scientijs prius acquirenda? Quæstio quidem ex dictis in præcedenti facilis. Unde resolutiore est dicendum, *Logicam prius, quam omnes aliae scientie, esse acquirendam.*

Concl. hæc, est expressa nostri Authoris Sapientissimi M. Soto q. i. Proœmiali concl. 4. estque communis tam inter adstruentes necessitatem illius simpliciter ad alias scientias, quam inter eos, qui solum esse necessariam secundum quid sentiunt. Prob. que 1. ex Phil. 2. Metaph. text. 15. ubi sic loquitur: *Absurdum est simul querere scientiam, & modum sciendi:* hoc est prius debet adquiri modus sciendi, quam scientia; sed nomine modi sciendi secundum D. Tho. opusc. 70. intellexit Phil. Logicam: ergo juxta Phil. & Ang. Mag. Logica est prius, quam alia scientia, acquirenda.

Ratione vero prob. concl. 4. Illa scientia prius debet acqui-

ri, quæ tradit modum acquirendi alias scientias; sed Logica, sive sit simpliciter, sive secundum quid necessaria, tradit modum acquirendi alias scientias: ergo debet prius, quam omnes aliae scientiae, acquirendi. Mai. constat; siquidem prius est scire modum faciendi aliquam rem, quam illam facere; min. vero sic prob. Aliæ scientiæ acquirantur, media definitione, divisione, vel argumentatione; sed sola Logica docet definire, dividere, & argumentare: ergo.

3. Prob. concl. ab imperfectioribus est incipiendum; sed Logica est imperfectior alijs scientijs: ergo ab illa est incipiendum. Min. constat: siquidem perfectio scientiæ sumitur ab objecto. Mai. vero sic prob. Intellectus noster in ad- discendo, est agens naturale procedens de potentia ad actum, & de imperfecto ad perfectum; sed agens naturale procedens de potentia ad actum, & de imperfecto ad perfectum, ab imperfectioribus incipit, ut patet in generante, qui prius generat formam embrionis, quam rationalem: ergo.

2. Obijc. 1. A facilitioribus est incipiendum; sed Logica est difficilior alijs scientijs: ergo ab illis, & non à Logica est incipiendum. Prob. min. Logica agit de ente rationis tanquam de proprio objecto; sed ens rationis, utpote minimæ entitatis, est difficilioris cognitionis: ergo, & ipsa Logica est difficilior.

Respi

Resp. dist. mai. A facilioribus est incipiendum, si faciliora non dependant à difficultioribus, conc. mai. si à difficultieribus dependant, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod licet Logica difficultor sit, ab illa tamen est incipiendum, quia cum sit necessaria simpliciter, vel saltem secundum quid, aliæ scientiæ ab illa dependent; ac proinde ab illa debemus incipere, necessitate cogente. Quæ solutio est expressa D. Tho. opusc. 70. ar. 2. ad 3. his verbis: *Necessitas requirit, ut in addiscendo incipiamus a Logica, licet non sit facilior alijs scientijs, quia aliæ scientiæ ab illa dependent.* Et instantia argumenti est in dispositionibus ad aliquam formam, quæ licet difficulter introducantur in materia, quam ipsa forma, debent tamen prius introduci, propter eamdem rationem.

3. Obijc. 2. Omnes scientiæ dependent à Metaphysica: ergo Metaphysica, & non Logica est prius acquirenda. Prob. ahs. Metaphysica tribuit omnibus scientijs sua principia, vel saltem principia aliarum scientiarum probat, & explicat, ut inquit D. Tho. i. p. q. i. ar. 8. sed qualibet scientia, ac perinde, & Logica requirit sua principia probata, & explica ta: ergo.

Resp. cum Ferrariensi i. contra gent. cap. 4. dist. ahs. Omnes scientiæ dependent à Metaphysi-

sica in conservari, conc. ahs. in acquiri, neg. ahs. & conseq. Dicimus ergo, quod Logica, & omnes aliæ scientiæ, non dependent à Metaphysica in sui acquisitione; quia ad hoc omnes habent sua principia, quoad substantiam per lumen naturale, & quoad modum per Logicam cognita; unde solum pendent à Metaphysica, quantum ad sui conservationem; quatenus si negatur aliquod principium scientiæ particularis, probatur, & explicatur, per principia universaliora Metaphysicæ; ideoque non prius Metaphysica, sed Logica, à qua ipsa Metaphysica in sui acquisitione dependet, est prius acquirenda. Unde sequitur, quod quando dicitur, quod concurrit ad conservationem, concurrit etiam ad productionem, debet intelligi de illo, quod concurrit concursu *simplificiter necessario*, qualis est concursus Dei, non tamen de illo quod concurrit concursu necessario tantum secundum quid. Ut patet in fide, quæ ut facilius conservetur dependet à Theologia, & tamen, ut absolute sit, non dependet ab illa.

4. Obijc. 3. Illa scientia debet prius acquiri, cuius objectum est prius cognoscibile; sed objectum Logici, non est prius cognoscibile, quam objectum aliarum scientiarum: ergo nec Logica debet priusquam

alia scientia acquiri. Prob. min. Objectum Logice est ens rationis, & objectum aliarum scientiarum, entia realia; sed ens rationis non est prius, quam ens reale cognoscibile: ergo. Prob. min. Ens rationis dependet in sui cognitione ab ente reali cum per connotationem, & ad similitudinem illius cognoscatur: ergo.

Resp. dist. ultim. aīs. Ens rationis dependet in sui cognitione *absoluta* ab ente reali, conc. aīs. in sui cognitione *scientifica*, neg. aīs. & conseq. Ens namque rationis potest duplicitate cognosci, cognitione videlicet *absoluta*, & cognitione *scientifica*: si primo modo cognoscatur, certum est, quod dependet ab ente reali: quia talis cognitione sequitur, & fundatur supra ejus entitatem absolute consideratam, & cum illa proportionatur. Et cum in hac entitate ab ente reali dependeat ens rationis, non est dubium, quod in sui cognitione *absoluta* etiam dependet: non tamen in sui cognitione *scientifica*; quia hæc tequitur ad entitatem, ut connexam cum passionibus. Cumque ens rationis tam simpliciter connectatur cum suis passionibus, ac ens reale cum suis: hinc est, quod in cognitione *scientifica*, non dependet. Et instantia est in *accidenti*, quod quidem in esse entis dependet à substantia, in esse tamen scibilis à Metaphysica, nullatenus ab illa dependet.

3. Contr. hanc tamen solut. re-

plic. Cognitio scientifica entis rationis nihil aliud est, quam cognoscere ens rationis, ut connexum cum passionibus; sed ut quis passiones de ente rationis demonstraret, requiritur, quod prius passiones de ente reali demonstraverit: ergo non solum ens rationis, in sui cognitione *absoluta* dependet ab ente reali, sed etiam dependet in sui cognitione *scientifica*. Prob. min. Non solum aliquis ens rationis admodum entis realis debet cognoscere, sed, & passiones, quas de ipso demonstrat, admodum passionum entis realis debet cognoscere; quod non potest alter contingere, quam alias passiones de ente reali demonstrando: ergo.

Confirm. Ens rationis *juxta solutionem* datam, non est i. cognoscibile: ergo nec est i. scibile. Prob. hæc conseq. Bene valet: *ens rationis non est cognoscibile*: ergo *non est scibile*: ergo etiam valet *ens rationis non est i. cognoscibile*: ergo non est i. scibile. Pater cor seq. Nam in primis arguitur ab antecedenti ad consequens, cum eodem addito. *Tum etiam*; quia arguitur à superiori ad inferius, negative: ergo si i. consequentia bona est, etiam 2.

6. Ad replic. Resp. dist. ultima. aīs. Debet cognoscere passiones entis realis *quoad an est*, & aliqua sibi tradente conc. aīs. Debet illas cognoscere *scientifice*, neg. aīs. & conseq. Verum namque est, quod, ut quis cognoscat *scientifice*

fice ens rationis , & passiones de illo demonstret , requiritur , quod prius aliqualiter , aliquo sibi tradente , cognoverit aliquod ens reales suas habere passiones , & connexionem necessariam cum illis , ut postea cognoscat passiones entis rationis , & connexionem entis rationis cum illis , admodum passionis , quam absolute , & non scientifice cognovit , entis realis . Quod sufficit , ut passiones de ente rationis possint de illo postea demonstrari scientifice : ac proinde semper est verum , ens rationis in sui cognitione absoluta dependere ab ente reali , minime vero in sui cognitione scientifica .

7 Ad confirm. vero resp. conc.
1. conseq. neg. 2. Licet namque , bene valeat , ens rationis non est cognoscibile : ergo nec est scibile ; non tamen valet , non est i. cognoscibile : ergo nec est i. scibile ; licet in utraque arguat . à superiori ad inferius negative . Et ratio est , quia in 2. conseq. nō arguit . à superiori ad inferius pure negative , sed partim negative , & partim affirmative , ratione illius additi primum ; quia partim exponitur affirmative , & partim negative : sicut , & propositiones de ly incipit , ut in dialectica notabimus ; ac proinde in consumilibus propositionibus vitiatur locus arguendi à superiori ad inferius . Quia sicut non valet : *Petrus non incipit esse coloratus* : ergo non incipit esse albus ; nec ista : *Adamus non fuit i. creatura* : ergo non fuit

i. homo ; ita non valet : *ens rationis non est i. cognoscibile* : ergo non est i. scibile ; quia in omnibus his consequentijs potest dari aīs . verum , & consequens falsum . Tota hæc doctrina est D. Tho. 3. p. q. 16. ar. 9. ad 2. ubi expresse affirmat in prædictis propositionibus non tenere locū arguendi à superiori ad inferius : & ideo negat ibi , hanc consequentiam , *Christus incipit esse homo* : ergo *Christus incipit esse* ; licet videatur argui ab inferiori ad superius affirmative .

QUÆST. IV.

UTRUM HABITUS LOGICÆ docentis , & utentis realiter distinguantur ?

UNum in hac quæstione suppenimus , & aliud inquirimus ; supponimus namquæ Logicam dividi in *accidentem* , & *utentem* , quæ divisio traditur pluries à D. Tho. præsertim 4. Metaph. leet. 4. & à nostro Authore Mag. Seto q. 2. Proemiali . Logica igitur docens est illa , quæ tradit , & docet omnia præcepta logicalia . Logica vero utens est , quæ executioni mandat tales regulas , & præcepta . Admodum , quo iis dominicatoria primo præcibit regulas docendo , quomodo sint disponenda materialia ; quibus regulis traditis , opus exequitur : & secundum primum munus , dicitur *docens* , & secundum secundum munus dicitur *utens* .

2 Dividiturque Logica in *accidentem* , & *utentem* non solam , ut partem topicam , & probabilem

continet, ut existimant aliqui, sed in tota sua latitudine accepta, prout partem etiam continet demonstrativam, nam secundum utramque partem, Logica docet, & Logica utimur; non minus enim utimur præceptis à Logica demonstrative traditis, cum in illa, vel in alia scientia demonstrationes faciuntur, quam utimur præceptis Logice, cum probabiles, & Topicas rationes, ad aliquid probabiliter inferendum conficimus.

3. Sed adversus hanc veritatem est difficile testimonium D. Tho.
 4. Metaph. lect. 4. ubi sic loquitur: *In parte Logica, que dicitur demonstrativa, sola doctrina pertinet ad Logicam, usus vero ad Physicam, & ad alias scientias particulares; pars autem Logica tentativa, & sophistica habent doctrinam, & usum: ergo Logica secundum partem demonstrativam, non dividitur in docentem, & utentem; secundum Ang. Mag.*

Tamen concessa, ut jacet, auctoritate D. Tho. neg. conseq. Duplex, namque in alijs scientijs usus Logica potest reperi, primus, cum in alijs scientijs utimur demonstrationibus, vel rationibus probabilibus, quarum constructionis forma, & natura, docet Logica, prout ad partem demonstrativam, & probabilem extendit, & ut ab hoc usu Logica denominatur *utens*, Logica in tota sua latitudine, in

docentem, & utentem dividitur. Secundus specialis usus Logicae in alijs scientijs potest esse, quando non solum utuntur modo syllogizandi, & discurrendi à Logica tradito, sed, & ab ipsa Logica accipiunt aliqua principia; & talia principia alijs scientijs praebere solum competit Logica, secundum ejus partem Topicam, & probabilem; & nullatenus secundum ejus partem demonstrativam; & ideo quatenus ab hoc usu *utens* denominatur, non in tota sua latitudine dividitur, sed solum secundum partem Topicam, & probabilem in docentem, & utentem dividit. Et hoc, & non amplius intendit D. Tho. in predicto testimonio, ut se explicat ipse Angelic. Magist. opuse. 70. art. 1. & exemplum ponit 1. Posth. lect. 20. ubi potest videtur.

4. His suppositis, inquirimus, qualiter Logica docens, & utens, inter se distinguantur? Pro cuius resolutione supponendum est, distinctionem esse dupliem; unam realem, & alteram rationis. Distinctio realis est eorum, que ex se, & antecedenter ad divisionem per intellectum factam, sunt inter se diversa, & distincta. Quæ adhuc est triplex, una entitativa, alia modalis, & alia virtualis, seu fundamentalis. Distinctio realis entitativa, est illa, quæ inter entitatem, & entitatem versatur, v.g. inter Petrum, & Paulum.

Realis modalis est, quæ versatur inter entitatem, & modum, v. g. inter Petrum, & ejus sessionem; vel inter modum, & modum, inter sessionem, & elevationem. Distinctio realis virtualis, seu fundamentalis, consistit in una entitate pluribus æquivalenti. Quæ distinctio solet accipi tripliciter. 1. Pro æquivalentiâ unius, & ejusdem rei ad plura inter se realiter distincta, in ordine ad causandos varios effectus, vel præstando diversa munera. Qualiter anima rationalis dicitur virtualiter distingui à se ipsa. 2. Potest accipi virtualis distinctio pro fundamento, quod una, & eadem res præbet intellectui, ut in illa multiplicitatem quandam concipiatur. 3. Denique pro capacitate unius, & ejusdem rei ad suscipiendam realiter, & ante operationem intellectus prædicata ex se contradictionia sine contradictione.

Distinctio vero rationis reperitur inter illa, quæ solum per operationem intellectus actualiter distinguuntur, quæ adhuc est duplex, una *rationis ratiocinantis*, seu sine fundamento in re; alia vero *rationis ratiocinata*, seu cum fundamento in re. Distinctio rationis ratiocinantis, est illa, ad quam intellectus, nullum ad invenit fundamentum in rebus, ut cum distinguit Petrum à semetipso, que distinctio quimerica vocatur. Distinctio

rationis ratiocinatae est illa, ad quam intellectus aliquod adinvénit fundamentum in rebus; ut quando distinguit rationem genericam *animalis*, à ratione specifica *rationalitatis*. Inquirimus ergo, qua distinctione ex his, habitus Logicæ doceantur, & utens inter se distinguantur? An realiter entitative, an realiter formaliter, ut vult Scotus, an vero solum distinguantur per rationem?

5. Pro cuius resolutione dico.
1. *Logica docens*, & utens, non distinguuntur realiter entitative. Hæc conclusio est omnium communis, & probatur ratione fundamentali sic. Quando duo actus se habent ordine quodam, unus videlicet, ut primarius, & alter, ut secundarius, & secundarius, non addit novam difficultatem supra primarium, ab eodem indivisibili habitu entitative eliciuntur; sed actus Logicæ docentis, & utens, sunt actus hujusmodi: ergo ab eodem indivisibili habitu entitative eliciuntur. Mai. constat exemplis, nam quia amor Dei, & proximi se habent ordine quodam, amor Dei, ut primarius, & amor proximi, ut secundarius, & amor proximi, non addit novam difficultatem supra amorem Dei, ab eodem indivisibili habitu entitative charitatis eliciuntur. Similiter, quia

alus sperandi gloriam animæ , & gloriam corporis ita se habent, ab eodem entitative habitu *spei* eliciuntur : ergo.

Min. vero habet duas partes probandas , & quoad 1. sic prob. Actus Logicæ docentis est doctrina , & actus Logicæ utentis est usus ; sed in qualibet arte , prior est doctrina , quam usus : ergo actus Logicæ docentis , & utentis, se habent ordine quodam , unus videlicet , ut primarius , & alter ut secundarius. Quantum ad 2. vero partem prob. Usus Logicæ utentis , ponitur per eadem potentiam , in qua est doctrina : ergo usus non addit novam difficultatem supra doctrinam. Prob. hæc conseq. Ideo , supposita doctrina de modo , quo facienda est domus , est nova difficultas in usu , quia exercendus est per potentias exteriores: ergo si unus Logicæ utentis ponendus est per eamdem potentiam , in qua est doctrina , usus non addit novam difficultatem supra doctrinam : ac proinde ab eodem habitu entitative eliciuntur.

6 Dico 2. Idem realiter formaliter est habitus Logicæ docentis , & utentis. Hæc conclusio communis est inter Thomistas contra Scotum , & prob. eadem fere ratione , ac præcedens. Idem indivisibilis formaliter habitus sufficit ad actus ordine quodam eliciendos , maxime , si unus non addit novam difficultatem supra alterum ; sed unus Logicæ , ut manet probatum ,

non addit novam difficultatem supra doctrinam : ergo utus , & & doctrina ab eodem indivisibili formaliter habitu eliciuntur. Mai. prob. eisdem exemplis. Nam idem non solum entitative , sed etiam realiter formaliter habitus sufficit ad eliciendam amorem Dei , & proximi ; & idem realiter formaliter habitus sufficit ad sperandam gloriam animæ , & gloriam corporis : ergo & idem realiter formaliter habitus , sufficit ad actus ordine quodam eliciendos , ut se habent actus Logicæ docentis , & utentis.

7 Dico 3. *Habitus Logicæ docentis , & utentis distinguuntur per rationem distinctione rationis ratiocinatae.* Conclusio est SS. M. Soto hic q. 2. quem sequitur Fantria 2. Metaph. q. 5. alijque recentiores discipuli D. Tho. prob. que breviter sic. Quando duo habitus ordinantur ad diversa munia , & officia , distinguuntur , distinctione rationis ratiocinatae ; sed habitus Logicæ docentis , & utentis: ordinantur ad diversa munia , & officia : ergo distinguuntur , distinctione rationis ratiocinatae. Min. constat : siquidem habitus Logicæ docentis , ut docentis , ordinatur ad doctrinam , & habitus utentis , ut utentis , ordinatur ad usum ; sed usus , & doctrina sunt diversa munia , & officia : ergo. Mai. vero sic prob. Quando duo habitus ordinantur ad diversa munia , & officia , præbent intellectui fundamentum ad hoc , quod illos dis-

tinguat: ergo distinguuntur, distinctione rationis ratiocinatae. Prob. aīs. exemplis. Maleus namque, quem conficit faber ferrarius, & quo utitur faber lignarius, quia habet diversa munia, & officia, præbet intellectui fundatum, ad hoc, quod illum à se ipso distinguit; & quia *animilitas*, & *rationalitas* ad diversa munia, & officia ordinantur, ad talem distinctionem etiam fundatum præstant: & denique idem realiter intellectus, sola ratione distinctus, in ordine ad diversos actus dicitur *speculatorius*, & *practicus*, ut cum D. Th. I.p.q.19.ar.11. sentiunt communiter DD. ergo.

8. Adversus. i. communem Obijc. i. Habitūs distinguuntur per actus; sed actus Logicæ docentis, & utensilis distinguuntur realiter entitative: ergo, & habus. Mai. cum conseq. est nota, min. vero sic prob. Quæ realiter separantur, realiter entitative distinguuntur; sed actus Logicæ docentis, & utensilis, realiter separantur; cum unus sine altero possit reperiri: ergo.

9. Confirm. Habitūs Logicæ docentis, & utensilis diversis actibus generantur: ergo distinguuntur realiter entitative. Conseq. patet: siquidem non videtur possibile, quod eadem entitas diversis causis producatur. Aīs. vero sic prob. Per actus Logicæ docentis, solum habitus docentis producitur, non vero habitus utensilis: ergo.

10. Resp. ad arg. dist. mai. Habitūs distinguuntur per actus formaliter distinctos, conc. mai. materialiter distinctos, neg. mai. & sub eadem distinctione min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod non ex quacumque distinctione actuū, infertur distinctio potentiarum, & habituum, sed solum ex distinctione formalī, quando videlicet actus non procedunt ex eisdem principijs, nec cadunt sub eadem ratione formalī. Cumque actus Logicæ docentis, & utensilis procedant ex eisdem principijs, & cadant sub eadem ratione formalī; hinc est, quod non distinguuntur formaliter, sed tantum materialiter. Quæ distinctio, non est ad diversificandos habitus sufficiens: ut patet in potentia intellectiva; licet namque actus intellectus inter se, & materialiter distinguuntur, quia tamen, non distinguuntur formaliter, & in ordine ad potentiam, in potentiam intellectivam, non inferunt diversitatem.

Ad confirm. vero resp. neg. aīs. Quia per actus Logicæ docentis, producitur habitus ipsius Logicæ docentis, qui simul absque aliqua entitate, vel formalitate superaddita, est potestas, & facultas ad ipsius Logicæ uium, utpote, qui novam, non addit difficultatem supra doctrinam.

11. Obijc. 2. Potest angeri habitus Logicæ docentis, quin augatur habitus utensilis: non ergo est eadem entitas habitus. Prob.

añs. Multiplicatis actibus Logicæ docentis, augetur habitus docentis; sed non multiplicatur, vel augetur habitus uteritatis: ergo.

Resp. neg. absolute illius assumptum. Non enim potest augeri habitus Logicæ docentis, quin simul augeatur habitus utentis, & econtra; quia eo ipso, quod multiplicantur actus docentis, non solum intellectus facilius redditur ad doctrinam; sed simul facilior redditur ad usum, & multiplicatis actibus utentis, facilior redditur ad doctrinam; quatenus majori experientia magis radicatur in doctrina.

12 Obijc. 3. De eadem realiter entitate, nequeunt prædicata contradictionia verificari; sed si habitus Logicæ docentis, & utentis, non distinguerentur realiter entitative, de eadem entitate habitus, prædicata contradictionia verificarentur: ergo. Prob. min. Tunc casus, de eadem entitate habitus, verificaretur esse scientiam, & non esse scientiam; hæc prædicata, contradictionia sunt: ergo. Prob. mai. Habitùs Logicæ docentis, est scientia; & habitus Logicæ utentis, non est scientia: ergo si habitus Logicæ docentis, & utentis, non distinguerentur realiter entitative, de eadem entitate habitus, prædicta contradictionia verificarentur.

Resp. conc. mai. neg. min. Nunquam enim prædicta contradictionia de eodem verificarentur, quia vel talia prædicata ponuntur

cum reduplicatione, vel sine illa; si ponuntur sine reduplicatione, affirmativa est vera; cæterum negativa est falsa, quia talis prædicatio appellat supra id, quod est in re; & cum in re, sit idem habitus Logicæ docentis, & utentis; hinc sit, quod dicere, quod habitus utentis, non est scientia, est idem, ac dicere, habitus docentis non est scientia, quod est falsum; si vero tales propositiones ponantur cum reduplicatione, dicendo habitus docentis, ut docentis, est scientia, & habitus utentis, ut utentis, non est scientia, utraque est vera; cæterum jam non sunt ejusdem de eodem, sed de diversis per rationem, ac prode nunquam prædicata contradictionia verificantur.

13 Obijc. 4. In moralibus teste D. Tho. 2.2. q.51. ar.2. distinctus habitus ponitur Eubulia, ac Prudentia, non alia ratione, nisi quia Eubulia datur ad consilandum de opere, & prudentia ad imperandum voluntati, circa usum operis: ergo pariter distinctus realiter debet esse habitus Logicæ docentis, quo de conclusionibus judicamus, ab habitu Logicæ utentis, qui circa usum, & elicientiam, & constitutionem discursus versatur.

Resp. conc. añs. neg. conf. Et ratio disparitatis est, quia cum in moralibus, novam, & majorem difficultatem supra consilium de opere, addat ipsum opus voluntati, quandoque resistenti im-

petare; & sape, qui de opere faciendo recte judicat, & consilatur, difficilis ad illud voluntati imperandum inveniatur; merito ad hanc difficultatem vincendam distinctus à prudentia ponitur habitus. Ille tamen, qui habet jam habitum Logicæ docentis, & si aliquam materialem experiatur difficultatem in usu, nullam tamen habet in illo difficultatem formalem, ut supra notavimus: unde ad usum, non riquiritur novus habitus, sed sufficit præexistens applicatio.

14 Obijc. ult. Habitū distinctionem saltem formalem sortiuntur per distinctionem formalem suorum actuum; sed actus Logicæ docentis, & utentis realiter formaliter ex natura rei, & ante omnem operationem intellectus distinguuntur: ergo eadem distinctione distinguuntur, & habitus. Mai. constat; siquidem habitus specificantur per actus. Min. vero sic prob. Objectum actus Logicæ docentis realiter formaliter est distinctum, ab objecto actus Logicæ utentis: ergo & ipsi actus realiter formaliter distinguuntur. Conseq. patet: nam sicut habitus suam distinctionem formalem accipiunt ab actibus quia ab illis specificantur, ita, & actus ab objectis. Añs. vero sic prob. Objectum Logicæ docentis est speculatio, & objectum Logicæ utentis est praxis, seu usus; & insuper objectum actus Logicæ

docentis habet aliquam formalitatem realem, quam non habet objectum actus Logicæ utentis, scilicet esse scibile, ut scibile: ergo.

Confirm. Si prædicti habitus nullam haberent realem distinctionem saltem formalem; in sensu formalis, immo & cum reduplicatione habitus Logicæ docentis vere prædicaretur de habitu utentis, & econtra, & sic istæ prædicationes non solum in sensu identico, sed & formalis essent veræ: *Logica docens est Logica utens; Logica utens in quantum utens est societas.* Consequens est falsum: ergo & añs. Sequela prob. Ea que solum distinguuntur distinctione rationis ratiocinatae, non distinguuntur ante omnem actionem intellectus: ergo ante talem actionem intellectus possunt in sensu formalis, & etiam cum reduplicazione ad invicem prædicari.

15 Resp. ad arg. dist. mai. Habitū distinctionem saltem formalem sortiuntur, per distinctionem formalem suorum actuum ex aequo, & sine ordine se habentium in ordine ad habitum, conc. mai. actuū non ex aequo; sed cum ordine ad habitum, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod argum. solum tenet in actibus ex aequo, & sine ordine se habentibus; non tamen quando anus se habet, ut primarius, & alter, ut secundarius, non addendo novam

difficultatem; quia tunc non inferunt distinctionem formalem realem in habitibus, ut patet in actibus charitatis amoris Dei, & proximi, & in actibus sperandi gloriam animæ, & gloriam corporis. Cumque actus Logicæ docentis, & utensis hoc ordine se habeant, unusque non addat difficultatem formalem, supra alterum, ut supra manet probatum; hinc est quod non refundunt diversitatem realem formalem in habitibus.

Ad confirm. vero resp. quod nullum est inconveniens in sensu non solum identico, sed & formaliter illas propositiones admittere. Admodum quo, quia in Deo justitia, non solum entitative, sed nec realiter formaliter, & solum distinctione rationis ratiocinatae distinguitur à misericordia, non solum identice, sed etiam in sensu formaliter, vere de illa prædicatur. Cum reduplicatio tamen propriæ rationis formalis, vere prædicari non possunt; unde sicut ista est falsa: *justitia in quantum justitia est misericordia;* ita & in nostro casu hæc est falsa: *habitus Logica docentis, ut docentis, est habitus utensis,* & econtra. Et ratio utriusque est, quia per prædictas propositiones reduplicatur id, quod convenit illis per operationem intellectus; & cum prout sic distinguantur, ut diximus, formaliter: hinc sit, quod cum reduplicatione, non possuat ad invicem prædicari.

QUÆST. V.

UTRUM LOGICA SIT SCIEN-
TIA?

DUplex communiter distinguitur scientia; habitualis, videlicet, & actualis. Scientia habitualis est *habitus certus,* & evidens per demonstrationem acquisitus. Scientia vero actualis est *assensus certus,* & evidens per demonstrationem acquisitus. Et licet de utraque scientia dubium procedat, claritatis tamen gratia, de scientia habituali loquimur: inde enim, quid sit de actu dicendum facile deducitur. Quo supposito, & supposita etiam distinctione Logicæ docentis, & utensis ex dictis quæst. præcedenti, inquirimus; an Logica secundum utramque rationem, sit vere, & proprie scientia? Pro cuius resolutione.

2. Dico 1. *Logica, ut docens est* vere, & simpliciter scientia. Hæc conclusio est communis, & prob. ratione sic. Scientia habitualis, vere, & proprie talis, est habitus certus, & evidens per demonstrationem acquisitus; sed Logica est habitus certus, & evidens per demonstrationem acquisitus; ergo est vere, & proprie scientia habitualis. Mai. est diffinitio scientiæ habitualis. Min. vero sic prob. In Logica sunt quam plurimæ demonstrationes; sed per tales demonstrationes, aliquis produ-

citur habitus , qui non potest esse alius , quam Logicæ : ergo . Mai. constat : siquidem medijs demonstratiōnibus Philosophiæ , non acquiritur alius habitus , quam Philosophiæ : ergo pariter medijs demonstrationib⁹ Logicæ non potest acquiri alius habitus quam Logicæ . Mai. vero sic prob . In Logica demonstratur de syllogismo demonstrativo , quod generat scientiam , de probabili quod generat opinionem , de sophistico quod generat apparentiam : similiter in Logica demonstratur , quod diffinitio debet esse clarior suo diffinitio : demonstratur etiam , quod omne universale , est prædicabile ; & denique demonstratur , quod duæ contradictoriæ , non possunt esse simul veræ , nec simul falsæ : ergo in Logica sunt quam plurimæ demonstrationes : consequenterque , si medijs his demonstrationib⁹ , producitur habitus , qui non potest esse alius , quam Logicæ ; Logica est habitus certus , & evidens per demonstrationem acquisitus : ac proinde propriè , & vere scientia .

Confirm . Illa est scientia vere , & propriè talis , quæ demonstrative , & resolutorie , de perpetuis agit , & incorruptibilis ; sed Logica docens est hujusmodi : ergo est vere , & simpliciter scientia . Prob . min . Logica per se , non agit de hac , vel illa secunda intentione in particulari , aut de hoc , vel illo syllogismo , quæ corruptibilia sunt ; sed agit de in-

tentionibus generis , vel speciei in communi , & de ratione communi demonstrationis , & syllogismi ; sed omnia ista incorruptibilia sunt : ergo .

3 Dico 2. Logica , in quantum utens , non est simpliciter scientia . Quod sic ostenditur . Scientia simpliciter talis est , quæ procedit modo resolutorio , reducendo suas conclusiones , & deducendo eas ex suis principijs ; sed Logica , in quantum utens , non sic procedit : ergo , in quantum utens , non est simpliciter scientia . Prob . min . Logica , in quantum utens , & ut ad constructionem demonstrationis , vel syllogismi inclinat , procedit modo compositivo , introducendo , videlicet formam in materia : ergo non procedit modo resolutorio : ac proinde , nec prout sic , est simpliciter scientia . Advertendum est tamen , quod licet Logica utens in quantum talis , non sit simpliciter Scientia , reductive tamen , & secundum quid , potest dici scientia ; quia licet , non procedat modo resolutorio , sed compositivo , adhuc , ut sic , est via ad assensum scientificum ; & ideo saltē in obliquo respicit scibile , ut scibile . & consequenter reductive , & secundum quid , potest dici scientia .

4 Contr . 1. concl . Obijc . 1. secundum Phil . 2. Metaph . text . 5. Absurdum est simul querere scientiam , & modum sciendi ; sed ut explicant ibi commentator , & Di Thos nomine modi sciendi ,

intellexit Phil. Logicam : ergo Logica, non est vere scientia. Patet conseq. quia alias addiscens Logicam simul quereret scientiam, & modum sciendi, quod, ut diximus ex Phil. est absurdum.

Resp. explic. Phil. absurdum est simul querere scientiam, & modum sciendi, scientiam, que distincta est à modo sciendi, conc. mai. scientiam indistinctam à modo sciendi, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod Phil. in prædicto testimonio, loquebatur de scientia, que distincta est à modo sciendi v. g. Philosophia ; non tamen de scientia, que à modo sciendi est indistincta ; cumque Logica indistincta sit à modo sciendi : cum sit ipse modulus sciendi, hinc est, quod non est absurdum simul acquirere scientiam Logicam, & modum sciendi ; sed necessarium.

5. Obijc. 2. In Logica etiam, ut docente plures sunt actus topicos, & probabiles : ergo vel in Logica docente plures habitus formaliter distinctos debemus cōcedere ; vel, si unum tantum, ille non potest esse scientificus. Prob. hæc conseq. Habitus scientificus, non inclinat ad actus topicos, & probabiles, sed ad actus sui generis, scilicet scientificos : ergo si habitus Logicæ docentis, ad actus topicos, & probabiles inclinat, talis habitus, non potest esse scientificus.

Resp. dist. ultim. aīs. Habi-

tus scientificus, non inclinat ad actus opinativos, & probabiles primario, conc. aīs. secundario, neg. aīs. & conseq. Dicimus enim, quod in nulla scientia, & consequenter nec in Logica, est necessaria duplicitas habitus distinctio, sed idemmet formaliter indivisiibilis habitus scientificus, sufficit tanquam ad actus primarios, & à quibus specificatur, ad assensus evidentes, & scientificos ; & ad assensus probabiles, tanquam ad actus secundarios ; tum, quia in eorum elicentia, novam non addunt difficultatem formalem, supra primarios ; tum, quia sub eadem ratione formali ejusdem abstractionis à materia procedunt, unde non requirunt ad sui elicentiam alium habitum.

6. Obijc. 3. Scientia verè talis, debet passiones de suo objecto demonstrare ; sed illas Logica de suo objecto demonstrare non potest : ergo nec est verè, & simpliciter scientia. Prob. min. Objectum Logicæ, ut infra dicemus, est ens rationis ; sed ens rationis nullas habet passiones : ergo nec Logica potest illas de illo demonstrare. Prob. min. dupliciter, & i. sic. Ens rationis, ejusque essentia, utpote quid factum, non potest habere sufficientem influxum, & causalitatem in passiones : ergo illas non habet. 2. Prob. eadem min. Passiones, & essentia debent habere simul coexistentiam ; sed passiones entis rationis possunt

non coexistere simul cum ipso ente rationis; cum per distinctam actionem liberam intellectus producantur: ergo.

Resp. conc. mai. neg. min. ad cujus 1. prob. Dicimus, quod licet ens rationis, non habeat passiones, quas verè, & propriè causet, & quæ de illo per propriam causam possint demonstrari, possunt tamen demonstrari per aliquid, tanquam causam illarum, & per rationem formalem earum, quod sufficit ad demonstrationem simpliciter scientificam. Sicut de Deo simpliciter scientificè unum attributum cognoscimus per aliud, non tanquam per propriam causam, sed tanquam per rationem formalem illius.

Ad 2. prob. min. Resp. disting. mai. Passiones, & essentia debent habere simul coexistentiam, si sint passiones *independentes ab extrinseco*, conc. mai. Passiones *dependentes ab extrinseco*, neg. mai. & conc. min. negat. conseq. Passiones, namque sunt in dupli differentia; nam aliæ sunt *independentes ab extrinseco* v. g. *rissibilitas*, & ista, statim ponitur, posita *rationalitate*. Aliæ vero sunt passiones *dependentes in sui positione ab extrinseco id ut motus deorsum in lapide*, & istæ, licet posita essentia, statim ponantur quantum ad exigentiam, non tamen statim po-

nuntur, quantum ad existentiam; quia in ista dependent ab extrinseco impediente. Cumque passiones entis rationis sint hujusmodi; quia dependent ab intellectu, illas libere fingente; hinc est quod potest poni essentia entis rationis, quin ponantur ejus passiones sub existentia. Ex. qua solutione non inferas *processum in infinitum*; quia istæ passiones haberent alias, & istæ alias: cum habeant distinctum *esse*; quia quando dicitur quod ad distinctum *esse*, distinctæ sequuntur passiones, debet intelligi, ad distinctum *esse* per modum *radicis*, & non per modum *radicati*.

7 Obijc. 4. Ens rationis, quod est objectum Logicæ, non est simpliciter scibile: ergo nec Logica est simpliciter Scientia. Prob. aīs. Scibilitas sequitur ad entitatem; sed ens rationis, non est simpliciter ens: ergo nec est simpliciter scibile. Patet consequentia: siquidem in illa arguitur à superiori ad inferius negative, quæ temper est bona consequentia.

8 Resp. neg. aīs. & ad eū probationem dist. mai. Scibilitas sequitur ad entitatem *absolute sumptam*, neg. mai. ad entitatem, ut *connexam cum passionibus*, conc. mai. & sub eadem dist. min. negat. conseq. Dicimus ergo, quod licet ens ratio-


nis, non sit simpliciter ens, est tamen simpliciter scibile; quia scientia, non sequitur ad entitatem absolute sumptam, sed ad entitatem complexam, ut connexam cum passionibus. Cumque ens rationis tam simpliciter connectatur cum suis passionibus, ac ens reale cum suis, ut manifestet dictum: hinc est, quod licet non sit simpliciter ens, est tamen simpliciter scibile: ac proinde, & Logica simpliciter scientia: & instantia argumenti est in *accidenti*, quod quidem, licet sit secundum quid ens, est tamen simpliciter scibile. Nec talis consequentia est in rei veritate à superiori ad inferius; quia licet scibile supponat ens, addit tamen aliquam rationem, non proprie in ente contentam, sed ab extrinseco desumptam, scilicet à necessaria connexione, quam scibile habet cum suis passionibus. Quia ratione sicut hæc consequentia bona non est, nec à superiori ad inferius: *quantitas non est simpliciter ens*: ergo non est simpliciter quadrata; ita nec ista est bona, nec à superiori ad inferius: *ens rationis non est simpliciter ens*: ergo *ens rationis non est simpliciter scibile*.

9 Ultim. obijc. Logica est ars: ergo non est verè scientia. Ans. constat; siquidem Logica tradit modum operis construendi, vide licet syllogismi, & demonstrationis. Consequētia vero sic prob. Scientia debet procedere modo resolutorio, & de perpetuis agit,

& necessarijs; sed ars procedit modo compositivo, & circa contingencia, & corruptibilia versatur, ut inquit D. Tho. i. p. q. 57. ar. 4. ad 2. ergo habitus, qui propriè est ars, non potest esse propriè, & simpliciter scientificus.

Resp. ex SS. M. Soto q. 2. Proœmiali solutione ad 5. conc. ans. neg. conseq. Nam Mathematicæ sunt simpliciter scientiæ, & tamen verè sunt, & numerantur inter septem artes liberales; quia docent metiri, & numerare: ut docet S. Tho. opusc. 70. q. 6. ar. 1. ad quod non obstat, quod nominat illas, & Logicam, similitudinariæ artes; quia sic denominat illas Ang. Mag. comp. ratiæ ad artes mechanicas, quæ non procedunt modo resolutivo, & circa corruptibilia, & singularia vescantur. Ars tamen, licet prout denominat usum artis, non procedat resolutorio, & circa necessaria, prout docet vero modum conficiendi aliquod opus, bene potest procedere modo resolutorio; sicut de facto procedit Logica tradens, modum conficiendi demonstrationes, & syllogismos, & non de singularibus agit, sed naturam incommuni operis conficiendi docet: ac proinde potest rationem scientiæ, & artis liberalis simul verè, & simpliciter habere.

(O)



QUÆST. VI.

UTRUM LOGICA SIT UNA
specie?

Non inquirimus in hac questione de unitate numerica Logice, hanc enim sicut, quodlibet aliud accidens, ab unitate accipit subjecti, in quo recipitur. Nec inquirimus de *simplicitate Logice*, quia de hac, quest. agemus sequenti; sed, solum de unitate formalis, & specifica Logice inquirimus, an videlicet habitus Logice, prout ad omnes suas conclusiones extenditur, sit unus specie athoma, vel diversus sit specificus?

Pro cuius resolutione est supponendum 1. quod species est duplex, una *subalterna*, & alia *athoma*. Species *subalterna* est, que ulterius divisibilis est in alias species, v. g. species *avis*, quia sub illa continentur species *turturis*, *aquilæ*, & *columbæ*. Species vero *infima*, seu *athoma* est, que in alias species divisibilis non est, v. g. species *hominis* est *athoma*; quia licet sit divisibilis in plura individua, non tamen in plures species. Inquirimus ergo in hac quest. an Logica sit una scientia specie *athoma*; an vero solum sit una specie *subalterna*?

2. 2. Et maxime pro resolutione quest. est notandum cum Ang. Precept. opusc. 70. quod etiam advertit noster Author q. 3. Proce-

mial. quod unitas, vel distinctio specifica habituum, sumitur ab objecto formaliter sumpto, non vero materialiter considerato; unde fit, quod eadem potentia visiva ad plures colores in esse entis specie distinctos absque aliqua sui formalis diversitate terminatur: v. g. ad *album*, & *nigrum*; quia, predicti colores in ratione formalis objecti visus nullam profus habent formalem diversitatem. Similiter potentia *intellectiva* una in se manens, attingit omnia entia; quia licet inter se maxime distinguantur, attingit tam ea illa, sub una ratione formalis potentia, scilicet veri. Cumque Logica, sicut quilibet alia scientia, plures respiciat conclusiones, & plura objecta partialia attingat, inquirimus; an sit una species; quia omnia illa respiciat sub eadem, vel diversa abstractione à materia, vel sub eadem, vel diversa ratione formalis? Quibus suppositis.

3. Resolutoriè dicendum est, *Logicam esse unam scientiam specie athoma*. Concl. est SS. M. Soto q. 3. jam citata, & communis. Probaturque ratione sic. Scientia quilibet illa sit, accipit suam unitatem, vel diversitatem specificam, ab objecto formaliter considerato; sed, objectum Logice, prout se extendit ad omnes tractatus, est unum formaliter: ergo & ipsa Logica est una specie *athoma*. Mai. constat ex notabilibns; min. vero sic prob. Omnia objec-

ta partialia Logice, cadunt sub eadem ratione formali: ergo. Prob. aīs. Omnia objecta partialia Logice cadunt sub eadem abstractione à materia negative, propter maximam imperfectionem: ergo. Prob. aīs. Omnia objecta partialia Logice, sunt entia rationis; sed omne ens rationis, abstrahit ab omni materia negative, propter maximam sui imperfectionem, & prout sic attingitur à Logica: ergo. Prob. min. Ens rationis nullam habet materiam positivam, à qua posuit positivè abstrahere: ergo omne ens rationis abstrahit ab omni materia negative, & prout sic attingitur à Logica: ergo attinguntur omnia sub eadem ratione formali; ac proinde, & ipsa Logica erit una formaliter, & specificie in specie athoma.

4 Obijc. 1. In Logica dantur plures conclusiones, & assensus scientifici, plures etiam probabiles, & opinativi; sed ad istos, & illos nequit aliquis habitus sub una ratione formali terminari: ergo saltem distinguendus est in Logica duplex habitus formaliter distinctus, unus inclinans ad assensus scientificos, & alter ad opinativos.

Confirm. Inter conclusiones, & assensus scientificos, ad quos Logica inclinat, diversitas reperitur specifica; sed habitus specificantur ab actibus: ergo etiam in Logica, debent dari plures habitus specie distincti. Probat.

mai. Diversa specificè est hæc conclusio Logice: *predicabile est universale*, ab ista, *demonstratio generat scientiam*: ergo.

Resp. ad arg. Quod licet satis probabiliter cum nostro Authorè q. 3. Proœm. in solut. ad 6. possit duplex habitus in Logica admitti, unus scientificus ad assensus scientificos, & alter opinativus ad assensus opinativos, quod non derogat unitati specificè, quam adstruere contendimus, Logice, utpote, quæ in hac sententia solum de unitate Logice, quoad partem demonstrativam est intelligenda. Melius tamen, & conformius ad ea quæ diximus supra q. 5. solutione ad 2. Resp. conc. mai. neg. min. Non in Logica necessarius est duplex habitus specie distinctus, sed idemmet habitus scientificus sufficiens est, ad assensus scientificos primario, & probabiles eliciendos secundario; quia in istorum elicitentia, nova non invenitur formalis difficultas: cum sub eadem ratione formali abstractionis à materia attingantur.

Ad confirm. Resp. dist. mai. Inter conclusiones, & assensus scientificos, ad quos Logica inclinat, diversitas reperitur specifica, *materialis*, conc. mai. *formalis*, neg. mai. & sub eadem distinctione min. neg. conseq. Licet namque conclusiones Logice materialiter, & in esse entis specificè inter se differant, formaliter tamen, & in ratione objecti

con-

conveniunt, ut potè, quia sub eadem abstractione à materia attinguntur; & ideo, nec distinctionem refundunt in habitum, qui ad illas sub eadem ratione formaliter terminatur. Et exemplum est in albo, & nigro: licet namque albu, & nigrum materialiter inter se specie distinguantur, formaliter tamen, & in ordine ad potentiam visivam nullam diversitatem dicunt; quia attinguntur sub eadē ratione formalis, *visibilis colorati*

5 Obijc. 2. Nulla potest assignari abstractio à materia, que objecto Logicæ unitatem tribuat formalem: ergo nec illam à suo objecto, habitus potest accipere Logicæ. Prob. aīs. Si aliqua specialis abstractio possit objecto Logicæ assignari, esset abstractio ab omni materia; sed hæc non potest esse objecti Logicæ formaliter constitutiva: ergo. Prob. min. Abstractio ab omni materia est propria Metaphysicæ: ergo.

Dices, quod licet tam objectum Logicæ, quam objectum Metaphysicæ abstrahat ab omni materia, aliter tamen, & aliter; nam objectum Metaphysicæ abstrahit ab omni materia positive, saltem ex modo attingendi; objectum vero Logicæ, quia in se, utpote ens fictum, nullam includit materiam, abstrahit ab omni materia negativè: unde minime sequitur, quod Logica, & Metaphysica formaliter non distinguantur.

Sed contr. si talis solutio vera esset, Logica non distinguere-

tur à Theologia; sed hoc falso est: ergo & solutio data est nulla. Prob. lequela; objectum Theologiae etiam abstrahit ab omni materia negativè: ergo. Prob. aīs. Objectum primarium Theologiae, scilicet Deus, nullam in se includit materiam, à qua positivè abstrahere: ergo.

Resp. ad istam replic. neg. mai. ad cuius prob. dist. aīs. Objectum Theologiae, etiam abstrahit ab omni materia negativè, propter maximam sui perfectiōnem, conc. aīs. propter maximam sui imperfectionem, neg. aīs. & conseq. Licet namque objectum Logicæ, & Theologiae, abstrahat ab omni materia negativè, differentia tamen, in eo, quod objectum Logicæ tali gaudet abstractione, propter sui maximam imperfectionem; quia cum sit minime entitatis nullam concernit materia, à qua positive posse abstrahere; objectum tamen primarium Theologiae, gaudet tali abstractione, propter maximam sui perfectionem, & actualitatem, quæ est sufficiens differentia, ut objectum Logicæ, & Theolog. & consequenter, & ipsæ scientiæ formaliter distinguantur.

6 Obijc. 3. Ideo Logica esset una scientia specie athoma, quia omnia attingit sub una ratione formalis, hoc est, sub eadem abstractione à materia; sed hoc est falso: ergo & quod Logica sit una scientia athoma. Prob. min. Pars Logicæ, quæ agit de *predicabilibus* v. g. distinctionem, & maiorem abstractionem habet, quam

pars Logicæ, quæ agit de *demonstratiōne*: ergo. Prob. aīs. Tractatus de prædicabilibus abstrahit ab omnibus, à quibus abstrahit tractatus de demonstratione, & insuper abstrahit ab ipsius demonstrationis compositione, cum illam non concernat: ergo tractatus de prædicabilibus distinctam, & majorem abstractionem habet, quam pars Logicæ agens de demonstratione: ergo, & sufficientem ad diversificandam Logicam specie. Prob. hæc conseq. Nam ob prædictam solum diversitatem abstractionis à materia sensibili distinguntur specie, Arithmetica, & Geometria, quia nimis, Arithmetica abstrahit à quantitate continua, quam concernit Geometria: ergo pariter in casu argumenti.

Resp. conc. mai. neg. min. ad cuius prob. dist. aīs. tractatus de prædicabilibus distinctam, & majorem abstractionem habet, quā pars Logicæ, quæ agit de demonstratione, distinctam, & majorem materialiter, conc. aīs. formaliter, neg. aīs. & conseq. Dicimus ergo, quod abstractio constitutiva objecti Logica est, ut diximus, abstractio ab omni materia negativè, propter maximam imperfectionem formæ abstrahentis, in quo omnia objecta partialia Logicæ univocè convenient; quamvis distinguantur materialiter per hoc, quod unum magis, vel minus abstrahat à partibus, quæ propriè non sunt materia, sed

Metaphorice; ideoque, dum abstractio formalis est una, hæc major, vel minor abstractio de materiali se habet; quia *magis*, *vel minus*, quando ab eadem forma proveniunt, non variant speciem. Et non est simile exemplum de Arithmetica, & Geometria; quia cum respectu *numeri*, quantitas continua se habeat, ut materia, abstrahens Arithmetica à continuitate, quam concernit Geometria, abstrahit ab illa abstractione formalis; ac proinde abstractione sufficienti ad distinctam formaliter specificandam scientiam.

QUÆST. VII.

UTRUM LOGICA SIT SIMPLEX qualitas?

Hæc quæstio, quæ in rei veritate ad Metaphysicam pertinet, de qualibet scientia intelligi, & investigari potest; disputatur tamen hic ab Authore specialiter de Logica q. 3. Proœm. ar. 2. Pro illius tamen resp. & intelligentia est notandum, quod ad assensum scientificum præter intellectum, concurrunt species intelligibles ex parte objecti, & habitus ex parte potentiarum; ex quo fit, quod aliqui scientiam in collectione specierum; alij vero in habitu, & collectione specierum formaliter constituunt: & conseqüenter assertunt, scientiam esse compositionem ex speciebus, & habitu, vel fal-

saltem ex diversis speciebus, tanquam ex partibus integrantibus.

In rei tamen veritate, & secundum D. Tho. pluribus in locis, præcipue 1.2. q.54. ar.4. scientia formaliter consistit in solo habitu, medio quo intellectus de conclusionibus jūdicat; quamvis nomen scientiae, quandoque usurpetur pro scientia formaliter sup̄ta; quandoque pro scientia consequenter, vel causaliter accepta. Scientia tamen formaliter sup̄ta est, ut diximus, solus habitus; Scientia consequenter accepta est assensus scientificus, ad quem habitus facilitat, & inclinat; & denique scientia causaliter accepta sunt species intelligibiles, & illarum collectio. His suppositis inquirimus, an habitus Logicæ, in quo ipsa scientia formaliter consistit, prout ad omnes conclusiones Logicæ terminatur, sit omnino simplex, & totius compositionis exp̄ers; an vero sit compositus ex pluribus partialibus habitibus, quorum singuli ad singulas conclusiones, licet sub eadem ratione formalis inclinent? Pro cuius resolutione.

2 Dicendum est, Logicam, prout ad omnes suas conclusiones terminatur, esse omnino simplicem qualitatem. Oppositum hujus conclusionis tenet Scotus q. 3. Prologi, quem sequuntur ejus discipulis ceterum conclusionem nostram tenet cum communī Thomistarum, noster Author q.3. Procem. ar.2. Nec mirum, cum sit expres-

sa D. Tho. 1. 2. q. 54. ar. 4. solutione enim ad 3. sic loquitur: Ille qui in aliquo scientia acquirit per demonstrationem scientiarum conclusionis unius, habet quidem habitum, sed imperfecte; cum vero acquirit per aliquam demonstrationem scientiam conclusionis alterius, non aggeneratur in eo novus habitus, sed habitus, qui prius inerat, fit perfectior, utpote ad plura se extendens: eo quod conclusiones, & demonstrationes unius scientiae ordinatae sunt, & una derivatur ab alia: ergo secundum D. Tho. acquilito habitu per 1. demonstrationem, per 2. non producitur novus habitus, sed solum genitus per 1. perficitur, non per hoc quod illi addatur aliqua entitas; sed per hoc præcise, quod ad novam materiam, vel conclusionem extendatur.

3 Ratione vero fundamentali prob. concl. ad attingenda omnia illa, quæ cadunt sub eadem ratione formalis habitus, sufficiens est unus simplicissimus habitus; sed omnia objecta partialia Logicæ cadunt sub eadem ratione formalis Logicæ: ergo ad omnia illa attingenda est unus simplicissimus habitus. Min. constat; si quidem omnia de quibus agit Logica, ut supra diximus, cadunt, & attinguntur sub eadem abstractione formalis à materia. Mai. vero sic prob. Ad attingenda omnia illa quæ cadunt sub eadem ratione formalis potentiae, sufficiens est una simplex potentia: ergo

similiter ad attingenda omnia, quæ cadunt sub eadem ratione formalis habitus sufficiens erit unus simplicissimus habitus. Ans. patet in potentia *visiva*, & *intellectiva*, una namque potentia *visiva* sufficit ad attingenda omnia illa, quæ cadunt sub ratione formalis *lucidi colorati*: & una potentia intellectiva ad attingenda omnia illa, quæ cadunt sub una ratione formalis *veri*. Consequentia vero sic prob. Perfectio, & perfectibile debent proportionari in ea linea, in qua unum est perficiens, & aliud perfectibile, juxta D.Th. loco citato; sed habitus juxta veritatem, & ipsum Ang. Mag. est perfectio potentiarum per modum formæ determinantis, in ordine ad attingentiam objecti: ergo. Prob. min. Habitus nihil aliud est, quam facilitas potentiarum: ergo & est perfectio potentiarum in ordine ad attingentiam objecti: ergo licet non proportionetur cura illa, quantum ad universalitatem, debet tamen cum illa proportionari, quantum ad simplicitatem.

4. Nec valet dicere, quod potentia non generatur nostris actibus, bene vel o habitus; ac proinde multiplicatis actibus, licet non multiplicetur potentia, multiplicatur tamen habitus.

Non inquam id valet. Quia non sunt multiplicandæ entitates absque necessitate; sed nulla est necessitas, ut multiplicatis actibus Logice, multiplicetur etiam, & abitus: ergo quod generetur,

vel non generetur nostris actibus, omnia de materiali se habet. Prob. min. Ad attingenda omnia, quæ cadunt sub eadem ratione formalis, sufficiens est unus habitus, sicut sufficiens est una simplex potentia: ergo sicut non est necesse ad multiplicationem actuum multiplicari potentiam: nec multiplicari habitum ad multiplicationem actuum, qui tendunt sub eadem ratione formalis ab objectum, erit necessarium.

5. Confirm. dicta. Habitus *fidei*, & *charitatis*, ut ipsi contrarij admittunt, absque aliqua sui, vel materiali compositione in omnia sua tendunt objecta, quamvis in terminatione ad quodlibet illorum, nova aliqua materialis sit vincenda difficultas; quia ad omnia illa sub eadem terminantur ratione formalis. Et similiter, virtutes morales, quamvis nostris actibus acquirantur possunt absque sui compositione omnia attingere objecta, quæ sub eadem cadunt ratione formalis, ut patet in *temperantia*, & si in terminatione ad quodlibet illorum, nova aliqua materialis sit vincenda difficultas: ergo pariter idem simplex habitus Logice, absque aliqua sui compositione sufficiens erit ad attingenda omnia objecta ejus partialia; quia cadunt sub eadem ratione formalis, licet in attingentia secundæ conclusionis v. g. aliqua materialis restet difficultas.

6. 2. Prob. nostra concl. Si Logica componeretur ex pluribus partialibus habitibus, vel essent tales habitus specie distincti, vel solo numero distincti; sed tales habitus nec essent specie distincti, nec solo numero: ergo Logica nullatenus componitur ex pluribus partialibus habitibus. Mai. constat à sufficienti numeratione. Min. etiam quantum ad 1. partē est certa, nam aliās Logica non esset una scientia specie atomata. Quantum ad 2. vero partem, in qua est difficultas, sic prob. Si Logica componeretur ex pluribus partialibus habitibus solo numero distinctis, tales habitus recipierentur necessario in eadem potentialitate, & virtualitate intellectus; sed tales habitus nequeunt recipi in eadem potentialitate, & virtualitate intellectus: ergo. Mai. constat: siquidem tales habitus tenderent ad vincendam eandem difficultatem formalem Logicæ: ergo recipierentur in eadem numero potentialitate, & virtualitate intellectus. Min. vero sic prob. Duo accidentia solo numero distincta non possunt recipi in eadem numero virtualitate subjecti; sed illi habitus partiales essent solo numero distincti: ergo non possent recipi in eadem potentialitate, & virtualitate intellectus. Prob. mai. Accidentia sumunt suam unitatem, vel diversitatem numericam à subjecto, in quo recipiantur: ergo in eodem numero subjecto, non possunt

simul recipi duo accidentia solo numero distincta; & consequenter nec in eadem virtualitate intellectus duo habitus partiales possunt simul recipi solo numero distincti.

7. Dices ad hanc rationē, quod species intelligibiles, & actus eidem scientiæ deservientes, solo numero differunt, utpote, quia sub eadem sunt ratione formalis ejusdem habitus; & tamen sunt simul in eodem intellectu: ergo quamvis habitus Logicæ partiales solo numero distinguerentur, possent esse simul in eodem intellectu.

Resp. tamen neg. mai. species namque eidem scientiæ deservientes, & actus, & si comparativè ad habitum solo numero distinguantur, inter se tamen specificè distinguntur: ac proinde possunt esse in eodem intellectu, secundum diversam tamen virtualitatem. Admodum quo habitus Logicæ, & Philosophiæ sunt simul in eodem intellectu, quia licet comparative ad potentiam, solum materialiter distinguantur, inter se tamen specificè distinguntur. At vero habitus partiales Logicæ, si darentur, solo distinguerentur numero: nam, quæ in inferioribus sunt dispersa, in superioribus sunt adunata; ac proinde diversitas objectorum, quæ de formali se haberet ad diversificandos actus, & diversificandas species ejusdem scientiæ, de ma-

teriali se haberet in ordine ad habitum , & illum minime specie diversificaret. Admodum quo licet habitus diversarum scientiarum in eodem intellectu existentes à suis objectis distinctionem habeant specificam , intellectus tamen , quia ad ea omnia objecta , ut principium magis universale comparatur , nullam à predictis objectis accipit distinctionem , aut diversitatem ; consequenterque licet plures species , & actus ejusdem scientiarum in eodem intellectu compatibilis sint , minime tamen duo habitus.

8 Adversus conclusionem Obijc. 1. Habitus Logice , sicut , & quilibet aliis est dispositio , quantum dispositio abstrahit ab habitu , & dispositione specialiter dicta ; sed dispositio est quid compositum ex partibus : ergo & habitus Logice debet esse compositus ex pluribus partialibus habitibus. Prob. min. ex Phil. 5. Metaph. text. 24. ubi sic loquitur: *Dispositio est ordo habentis partes; sed habens partes ex illis componitur: ergo.*

Resp. neg. min. & ad ejus prob. explicò Phil. Dispositio est ordo habentis partes ratione sui , neg. mai. ratione subjecti , conc. mai. & in eodem sensu conc. min. neg. conseq. Solutio patet ex ipso textu , & explicatione tradita à nostro SS. Mag. Soto quæst. unica circa solutione ad 3. de qualitate : scilicet , Phil. non intelligi quod ipsa dispositio in se habeat

partes , sed quod sit ordo animæ habentis partes , potentias videlicet diversas , diversas videlicet inter se , vel diversas potentialitates virtualiter distinctas ad recipienda videlicet accidentia specie , & numero distincta , ut & nos supra notabimus.

9 Obijc. 2. Acquisito habitu per 1. demonstrationem , per 2. novus producitur habitus ; sed eadem est ratio de alijs demonstrationibus : ergo ex his habitibus unus componitur Logice habitus. Prob. mai. dupliciter , & 1. sic. Secundum D. Tho. loco supra pro nostra conclusione citato per 2. demonstrationem sit perfectior ; sed hoc non posset contingere , nisi habitui praexistenti , aliquid superaddatur reale : ergo sentit Arg. Mag. quod habitui genito per 1. demonstrationem , additur novus partialis habitus per secundam. 2. Prob. eadem mai. 2. Demonstratio est ejusdem speciei , immo , & ejusdem activitatis cum 1. nam si 2. per possibile poneretur pro 1. defacto habitum produceret : ergo signum est quod est ejusdem activitatis cum 1. consequenterque si 1. producit habitum , etiam producit 2.

10 Confirm. Multiplicatis actibus circa eadem conclusionem , habitus circa illam intenditur per additionem novæ entitatis , vel modi : ergo pariter praexistentis habitus , quando distincta demonstratione ad novam conclusionem extenditur , nova ei entitas,

tas, & habitus partialis superadditur. Prob. hec conseq. Non minor, sed fortissimam major, est perfectio habitus *extensiva*, quam *intensiva*: ergo, si intensivam, per additionem novæ entitatis acquirit habitus, etiam & extensivam.

II. Resp. ad arg. neg. mai. ad cuius 1. prob. explicò D. Tho. per 2. demonstrationem, habitus genitus per 1. perficitur, per *additionem novi habitus*, neg. mai. per hoc præcisè quod extendatur ad novam materiam, conc. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod genito habitu per 1. demonstrationem, per 2. nullus habitus producitur cum non sit necessarius, ut manet dictum, & non sint multiplicandæ entitates absque necessitate. Unde, & si habitus genitus per 1. demonstrationem Logicæ, perficiatur per 2. in sententia D. Tho. hoc non sit per additionem novi habitus, sed per hoc præcisè, quod extendatur ad novam materiam, vel conclusionem, ad quam antea non extendebatur; ut in eodem loco affirmat ipse Angel. Mag. Admodum quo lux perficitur extensivè, cum novos colores illustrat, non per hoc, quod illi aliquid intrinsecum superaddatur, sed per hoc præcisè quod ad novum spatiū, novosque colores illuminandos extendatur.

Ad. 2. prob. mai. Dicimus, quod dato quod 2. demonstratio quantum est ex se, & specificati-

vè considerata, sit ejusdem virtutis, & efficacie, ac est 1. de facto tamen non producit habitum, immo nec potest producere, ut 2. est formaliter; quia vel produceret eundem habitum, ac 1. vel diversum. Eudem habitum producere implicat, cum producat nequeat produci, producere diversum esset superflui, cum primus sufficeret, ut jama relinquimus probatum: ergo 2. demonstratio, ut 2. nullum producit habitum. Ex quo non inferas, quod detur actio sine termino producto; quia licet 2. demonstratio non habeat terminum productum; habet tamen terminum ad novam materiam extensem.

Ad confirm. vero Resp. in primis neg. aīs. nam juxta sententiam D. Tho. 2.2. q.24. ar.5. nec augmentum intensivum, nec extensivum habitus, fit per additionem intrinsecam alicujus entitatis ad habitum præexistentem; de quo late, cum de intensione qualitatis in libris de generatione agemus. Vei Resp. conc. aīs. neg. conseq. Quamvis enim augmentum intensivum habitus, fiat per additionem intrinsecam alicujus entitatis, aut modi; non tamen sic augetur habitus extensivè; quia ad hoc sufficit, quod extendatur ad novam materiam, & quod per novum asensem novā actuē subjecti potentialitatē: in intensione tamen, quantumcumque multiplicentur actus, quia ha-

habitus non ad novam , sed ad eamdem applicatur materiam : & non distinctam , sed eandem actuat intellectus potentialitatem , nisi ipsi habitui aliquid intrinsecum superaddatur , non habet per quod intensivum recipiat augmentum , & intensivè perficiatur.

12 Obije. 3. Stante habitu scientifico circa 1. conclusionem medio assensa scientifico , potest simul stare habitus erroneus circa 2. medio assensu errore ; sed eo ipso in Logica possibles sunt plures habitus partiales scientifici : ergo Logica non est simplex qualitas. Mai. est in dubitabilis. Min. vero sic prob. Habitus erroneus , adveniente assensu scientifico circa 2.conclusionem , excluderetur necessario ab intellectu ; sed non expelleretur per habitum scientificum , genitum per 1. demonstrationem : ergo expellere-
tur per habitum scientificum ge-
nitum per 2. Prob. min. Nihil ex-
pellitur à subjecto per id , cum
quo compatitur ; sed habitus er-
roneus compatiebatur simul cum
habitu scientifico , genito per 1.
demonstrationem: ergo.

Confirm. 1. quia habens ha-
bitum scientiae circa duas conclu-
siones , potest per oblivionem 2.
demonstrationis , ad assensum 2.
conclusionis non inclinare , & in-
clinare ad assensum 1. signum ergo
est quod ad istas duas conclu-
siones , non erat unus simplicissimus habitus. Patet conseq. nam
alias non posset circa 1. manens,

deperdi circa 2. & ad illam non inclinare.

Confirm. 2. Potest habitus circa 1. conclusionem , multipli-
catis circa illam actibus intendi ,
& circa 2. si actus non multipli-
centur , manere remissus : non
igitur circa utramque conclusio-
nem erat idem realiter habitus.
Pater conseq. siquidem alias ea-
dem entitas esset simul intensa ,
& remissa , quod videtur impos-
sibile.

13 Resp. ad arg. conc. mai-
ult. discursus dist. min. sed habi-
tus erroneus , compatiebatur si-
mul cum habitu scientifico genito
per 1. demonstrationem , secun-
dum se , & absolutè considera-
to , conc. min. ut de novo applicato
ad 2. conclusionem , neg. min. &
sub eadem dist. conseq. Dicimus
ergo , quod habitus scientificus
genitus per 1. demonstrationem ,
potest dupliciter considerari , secun-
dum se , & ut præcisè erat ge-
nitus per 1. demonstrationem , &
prout sic certum est , quod compati-
ebatur cum habitu errore , cir-
ca 2. conclusionem ; cæterum po-
test considerari 2. ut extensus , &
applicatus ad 2. conclusionem
media 2. demonstratione , & pro-
ut sic extensus , & applicatus
non compatitur cum habitu erro-
re , sed potius illum expellit.
Exemplum est clarum in luce ; lux
enim si ponatur in uno cubiculo ,
non expellit tenebras existentes
in alio cubiculo ; si tamen illi cu-
biculo applicetur statim tenebras
expellit.

Ad

Ad 1. confirm. Resp. conc. aīs. neg. conseq. Idem enim entitativē habitus, qui absque aliquo sui intrinseco additamento solum per applicationem ad novam materiam, ad assensum secundæ conclusionis inclinabat; etiam potest absque eo, quod aliquid intrinsecum deperdat, solum per carentiam applicationis ad novam materiam, ad assensum 2. conclusionis non inclinare.

Ad 2. confirm. Resp. etiam conc. aīs. neg. conseq. Nam si-
cūt idemmet habitus ad diversas conclusiones applicatus inclinat, ita etiam applicatus ad unam potest intendi, quamvis, ut applicatus ad alteram, maneat remis-
sus. Ad hoc enim non requiritur diversa entitas habitus; sed solum diversa ejusdem entitatis habitus consideratio, vel respectus secundum diversam applicationem ad distinctam, vel eandem conclusionem.

14. Obijc. 4. Ubi adest nova difficultas, novus requiritur habitus; sed posita 1. demonstratio-
ne Logicæ, & victa difficultate, circa objectum illius, adhuc refutat nova difficultas vincenda circa objecta aliarum demonstratio-
num; ergo Logica necessario debet componi ex pluribus partia-
libus habitibus. Mai. est certa: si quidem habitus dantur ad vincendas difficultates. Min. vero sic prob. Constructa 1. demonstra-
tione, & attacta per assensum, nova difficultas, ut textatur spe-

rientia, in constructione, & as-
sensu 2. demonstrationis inven-
tur; cum circa diversum versetur
objectum, diversoque intellec-
tus utatur medio, & diversis ex-
tremitatibus: ergo.

Resp. dist. mai. Ubi adest nova difficultas formalis, novus est ponendus habitus, conc. mai ubi adest solum nova difficultas materialis, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod habitus dantur ad vincendas difficultates formales, non vero materiales: unde ubi adest nova difficultas formalis, quæ in totali carentia facilitatis, seu habitus consistit, ponendus est novus habitus; secus tamen ubi adest solum difficultas materialis; quia ad istam vincendam sufficit, quod habitus præexistens ad illam novam extendatur materiam. Cum ergo posita 1. demost-
tratione Logicæ attingatur tota ratio formalis Logicæ, totaque vincatur; hinc est, quod per 2. de-
monstrationem non restat nova difficultas formalis vincenda, sed materialis præcisè: ad quam non requiritur novus habitus, sed ap-
plicatio præcisè præexistentis. Exemplum est in illo, qui habet habitum charitatis, qui quidem novam invenit difficultatem in dilectione inimicorum: ad quam vincendam non requiritur distinctus habitus charitatis, sed appli-
catio præexistentis sufficit.

)(o)

E

QUEST.

QUÆST. VIII.

VTRUM LOGICA SIT HABITUS
practicus, an vero speculati-
bus?

Consulto proposuimus titu-
lum quæstionis de habitu,
& non de scientia, ut ab
ea pronunc abstineamus difficultate;
an scientia possit esse practi-
ca? quidquid enim sit de hoc, ne
in illo implicemur, inquitimus:
an Logica sit habitus practicus,
vel speculativus? pro cuius reso-
lutione est notandum 1. quod habi-
tus speculativus dicitur talis ab
speculatione, quæ sic diffiniuntur:
*est actus intellectus ex se non ordi-
natus ad aliquid extra suum genus,*
¶ ab ipsa speculatione distinctum.
Habitus vero, practicus dicitur
talis à praxi, quæ sic etiam diffini-
tur: *est operatio extrinseca intel-
lectui apta regulari per habitum
practicum: seu est opus alterius po-
tentiae ab intellectu.*

Ex quo fit, quod habitus
practicus, & speculativus diffe-
rent in tribus, scilicet in objec-
to, in fine, & in modo proceden-
di. Differunt namque in objecto;
quia objectum habitus speculati-
vi, est res cognoscibilis, & spe-
culabilis; objectum vero habitus
practicus est res operabilis. Dif-
ferunt etiam in fine; quia finis
habitum speculativi est speculatio,
seu contemplatio; finis vero ha-
bitus practici est praxis, seu ope-

ratio. Differunt denique in modo
procedendi; quia habitus specu-
lativus procedit modo resoluto-
rio, resolvendo videlicet conclu-
siones in sua propria principia; ha-
bitus vero practicus procedit mo-
do compositivo, & operativo,
tradendo modum, quo res sub-
existentia ponenda sit.

2. Advertendum est tamen,
quod ad cognoscendum, quando
habitus est speculativus, quando
vero practicus, non debemus at-
tendere ad finem operantis; quia
ex fine operantis potest habitus
speculativus ordinari ad praxim,
& practicus ad speculationem; ex
quo minime sequitur quod habi-
tus speculativus sit practicus, nec
habitus practicus speculativus.
Unde solum debemus attendere
ad finem operis: hoc est ad finem
ipius habitus; ita taliter, quod
ille habitus erit simpliciter specu-
lativus, qui ex se, & ab intrinse-
co ordinatur ultimo ad specula-
tionem, & in illa sistit: & ille erit
habitus practicus, qui ex se, &
ab intrinseco ordinatur ultimo
ad praxim, seu operationem. His
suppositiis.

3. Dico 1. *Logica nec, ut docens,*
*nec, ut utens, potest esse simul prac-
tica, & speculativa.* Hæc conclu-
sio prob. ratione D. Tho. I. p. q.
I. ar. 2. ad hanc formam reducta.
Practicum, & speculativum sunt
differentiae essentiales scientia-
rum inferiorum; sed Logica est
una ex scientijs inferioribus: er-
go in illa non possunt simul ad-

unati ratio practici, & speculativi. Min. cùm conseq. patet. Major autem prob. & explicatur simul. Nam sicut in sensibus particularibus, & inferioribus reperitur ratio specificativa unius, cum exclusione rationis specificativæ alterius, quamvis in sensu communi adunentur tales rationes, quia est potentia superior; ita licet in scientijs superioribus, ut in Theologia adunentur ratio practici, & speculativi, & eadem Scientia, quia superior, sit regula Contemplationis, & simul dirigat operationem; in scientijs tamen naturalibus, & inferioribus, hæc duo simul reperiū non possunt. Et hinc est, quod D. Tho. perpetuo infert differentiam essentialem habituum inferiorum ex differentia pœnes practicum, & speculativum 6. Ethic. leet. 1. & 3. & 1.2.q.17.ar. 1. ad 1.

4 Dico 2. Logica, tam, ut docens, quam, ut utens, est habitus simpliciter speculativus. Illam plures insinuat D. Tho. præcipue 1.2. q. 57. ar. 3. dicens: *Quod etiam in speculabilibus est aliquid per modum cuiusdam operis, puta constructio syllogismi, aut orationis congruae, aut opus numerandi, vel mensurandi;* & ideo quicumque ad hujusmodi operations habitus speculativi ordinantur, dicuntur per quandam similitudinem artes. Hæc D. Tho. Ex quibus infertur Logicam esse pure speculativam, licet propter constructionem suorum artefactorum habeat similitudinem practicæ.

5 Ratione prob. concl. Ille habitus est simpliciter speculativus, qui ex se, & ab intrinseco ad speculationem, & contemplationem veritatis ordinatur; sed Logica tam ut docens, quam ut utens est hujusmodi: ergo tam ut docens, quam ut utens est habitus simpliciter speculativus. Mais cum conseq. ex notabilibus constat: min. vero sic prob. Omnis operatio, quæ in Logica, tam ut docente, quam ut utente reperiatur, respicit pro fine speculacionem, & contemplationem veritatis: ergo Logica sub utroque munere ex se, & ab intrinseco ad contemplationem veritatis ordinatur. Prob. ahs. Omnis actus, & operatio, quæ in Logica reperitur, est, vel docere & dirigere, vel construere propositiones, & syllogismos; sed hoc totum facit Logica, ut passiones, & naturam sui objecti cognoscat, & compleatur: ergo omnis illius operatio respicit pro fine contemplationem veritatis: ac proinde ipsa est scientia simpliciter, & pure speculativa.

Confirm. hæc ratio. Praxis, ut supradiximus, est opus alterius potentiae ab intellectu, seu operatio extrinseca ipsis; sed constructio, v. g. operis syllogistici, ad quod Logica, ut docens dirigit, & quod ut utens exequitur, non est opus alterius potentiae ab intellectu, seu operatio extrinseca illi, sed quid intrinsecum ipsis, medio quo nil aliud facit intellectus.

tus recte speculari: ergo habitus Logicae sub nullo munere habet aliquid, à quo practicus denominatur: ac proinde erit pure, & simpliciter speculativus. Quod magis robatur ex eo: quod ad constitutionem syllogismi (& simile est de alijs artefactis) nullum principium assumit Logica, quod non sit pure speculativum, ut sunt illa: dici de omni: dici de nullo. Quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se: & alia hujusmodi: ergo Logica, etiam ut utens, est tota speculativa; & solum similitudinarie practica.

6. Obijc. 1. D. Tho. comparat Logicam artibus omnino practicis in eo, quod practicæ sunt: ergo sentit illam esse habitum practicum. Patet: ns. ex Prologo posteriorum, ubi ait: *Quemadmodum necessaria fuit ars adificatoria, aut fabrilis circa ea, qua ratio de operibus manuum ratiocinatur; ita necessaria fuit ars que sit directiva artuum rationis, ut in illis homo facile, & sine errore procedat;* & haec est ars Logica.

Resp. D. Tho. comparare Logicam artibus practicis, quia sicut illæ ordinantur ad opus, etiam Logica ad aliquod opus ordinatur; sed cum hac differentia, quod illæ ordinantur ad opus omnino extra genus speculacionis; Logica vero, & si ordinetur ad opus, illuc amen est opus ad speculationem spectans: unde licet ex hoc habeat aliquam similitudinem cum artibus omnino

practicis, practica non est, sed simpliciter speculativa.

7. Obijc. 2. Si Logica esset habitus speculativus, esset nobilior omnibus habitibus practicis; consequens est falsum: ergo, & antecedens. Sequela patet: quia habitus speculativus, ut potè ad nobiliorem finem ordinatus, nobilior est habitu practico. Min. prob. Quia Logica terminatur ad insimum, & ignobilius objectum, ens videlicet rationis, habitus autem practici ad ens reale, sed nobilitas in habitu à suo objecto desumitur: ergo non nobilior, sed ignobilior est illis.

Resp. dist. min. ult. discurs. nobilitas habitus ab objecto desumitur, quando habitus conveniunt in fine, & modo procedendi, conc. min. quando sic non conveniunt, neg. min. & conseq. Licet enim inter habitus, qui versantur circa eundem finem, & conveniunt in eodem modo procedendi, major, vel minor perfectio ex perfectione objecti desumatur; non tamen quando diversum finem respiciunt, & diversum modum procedendi habent. Cum ergo habitus Logicae, procedat modo resolutivo, qui nobilior est, quam modus compositivus proprius habitus practici, & respiciat pro fine contemplationem veritatis; nobilior est habitibus practicis, quamvis ad ignobilius objectum terminetur.

8. Obijc. 3. Logica agit de objecto operabili, & modo opera-

bili: ergo est habitus practicus. Prob. aīs. Agit de syllogismo, & alijs instrumentis Logicalibus, & tradit modum illa construendi: ergo. Confirm. Actus Logicæ utentis est introductio forme syllogismi, vel distinctionis, & huiusmodi, in materia: ergo est vere praxis.

Resp. dist. aīs. agit de objecto operabili, & modo operabili per operationem, quæ sit extra genus speculationis, conc. aīs. quæ sit extra genus speculationis, neg. aīs. & conseq. Dicimus ergo, quod licet Logica tractet de re operabili, & modo operabili, quia tamen omnis ejus operatio, non est extra genus speculationis; quin immo, vel est ipsa speculatio, vel ad speculationem ordinatur, cum constructio syllogismi, & distinctionis tendat ad contemplationem objecti; ideo nec talis operatio est proprie praxis, nec habitus illam regulans, & talem modum habens procedendi, practicus est, sed totus speculativus. Et hinc patet ad confirm.

9. Sed instabis. Aliquando Logica utens introducit suam formam in materia non speculabili: ut cum quis conficit syllogismum ad demonstrandum, qualiter sit facienda domus: ergo saltem talis constructio syllogismi erit proprie praxis.

10. Resp. neg. aīs. Constructio enim talis syllogismi, non est ni-

si propter naturam domus speculandam, non autem propter illam construendam, nec ad illius constructionem ordinatur, nisi per accidens, & ex fine operatis: unde sistit in materia pure speculabili.

QUÆST. IX.

UTRUM OBJECTUM LOGICÆ
sit ens rationis?

Pro resolutione supponendum est objectum scientiæ aliud esse objectū formale quod; nempe quod per se attingitur à scientia. Aliud objectum quo, ratio scilicet sub qua attingitur objectum quod. Sicut in potentia visiva objectum quod est color, & objectum quo est lux, sub qua color videtur: non procedit quasi de objecto formalis quo Logica, sed de formalis quo. Quod rursus dividitur in objectum attributionis, & principalitatis. Objectum attributionis est illud ad quod ordinantur omnia, quæ tractantur in scientia: sicut Deus est objectum, ad quod omnia, de quibus Theologia agit, ordinantur. Objectum principalitatis est illud, quod inter objecta materialia principaliter intenditur cognosci. Unde objectū specificativū, seu attributio-

nis est , de quô modo agimus; cum illud sit objectum adæquatum complectens omnia , quæ per scientiam attingantur , & ratione cuius omnia considerantur.

2 Insuper est supponendum, ex D. Tho. i. Post. i. et. i. proprium Logicæ finem esse opera, & actus intellectus dirigere. In ea autem directione interveniunt, tanquam illius materia, actus intellectus , voces, & conceptus, & illorum objecta , secundum quod omnia hæc sunt dirigibilia per actionem Logicæ , & ipsa actio dirigens , prout denominat omnia hæc objecta extrinsecè directa; ac denique forma rationis , quæ ex actione directiva resultat in objectis , & per quam denominantur intrinsecè directa. Et cum præter hanc formam rationis , reliqua omnia enumerata sint entia realia , omnia illa excludimus à ratione objecti formalis Logicæ per sequentem conclusionem.

3 Dico 1. *Ens reale non potest esse objectum formale Logicæ.* Et prob. Ut aliquid sit objectum formale attributionis alicujus scientiæ , debet ab illa sub aliqua ratione formalí attingi, quæ sit propria talis scientiæ , ut ab alijs distincta ; sed nulla specialis ratio potest inveniri in ente reali , sub qua à Logica attingatur : ergo ens reale non potest esse objectum specificativum Logicæ. Maj. patet , quia scientiæ per rationes objectorum differunt. Min. vero

prob. Ratio , sub qua objecta specificant scientias, est abstractio à materia ; sed nulla potest considerari abstractio in ente reali, quæ sit propria Logicæ : ergo. Prob. min. Quia omnis abstractio, quæ potest considerari in ente reali , vel est abstractio à materia singulari , vel à materia sensibili , vel ab omni materia positivè , vel ab omni materia negativè propter perfectionem ; sed sub prima est objectum formale Physicæ , sub secunda Mathematicarum , sub tertia Metaphysicæ , & sub ultima Theologicæ: ergo nulla est considerabilis in ente reali abstractio , sub qua possit Logicam specificare.

4 2. Prob. concl. Objectum scientiæ est , cuius naturam sciencia per se primo considerat ; sed nullius entis realis naturam , & proprietates per se primo considerat Logica: ergo nullum ens reale est objectum illius specificativum. Prob. min. Quamvis Logica tractet de prædicamentis , ad quæ omnia entia realia reducuntur , illa tamen non considerat, nisi quatenus subinduuntur aliquibus secundis intentionibus rationis: ergo nullius entis realis naturam per se considerat Logica.

5 Dico 2. *Objectum formale specificativum Logicæ est ens rationis.* Prob. ex Phil. & D. Tho. ex Phil. quia 4. Metaph. cap. 4. comparat dialecticum Metaphysico, quod uterque agit de omni ente. Cum ergo dialecticus non posset

attingeret omne ens sub aliqua ratione communi reali, ut patet ex antecedenti conclusione, relinquitur, quod solum agat de illo, ut subinduto intentione rationis. Ex D. Tho. clarius adhuc colligitur. Nam 4. Metaph. cap. 2. lect. 4. ait: *Ens est duplex, ens scilicet rationis, & ens naturæ. Ens autem rationis dicitur proprie de illis intentionibus, quas ratio adinvenit in rebus consideratis, sicut intentionis generis, speciei, & similium, quæ quidem non inveniuntur in renum natura, sed considerationem rationis consequuntur: & hujusmodi scilicet ens rationis est proprie subjectum Logice. Nihil exprefsius pro nostra conclusione.*

6. Ratione prob. concl. 1. sic. Cum Logica sit directiva rationis, ejus objectum formale debet esse aliquod ex illis, quæ ad prædictam directionem concurrunt; sed in nullo reali ex illis, quæ in 2. notabili enumerabimus concurrete ad directionem intellectus, potest consistere objectum Logice: ergo in sola forma rationis, resultante in objectis, & conceptibus ex tali directione, debet consistere. Min. prob. In primis non potest consistere objectum formale Logice in conceptibus formalibus, nec objectivis secundum se sumptis; quia illi sunt materia dirigibilis per Logicam, sicut lapides, & ligna, quæ sunt dirigibilia per artem domicatoriam, non pertinent ad ejus formale objectum: quia talis dirigibili-

tas in quocumque objecto solueret capacitas passiva, ut ab arte, vel scientia consideretur. Deinde actio directiva objectorum, & conceptuum non potest esse objectum Logice; quia objectum artis non est actio, qua conficiuntur artefacta, sed forma, quæ per talem actionem introducitur in materia: ergo relinquitur, quod objectum formale Logice sit tantum forma illa rationis, quæ per eujus directionem introducitur in objectis, & conceptibus formalibus, & per quam disponuntur in modum diffinitionis, argumentationis, & similium: sicut objectum artis domicatoria est forma domus, quæ per directionem artis introducitur in lapidibus, & lignis.

7. 2. Prob. concl. Logica ex proprio fine versatur circa considerationem intentionum rationis: ergo objectum formale illius est ens rationis omnibus illis commune. Prob. aīs. Logica ex proprio fine est ars, & modus sciendi: ergo debet per se primo versari circa cognitionem eorum quibus constituantur instrumenta sciendi: nunc sic; sed forma constitutiva instrumentorum sciendi, est forma rationis, videlicet, secundæ intentiones prædicati, & subjecti, diffinitionis, divisionis, prædicabilium, & hujusmodi: ergo Logica ex proprio fine versatur circa cognitionem secundæ intentionum.

8. Ex his colliges: non ens ra-

tionis in tota sua latitudine esse objectum formale Logice, sed secundam intentionem rationis inconcreto; illam videlicet, secundam intentionem, qua constituitur artefactum Logicale; cuiusmodi est intentio generis, & differentiarum, qua constitutus difficit, & idem de reliquis. Ratio hujus est jam insinuata; quia Logica per se primo considerat formam, quam debet in propria materia introducere; sed haec est sola secunda intentio rationis constitutiva artefacti Logicalis: ergo sola haec, & non ens rationis in tota sua latitudine, est objectum formale Logice. Præter haec autem secundam intentionem in communi, reliqua omnia tam realia, quam rationis, de quibus Logica agit, sunt illius objecta materialia.

9. Colliges insuper, quod inter objecta materialia Logice, objectum principalitatis est argumentatio. Et prob. Quia Logica est scientia rationalis, vel argumentativa: ergo quod principaliiter intendit est naturam argumentationis tradere: & cum inter argumentationis species principalem locam obtineat demonstratio; haec erit objectum principalitatis inter illas.

10. Objc. 1. Logica versatur circa triplicem operationem intellectus, tanquam circa proprium objectum; sed tres operationes intellectus sunt aliquid reale, actiones videlicet reales

ipius intellectus: ergo objectum formale Logice est aliquid reale. Mai. pater: quia Logica est ars directiva operationum intellectus.

— Resp. operationes intellectus esse objectum Logice, non materialiter, & secundum se consideratas, sed formaliter, prout sunt dispositæ in modum artificij definitionis, vel argumentationis, vel hujusmodi; prout sic autem dicunt pro formalis secundam intentionem rationis in concreto.

Sed replic. Operationes intellectus etiam, ut dispositæ in modum artefacti, sunt aliquid reale; quia, prout sic solum important dispositionem activam intellectus, & denominationem extrinsecam, qua denominantur extrinsecè dispositæ; sed totum hoc aliquid reale est: ergo solutio nulla est.

— Resp. dist. mai. ut dispositæ extrinsecæ in modum artefacti sunt aliquid reale, conc. mai. ut dispositæ intrinsecæ, neg. mai. Dicimus enim quod in operationibus, & objectis directis per Logicam duplē esse denominationem, aliam extrinsecam ab actione dirigente, à qua extrinsecè denominantur disposita; aliā intrinsecam à forma rationis, à qua denominantur, & sunt intrinsecè constituta in ratione artefacti Logicalis; cumque objectum formale Logice debeat esse formā illa, qua intrinsecè constit-

tuuntur instrumenta sciendi; sequitur non operationes intellectus, ut dicuntur extrinsecè dispositæ, sed ipsam formam rationis, illas intrinsecè disponentem, esse hujus scientiæ formale objectum.

Dices: in conceptibus objectivis, & formalibus sufficientissimè invenitur ratio instrumenti Logicalis absque forma rationis: ergo absque forma rationis possunt à Logica per se primo attingi, & considerari. Prob. a.ñs. Absque forma rationis superaddita sufficiunt ad exercitium cuiuscumque muneris Logicalis, per hoc solum, quod ab intellectu disponantur, & ordinentur in modum artefacti Logicalis: ergo.

Resp. dist. a.ñs. Absque forma rationis invenitur in conceptibus objectivis, & formalibus ratio instrumenti Logicalis fundamentaliter, conc. a.ñs. formaliter, neg. a.ñs. Per actionem disponentem, & ordinantum extrinsecè ponitur fundamentum, ut resulteret secunda intentio artefacti, & hoc sufficit, ut absolute denominentur instrumenta Logicalia. Munera autem Logicalis instrumenti exercere non possunt absque forma rationis. Ut enim quis v. g. predicet animal de suis inferioribus, oportet quod prius naturam animalis comparet ad inferiora; & cum per talem comparationem intentio universalis in exercitio attingatur, & fiat, non

possunt tale minus prædicationis exercere conceptus formales, & objectivi, quin resultet in illis intentio generis, vel speciei, vel alterius prædicabilis.

11 Obijc. 2. Esto in conceptibus objectivis admittatur aliqua forma rationis; in conceptibus tamen formalibus non potest admitti; sed Logicas veritatur circa conceptus formales, & eorum directionem, tanquam circa proprium objectum: ergo ejus objectum formale non est ens rationis. Prob. min. Quidquid conceptibus formalibus competit, convenit illis ratione suæ naturalis representationis: ergo nulla forma rationis potest illis intrinsecè convenire.

Resp. in primis, quod si Logica, ut concedit argumentum, versatur circa conceptus objectivos, ut substantes secundæ intentioni, jam ejus formale objectum est aliquid rationis: & habetur intentum. Deinde neg. a.ñs. etiam conceptus formales non considerat Logica secundum solam naturalem representationem; sed ex actione intellectus illos disponente, & dirigente resultat in illis intentio subjecti, & prædictati, concepta ab intellectu admodum formæ realis, à qua denominantur intrinsecè dispositi in ratione instrumenti scientiæ.

12 Obijc. 3. Demonstratio pertinet ad objectum formale Logice; scilicet ipsa

demonstratio formaliter sumpta, non importat formam rationis: ergo objectum formale Logicæ non est ens rationis. Prob. min. Demonstratio formaliter sumpta dicit præmissas, ut dispositas ad causandum assensum scientificū; sed alenam scientificum non causant præmissæ per formam rationis: ergo.

Resp. neg. min. ad prob. dist. min. Non causam per formam tanquam per rationem formalem, conc. min. tanquam per conditionem, neg. min. Itaque forma rationis, licet non præstet virtutem causatiyam assensus scientifici; est tamen conditio, sine qua illum non causaret demonstratio. Admodum quo applicatio ignis ad combustibile non præstat, sed supponit in igne virtutem comburendi, est tamen conditio, sine qua ignis nullatenus combureret.

13 Obje. ult. Logica est qualitas quædam realis: ergo non potest specificari ab aliquo rationis.

Prob. conseq. Specificatum accipit à suo specificativo perfectiōnem, & speciem; sed qualitas realis non potest accipere suam perfectionem, & speciem, quæ realis etiam est, ab ente rationis, nihil realitatis habente: ergo.

Resp. neg. conseq. ad prob. dist. mai. Accipit suam perfectiōnem ab specificativo, tanquam à termino extrinseco, conc. mai. tanquam à forma intrinseca, neg. mai. & applicata distinctione minori, neg. conseq. Objecta tribuunt habitibus perfectionem, & speciem per modum termini habitudinis: unde cum ens rationis possit terminare habitudinem Logicæ, sicut defacto terminat cognitiōnem sui, quæ realem habitudinem importat; inde est, quod per modum termini extrinsecè specificantis, potest tribuere qualitati reali, qualis est Logica, speciem, & perfectionem.

) (o) (

LIBER SECUNDUS,

DE ENTE RATIONIS.

ACTURI Libro sequenti in Prologum libri praedicabilium de universalibus, que in praedicabilia dividantur; quia essentia universalis in secunda intentione rationis consistit, non abs re erit, licet ex professo noster Author SS. M. Soto de ente rationis non egerit, aliqua prius de illo, pleniorum illius tractatum ad Metaphysicam remittentes, breviter in hoc libro explicare.

QUÆST. I.

UTRUM DETUR ENS RATIONIS, & quid sit?

ENs rationis, juxta nominis ethimologiam, nihil aliud est, quam ens dependens, seu dicens ordinem ad rationem. Unde juxta triplicem respectum, quem res possunt dicere ad intellectum, tripliciter dicitur ens rationis: *subjective*, *effective*, & *objective*. Subjective; quatenus res respiciunt intellectum, tanquam subjectum inhæsionis, ut species intelligibiles, habitus & actus, quæ in illo realiter subjacentur. Effective vero; secundum quod ad illū, ut causam efficientem illarum comparantur: ut actus intellectus, & alia, quæ ab ipso efficiuntur. Objective denique ens rationis dicitur, quatenus res respicit intellectum, ut

objectum illius, & ut illius terminat cognitionem: & hoc modo dupliciter; vel ita, quod res, quæ obijicitur intellectui, habeat esse reale, & independens ab intellectu, ut lapis v. g. vel ita, ut nullum verum esse habeat, aut habere possit præter hoc, quod est esse objective in intellectu. Et de ente rationis in hac ultima acceptione loquimur in præsenti. Quo supposito.

2. Dico 1. *Ens rationis est, quod solum habet esse objectum in intellectu.* Conclusio, predictaque definitio est communis, colligiturque ex D. Tho. 1. p. q. 16. ar. 3. ad 2. dicente: *Ens rationis est, quod, cum non sit in rerum natura, accipitur, ut ens in ratione.* Id etiam deducitur ex Phil. & Averroë 6. Metaph. Commento 3. dicentibus, quod ens rationis est ens in anima. Ratione insuper prob. concl. & explicatur. Per id recte

explicatur essentia entis rationis, per quod ponitur, id, in quo convenit cum ente reali, & id, in quo distinguitur ab illo; sed per hoc, quod est habere solum esse objectivum in intellectu, & ponitur id, in quo convenit, & id, in quo ens rationis differt ab ente reali: ergo. Prob. min. Per hoc, quod est habere esse objectivum in intellectu convenit ens rationis cum ente reali: cum quodlibet ens reale possit obijci, & habere esse cognitum in intellectu; sed aliunde per nihil aliud habere, quam esse objectivum in intellectu, quod per particulam solum denotatur, differt ens rationis ab omni ente reali; quod, quia tale semper habet, vel potest habere aliud esse in rerum natura, præter esse objectivum in intellectu: ergo.

3. Dico 2. Necessarium est concedere aliqua esse entia rationis. Est communis inter Philosophos cum Arist. & expressa in D. Thos. I. p. q. 16. ar. 3. ad 2. & q. 28. ar. 2. in corp. ubi specialiter docet esse relationem rationis dicens: Aliquando respectus significatus per ea, que dicuntur ad aliquid, est tantum in ipsa apprehensione rationis conferentis unum alterius; & tunc est relatio rationis tantum: sicut cum comparat ratio hominem animali, ut speciem ad genus.

4. Ratione autem prob. i. conclus. Ens rationis est, quod tantum habet esse objectivum in intellectu; sed plura dantur, quæ

tantum habent esse objectivum in intellectu: ergo plura dantur entia rationis. Prob. min. Ubi nulla datur forma, ut in homine v. g. non habente visum concipit intellectus cœcitatem admodum formæ positivæ convenientis homini: & ubi nulla est distinctio concipit intellectus distinctionē, ut inter gradum genericum, & specificum: & denique ubi repugnat realis respectus, concipit illum intellectus admodum realis respectus; sicut dum comparat animalia ad sua inferiora, hominem, videlicet, & equum; sed talis respectus, distinctio, & forma habent esse objectivum in intellectu: quatenus ipsius terminant cognitionem: ergo.

5. 2. Prob. concl. In Deo dantur relationes dominij, & creaturæ, sed istæ non possunt esse relationes reales: ergo sunt relationes rationis: & conseq. aliqua dantur entia rationis. Mai. pate quia Deus denominatur formaliter, & intrinsece Dominus, & Creators sed non ab aliquo absoluio: cum hec rationes non intelligantur in Deo, nisi per ordinem ad creaturas, quatenus eas creat, & gubernat: ergo ab aliqua relatione, quam sub opposita habitudine ad creaturas intelligimus ex parte ipsius Dei. Minor vero docetur à D. August. lib. 4. de Trinit. c. p. ult. dicente: Sicut unus constituit præcium, abique aliqua realitate superaddita; ita Deus constituitur Dominus absque aliqua

qua entitate reali superaddita per solam relationem rationis.

Obijc. 1. Omne, quod est, est cognoscibile; sed ens rationes non est cognoscibile: ergo ens rationis non est. Min. prob. Dupliciter, & 1. sic. Quidquid est cognoscibile, prius est cognoscibile, quam quod actu cognoscatur; sed ens rationis non est prius cognoscibile, quam actu cognoscatur: ergo. Mai. patet: quia cognoscibile ad actu cognitum comparatur, ut actus primus ad actum 2. Sed prius debet intelligi aliquid in actu 1. quia in actu 2. erg. Min. autē prob. Ens rationis non est ens antequā actu cognoscatur; cum tota entitas ejus sit actu cognosci: ergo nec cognoscibile, antequam actu cognoscatur.

2. Prob. princip. minor. Nihil est cognoscibile à nostro intellectu pro hoc statu, nisi quod prius fuerit in sensu: cum nostra cognitio ortum habeat à sensu; sed ens, quod non est physicum, & reale nequit existere in sensu: ergo ens rationis nequit cognosci à nostro intellectu.

Resp. neg. min. & ad 1. prob. dist. ult. aīs. Non est ens *particulariter*, seu *exercite existens*, conc. aīs. *nominaliter*, seu *possibiliter existens*, neg. aīs. & dist. conseq. ergo nec cognoscibile cognoscibilitate, *intrinseca*, conced. conseq. *extrinseca*, neg. conseq. Dicimus ergo quod ens rationis ante *actuali cognitionem* est ens *nominaliter*, & est etiam cognoscibile, quia licet essentia

illius, ut *actualis*, & *exercite existens* in *actuali terminatione cognitionis intellectus consistat*, antecedenter tamen ad *actualiter cognosci* est possibilis; non quidem per aliquam entitatem, & *intrinsecam possibilitatem extra ipsum intellectum*, sed præcisè per potentiam activam intellectus potentis cognoscere ens rationes. Admodum quo effectus non productus extra causas, dicitur possibilis possilitate *extrinseca* à potentia activa petente illum producere desumpta. Unde sicut ens rationis sic possibiliter sumpsum præcedit ipsam *fui actuali cognitionem*; ita pro priori ad ipsam est cognoscibile, cognoscibilitate tamen *extrinseca* à potentia potente illum cognoscere desumpta.

Ad 2. prob. neg. vel disting. mai. Nisi quod prius fuerit in sensu *per propriam*, vel *aliam speciem*, conc. mai. *per propriam speciem practe*, neg. n. ai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Licet enim verum sit, quod illud, quod primo, & intuitive est cognoscibile ab intellectu, debet præcedere in sensu *per suam propriam speciem*: secus tamen, quod abstractive, & connotative cognoscitur. Ut videre licet in plurib. Roma enim, & si numquam fuerit in sensibus alicujus, potest abstractive cognosci ab illo ad instar Matrii, cuius propriam speciem aliquando in sensibus habuit. Similiter spiritualia sunt à nobis cognoscibilia ad ins-

ad instar rerum materialium, & si in se ipsis in sensu præcedere repugnet; quapropter licet ens rationis nequeat per suam speciem in sensu præcedere, potest tamen abstractive, & ad instar entis realiscognosci, & media ejus specie repræsentari, propter convenientiam, & similitudinem saltem analogam entis rationis cum illo.

7 Obijc. 2. Quidquid est, præter Deum, debet habere causam sui efficiem: cum solus Deus non ab alijs, sed à se ipso habeat esse; sed quod dicitur ens rationis nequit habere sui causam efficiem: ergo nequit dari ens rationis. Prob. min. Si esset assignabilis causa efficiens entis rationis esset causa realis, scilicet intellectus; sed causa realis, cum causet per influxum realem, nequit habere pro effectu aliquid rationis: ergo. Confirm. Entis rationis non est assignabilis causa finalis, formalis, vel materialis: ergo nec efficiens. Conseq. patet; quia nullum efficiens operatur, nisi propter finem, nec effectus ab efficiente potest procedere absque causa formali, & materiali.

Resp. ad arg. conc. mai. neg. min. & ad prob. dist. mai. Esset causa realis *improprie*, & per quamdam resultantiam illud causans, conc. mai. proprie, & primario causans, neg. mai. & dist. min. nequit habere pro effectu *proprio*, & primario aliquid ra-

tionis, conc. min. pro effectu *improprio*, & quasi secundario, neg. min. & conseq. Sicut enim ens rationis non est propriæ ens, sed admodum entis; ita nec propriæ habet causam efficientem directe, & primario causantem illius esse; quia causa realis, sic causans, causat per influxum realem, qui directe, & primario non nisi ad aliquid reale potest terminari. Habet tamen ens rationi causam sui quodammodo quasi efficientem, scilicet intellectum, qui intelligendo rem aliter, ac est in se, & id, quod non est ac si esset, secundario, & per resultantiam comunicat enti rationis esse exercitum pure objectivum. Unde licet causalitas, quæ est ipsa cognitio, ad quam resultat forma rationis, sit realis entitative, non tamen influxive: hoc est, illa causalitas est impropria, & metaphorica causalitas: quanvis sit realis cognitio.

Ad confirm. neg. aīs. Ens etiam rationis suo modo habet omnes alias causas. Finalem quidem; quia intellectus non nisi ob faciendas aliquas prædicationes, vel cognoscendam alicujus rei naturam, vel ob alium finem, ens rationis, illud cognoscendo, cōficit. Habet etiam causam materialem, non quidem inhaesionis, sed denominationis, substratum, videlicet, quod denominat, & ad modum formæ accidentalis afficit. Denique habet ens rationis causam formalem, scilicet ip-

nam entitatem rationis, quæ est forma sui ipsius, & forma concreta; quod ex substrato, & ipsa forma denominante resultat.

QUÆST. II.

*UTRUM ENS RATIONIS IN
denominationibus extrinsecis
consistat?*

Pro intelligentia hujus dubij est supponendum, quod denominatio est duplex: una intrinseca, & alia extrinseca. Denominatio intrinseca est, quæ provenit à forma intrinsece existente in subjecto denominato, sicut denominatio hominis ab humanitate, & denominatio albi in pariete, & calidi in ligno, sunt intrinsecæ; quia proveniunt à formis intrinsece existentibus in subjectis denominatis. Denominatio vero extrinseca est, quæ provenit à forma extrinseca existente in alio subjecto. Sicut denominatio visi in pariete est extrinseca; quia provenit à visione existente non ipso pariete, sed in potentia vidente: & denominatio cognitæ in lapide, quæ provenit à cognitione existente, non in lapide denominato, sed in potentia intellectiva; & universaliter est extrinseca denominatio, quæ ad terminationem cuiuscumque actionis in eo, quod illam terminat resultat: immo ab aliquo extrinseco, præter actionem, hujusmodi denominatio[n]es extrinsecæ

possunt desumi: ut denominatio dextri, vel sinistri in columnâ, per hoc, quod sit præcise ad dexteram meam, vel sinistram. Unde necessarium est plures denominatio[n]es extrinsecas concedere.

2. Sed circa tales extrinsecas denominationes dubium obiter occurrit; an sint formales, an solum fundamentales? Hoc est; an à visione v. g. existente in visu, & ad parietem terminata ante omnem aliam formam, quasi intrinsecam in pariete, ab intellectu conceptam, paries formaliter, & non solum causaliter, aut fundamentaliter denominetur *visus*? Circa quod, & si j. dicemus utramque partem esse satis probabilem, & haud difficiliter utramque posse defendi; brevitates tamen causa solum partem allarentem esse denominationes formales, & non pure fundamentales expresse propugnamus. Quæ quidem ratione sic prob. Homo per actionem ad parietem terminatam formaliter dicitur videns: ergo paries per id præcise, quod eandem terminat actionem, formaliter licet extrinsece denominatur *visus*. Conseq. prob. Denominationes videntis, & visi sunt omnino mutua: ergo non potest dari formalis denominatio videntis, quin in objecto corresponeat formalis denominatio visi.

Confirm. Deus antecedenter ad intellectus operationem aliquid per modum formæ intrinsecæ in eo concipientem dicitur ex tem-

tempore formaliter Creator, & Dominus; sed hujusmodi denominations in Deo sunt omnino extrinsecæ: ergo jam aliquæ dantur denominations extrinsecæ formales, & non pure fundamentales. Prob. min. Hujusmodi denominations non possunt in Deo provenire ab aliquo intrinseco, à forma, videlicet ei ex tempore realiter superaddita: alias Deus in tempore realiter intrinsecæ mutaretur: ergo præcise possunt provenire à relatione in creaturis existente, & ad Deum extrinsecæ terminata: ac perinde sunt denominations extrinsecæ.

Dico 1. Denominatio formalis solum potest provenire à forma intrinseca, vel quasi intrinseca existente in denominato; nec ad hoc sufficit aliquam actionem extrinsecam terminare: ergo. Ans. prob. Ex eo, quod lignum v. g. actionem terminat calefactivam, solum causaliter denominatur calidum; formaliter autem solum à calore in ipso ligno per talem actionem introducto: ergo.

Dices 2. Si denominatio extrinseca visi v. g. in lapide, quæ à parte rei reperitur, esset denominatio formalis, esset aliquid reale distinctum ab ipsa visioac, à qua provenit talis denominatio; sed non potest esse aliquid reale à visione distinctum: ergo nec denominatio formalis. Min. prob. Ens reale ad equate dividitur in substantiam, & accidens: sed si talis denominatio esset ali-

quid reale à visione distinctum, nec esset substantia, nec accidēs reale: erg. Min. quoad 1. part. patet. Siquidem lapidi per hoc, quod videatur, nihil substantiale advenit: quoad 2. vero sic prob. Talis denominatio nulli subjecto realiter inhæret: alias quotiescumque lapis videretur, realiter mutaretur per adventum realis accidentis illi realiter inhærentis, quod est abiurdum: ergo.

Ad 1. Resp. neg. ans. Licet enim denominatio formalis intrinseca non possit esse nisi à forma intrinseca, vel quasi intrinseca ipso denominato: secus tamen formalis extrinseca. Nec oppositum convincit exemplum de calefactione, hæc enim, vel nullatenus denominat lignum extrinsece, & absolute calefactū, quia cum causet in ipso formam caloris intrinsecam, à qua lignum formaliter, intrinsece, & in facto esse denominatur calidum, non habet locum denominatio extrinseca, & absoluta à calefactione proveniens; & ad summum solum cum addito, vialiter, & in fieri potest dici calidum à calefactione denominari; quod est potius esse causalitatem efficientem denominationis, & formæ denominantis, quam in rei veritate denominare. Actiones vero, quæ nihil producunt in suo termino, ut visio in objecto, tribuunt illi denominationem extrinsecam formalem, & absolutam, utpote quæ non impeditur ab alia forma-

li intrinseca denominatione, quæ à forma intrinseca proveniat; unde si hujusmodi actiones denominant, non causaliter, & infieri, cum nihil producant; sed formaliter, & in facto esse denominare debent. *Vel potest dici*, quod utraque denominatio formalis simul est in ligno, extrinseca à calefactione, & intrinseca à calore; quia cum una sit extrinseca, & altera intrinseca, sunt simul in eodem compatibiles.

Ad 2. (quod et que, meo vi-
deri est etiam contra admittentes
denominationes extrinsecas pure
fundamentales; quia etiam illæ
sunt reales, & aliqualiter ab ac-
tione, à qua proveniunt distinc-
tæ.) Resp. conc. mai. neg. min. &
ad prob. dist. mai. Ens reale *intrin-
secum*, conc. mai. *extrinsecum*, neg.
mai. Dicimus enim, quod tales de
nomin. quāvis sint aliquid realis ali-
qual. distinct. à formade nominante:
nec sunt proprie substantia, nec
accidens; quia istæ sunt differen-
tiæ entis realis intrinseci: ac pro-
inde nullum petunt subjectum in-
hæsionis; sed solum exigunt sub-
jectum denominationis, respectu
cujus admodum accidentis se ha-
bent. Admodum quo dicitur de
reali moralitate, & estimabilita-
te, quæ in aliquibus rebus ante
omnem operationem intellectus
invenitur: quod proprie nec est
substantia, nec accidens: nec ali-
quod petit subjectum inhæsionis,
sed solum denominationis; quia
ens, quod dividitur in substantiā,
& accidens, est ens physicum, non
autem morale.

Diximus autem denomina-
tiones extrinsecas esse aliquid rea-

le aliqualiter distinctum à forma
denominante: vel quia illud, quod
addunt ad formam, est esse extrin-
secum reale modificativū subjec-
ti denomination: quod reductive,
& improptie pertinet ad genus
ipsius formæ: & non constituit ali-
quod speciale prædicamentum,
ut in cap de ult. prædic. afferimus.
Vel si mavis dicitur denominatio
extrinseca realiter aliqualiter dis-
tinguēta à forma extrinsece denomi-
nante, quia non adæquate, & ut
excludēs ab excluso ab illa distin-
guitur: sed tantum inadæquate,
& ut indudens ab incluso, ab ea
realiter differt: nam ipsa denomi-
natio extinseca adæquate sup-
pta, & importat ipsam formam, que
alicui intrinsece ineft, & etiam
subjectum denominationis, cui
extrinsece adjacet forma denomi-
nans; licet expreſſe solum dicat
extrinsecam affectionem termini
ex forma connotata, & applicata
ad subjectum resultantem: quare
realiter non differt à forma, & sub-
jecto denominato simul, & collec-
tive sumptis; licet distinguatur
realiter ab illis inadæquate, & à
qualibet parte divisive sumpta ip-
sa denominatio.

4 His ergo suppositis inquirimus
in præsenti; an in hujusmodi de-
nominacionibus extrinsecis con-
sistat eas rationis? Ad quod reolu-
torie dicimus: *in nulla denomina-
tione extrinseca ens rationis forma-
liter consistere*. Hæc concl. est cōm.
& efficaciter hac ratione prob. Om-
nis denominatio extrinseca pro-
veniēs à forma reali est realis; sed
ēs rationis nequit esse aliquid rea-
le: ergo ēs rationis nequit cōsistere.

denominationibus. Min. patet ex dictis quæst. præc. Mai. vero sic prob. Omnis talis denominatio existit à parte rei independenter ab operatione intellectus aliquid admódum entis concipientis: ergo. Prob. añs. Per hoc duntaxat, quod visio terminetur ad partem, paries dicitur extrinsece vi-sus: & per hoc præcise, quod cognitio ad lapidem terminetur, lapis extrinsece cognitus denominatur; sed hoc, quod est visio-nem, & cognitionem ad suum objectum terminari, à parte rei reperitur, & independenter ab operatione intellectus id admó-dum formæ intrinsecæ concipientis: ergo omnis denominatio extrinseca à forma reali proveniens existit à parte rei, & independenter ab intellectu dante illis esse objectivū: ac proinde sunt aliquid reale, & consequenter in nulla ens rationis potest formaliter consistere.

5. Obijc. 1. cum Durand. Sal-tum denominatio extrinseca cogniti est quid. rationis: ergo. jam ens rationis in aliqua denominatio-ne extrinseca consistit. Prob. añs. Talis denominatio totum suum esse habet objective in intellectu: ergo. Prob. añs. Talis denominatio ita dependet ab intellectus cognitione, ut absque illa nullatenus detur: ergo.

Resp. dist. ult. añs. Depen-det ab intellectus cognitione, ut pure denominante, conc. añs. ut fingente, neg. añs. & conseq. De-

nominatio enim cogniti non mi-nus realis est, quam aliæ denomi-nationes extrinsecæ: siquidem non minus ab actione reali proce-dit, quam aliæ. Unde licet de-pendeat ab operatione intellectus, ita ut sine illa, ut forma de-nominante, non posset reperi-ri: non tamen dependet à cognitio-ne illa, ut fingente, & dante ipsi denomi-nationi aliquid esse ob-jectivū. Cujus ratio est; nam per talem eognitionem licet lapis, v. g. qui denominatur cognitus, ha-beat esse objectum in intellectu; ipsa tamen denominatio cogniti non habet in illo esse objectivum; usque dum quasi reflexe ab intel-lectu cognoscatur; & cum nihil reale intrinsecum ponat in lapi-de, concipiatur ad modum formæ intrinsecæ in ipso lapide. Quapropter antequam prædicta de-nominatio sic concipiatur, ma-nebit intra lineam entis realis, li-cet extrinsece: & solum ens ra-tionis consistit in altera forma; quæ cum non sit realis, nec in-trinseca, ab intellectu ad modum formæ realis intrinsece in lapide consideretur: quod idem in alijs denomi-nationibus extrinsecis cō-tingit. Unde nullatenus sequitur ens rationis in aliqua extrinseca denomi-natione formaliter con-sistere.

6. Obijc. 2. Denominatio Do-minii, & Creatoris est extrinseca in Deo; & tamen talis denomi-natio est aliquid rationis: ergo datur aliqua denomi-natio extrin-
seca.

seca , quæ sit aliquid rationis. Prob. min. Talis denominatio advenit Deo in tempore juxta D. Tho. r.p. q.13. ar. 7. sed in tempore nihil reale potest Deo advenire : alias in tempore realiter mutaretur , quod ejus summa immutabilitati omnino repugnat: ergo talis denominatio est aliquid rationis.

Resp. dist. ult. min. Nihil reali *intrinsecum* potest Deo advenire , conc. min. *extrinsecum*, neg. min. & conseq. Licet enim repugnet aliquid reale *intrinsecum* Deo in tempore advenire; quia si hoc esset , Deus realiter mutaretur: potest tamen aliquid reale *extrinsecum* Deo in tempore advenire ; quia, cum *extrinsecum* sit, Deus nullatenus mutaretur : sicut defacto non mutatur per hoc, quod adveniat ei denominatio realis *extrinseca* creatoris , quæ à relatione creaturarum provenit in Deo , per quam denominatur Deus *extrinsece* relatus , & ut sic terminans ipsam relationem realē creature: ut latius in cap. de relatione explicabimus.

7 Ex dictis infertur, quod *ens rationis* non potest consistere in aggregato ex extremis realibus , & cognitione ea falso adunante: sed formaliter solum consistit in ente factō , & impossibili ab omni ente reali , & realiter possibili distincto. I. pars hujus asserti sic breviter prob. Aggregatum ex extremis realibus , & cognitione falso adunante est potens realiter exis-

tere ; sed ens rationis est impotens realiter existere: ergo nequit in tali aggregato consistere. Prob. mai. Aggregatum , cuius omnes partes, & etiam illarum unio sunt reales , ac proinde potentes realiter existere , est potens realiter existere : cum aggregatum nihil aliud sit, quam partes unitæ; sed partes , & unio illius aggregati possunt realiter existere: ergo & tale aggregatum. Prob. min. Partes illius aggregati sunt extrema realia , v. g. *hirco* , & *cerbus* & unio est cognitio falso adunans: hæc extrema; sed tam extrema realia , quam cognitio intellectus ea falso adunans realiter existunt , dum intellectus concipit *hircocerbum*: ergo omnes partes istus aggregati realiter existunt: ergo & aggregatum ; consequenterque in tali aggregato nequit ens rationis consistere.

2. Vero pars sic prob. Ens rationis est , quod tantum habet esse objective in intellectu ; sed quod tantum habet esse objective in intellectu est ens fictum , & impossibile ab omni ente reali , & vere possibili distinctum : ergo ens rationis consistit formaliter in tali ente factō , & impossibili. Mai. est diffinitio entis rationis, ut ex quæst. antec. constat. M.n. vero sic prob. Quod tantum habet esse objective in intellectu, nullum verum , & reale esse potest in se habere ; sed hoc ipso est aliquid , non verum , sed fictum , distinctumque ab omni ente rea-

li, & realiter possibili; ut ex se est compertum: ergo. *Confirm.* Ideo juxta contrarios ens rationis non consisteret in ente facta, & impossibili; quia tale ens non potest ab intellectu cognosci; sed potest: ergo. *Prob. min.* In quavis propositione falsa v. g. in ista: *homo est equus* repræsentatur intellectui identitas facta, & impossibilis inter hominem, & equum; sed quidquid per propositionem, seu cognitionem repræsentatur, cognoscit intellectus: ergo intellectus valet cognoscere ens factum, & impossibile; & consequenter in hoc esse ens rationis potest consistere.

8 *Contr. i. part.* Obijc. Stac quod omnes partes sint incorruptibles, & quod totum sit corruptibile: ut patet in homine, cuius materia, & forma sunt incorruptibles; & tamen ipse homo est corruptibilis: ergo pariter stat, quod omnes partes alicujus aggregati sint reales, & quod aggregatum ex eis sit aliquid rationis. *Confirm.* Ens rationis potest consistere in aliquo reali inadæquate: ergo etiam adæquate. *Prob. aīs.* Hoc aggregatum *mens aureus* est aliquid rationis; sed hoc aggregatum saltē inadæquate cōsistit in aliquo reali: erg. & ens rationis. *Pr. mi.* Partes hujus aggregati *mōs aureus* sūt mōs, & aurum falso idētificata; sed solū veri si mōs, & verū aurum falso identificantur; cum mons factus, & aurum factum non repugnet identificari: ergo partes hujus aggregati sunt verus, &

realis mons, & reale, & verum aurum: ac proinde consistit in aliquo reali inadæquate.

Ad arg. resp. conc. aīs. neg. conseq. Et ratio disparitatis est; quia licet materia, & anima, quæ est forma hominis, sint incorruptibles: unio tamen, sub ratione unientis exercite illas, est corruptibilis: quod sufficit, ut totum hominis compositum sit corruptibile. At vero præter partes aggregati, quæ sunt potentes realiter existere; potest in re existere unio illarum sub exercicio uniendi ipsas: cum hæc unio juxta Adversarios sit cognitio falso adunans quæ persæpe realiter existit: consequenterque si in extremis, & tali unione consistit aggregatum, nō est ratio, cur sit impotens realiter existere: ac proinde in tali aggregato nequit ens rationis consistere.

+ Ad confirm. resp. neg. aīs. & ad prob. dist. mai. aggregatum *pro formalī*, est aliquid rationis, conc. mai. *pro substractō*, neg. mai. & dist. min. *inadæquate*, & *pro substractō*, cōc. min. & *pro formalī*, neg. min. & cons. Dicimus ergo, quod, licet verum aurum, & verus mons, sint partes illius aggregati, non sequitur, quod ens rationis consistat adhuc inadæquate in aliquo reali. Nam aggregatum illud precise pro formalī est aliquid rationis, pro identitate scilicet, seu unione extremonrum. Et cum hæc identitas nullo modo sit vera, & realis; inde fit, quod ens rationis in nullo reali consistat: & si de

materiali , seu pro substracto dicat aliquid reale. Sicut *album* est concretum accidentale; quia forma est accidens , & si substractum sit substantia.

9. Tandem, contr 2. part. obijc. Intellectus affirmans hominem esse equum facit ens rationis consistens per nos in idētate extre- morum , quam affirmat ; sed hæc identitas non est ficta , sed realis: ergo ens rationis non consistit in aliquo est ficto. Prob. min. Intellectus affirmat eam identitatem , quæ inter talia extrema est impossibilis , & in cuius affirmatione falso asserit: ergo non affirmat idētatem fictam; sed veram , & realem. Prob. cōseq. Nam hominem , & equum identificari ficta identitate non est falso , & impossibile , sed verum: ergo si intellectus affirmat identitatem impossibile , & in cuius affirmatione falso asserit , non affirmat identitatē fictam; sed veram.

Resp. neg. min. & ad prob. conc. aīs. dist. conseq. Non affir- mat identitatem fictam, ut fictam , conc. conseq. identitatem fictam, ut veram , neg. conseq. & dist. etiā 2. part. Sed veram , & realem ap- parenter , conc. conseq. in rei veri- tate , neg. conseq. Nam falso asserat in intellectus , non requiri- tur , quod identitas , quam affir- mat, sit vere possibilis , & vere : sic enim propositio non esset falsa , & impossibilis; sed sufficit , quod identitas , quam affirmat ut vera , in rei veritate sit ficta , & impos- sibilis. Siquidem ideo propositio il-

la falsa , & impossibilis est ; quia per illam affirmatur , ut possibilis , & vera identitas , quæ in rei veri- tate non est nisi ficta , & impossi- bilis , licet intellectui ipsi realis , & vere possibilis appareat. Unde nullatenus sequitur , quod ens ra- tionis in tali identitate consistens nō sit quid fictum , & impossibile.

QUÆST. III.

UTRUM ENS RATIONIS SO- lum existat, dum actualiter con- sideratur ab intellectu?

PRO intelligentia hujus dubij advertendū est 1. quod pro- portionabiliter ad ens reale , ens rationis suo modo habet suam existentiam , & existentiam. Unde sicut in nullo ente creato existentia est de illius essentia ; ita etiam existentia , entis rationis , media qua suo modo educitur extra causas , non est de illius es- sentia : quæ in hoc , quod est esse tatum obiectibile in intellectu cō- sistit , & quæ per ipsam existentia (quælibet illa sit) tanquam per ultimam suam actualitatē intelligi- tur aliquo modo actuari. Existen- tia autem potest esse duplex una virtualis , seu fundamentalis , & alia formalis. 1. est quam ens rationis habet in sua causa , seu fundamen- to , & de ista non loquimur in pre- senti ; quia supponimus tanquam certum , tunc ens rationis ex ille- virtualiter , seu fundamentaliter , quando existit ejus causa , seu fun- damentum. Unde solum procedit quæstio de existentia formalis , quæ res habet in se ipsa , & prout for- maliter est extra ones suas causas .

3. 2. Est notandum quod existentia formalis etiam potest esse propria, & impropria existentia propria est, quæ exigitur à natura, & ab illa dimanat: ut existentia v. g. qua existit Petrus, vel Paulus. Existentia impropria, seu aliena est illa, quæ nec exigitur, nec dimanat à natura: sicut existentia Verbi Divini respectu humanitatis, quæ, quia supernaturalis, nec ab humanitate exigitur, nec ab illa dimanat. Denique observa, quod aliquando ens rationis proxime in ente reali fundatur: sicut negatio, & privatio; aliquando vero in ente rationis: sicut prædicabilitas fundatur in universalitate, quæ est aliquid rationis. Et de omnibus his inquirimus in præsenti; an existant per existentiam sui fundamenti; an vero illorum existentia consistat solum in passiva terminazione actualis cognitionis? Pro quo.

3. Dicendum est: Nullum ens rationis existeret formaliter per existentiam sui fundamenti; sed solum dum actualiter ab intellectu cognoscitur admodum entis realis. Hæc concl. est nostr. Auth. q. 3. univers. & communis, & colligitur manifeste ex Arist. & D. Tho. Ex Arist. quidem; quia ut jam diximus, ens rationis, afferit, esse ens in anima; sed si ante cognitionem intellectus haberet existentiam formalem, non esset ens in anima, sed extra animam: ergo. Ex D. Tho. etiam prob. nam

opusc. 42. cap. 1. ait: Tunc efficietur ens rationis, quando intellectus nititur apprehendere id, quod non est, per modum entis: ergo juxta Ang. Præc. priori ad actualem intellectus cognitionem nullam potest habere ens rationis existentiam formalem.

4. Ratione autem prob. concl. & i. de ente rationis, quod proxime fundatur in aliquo reali. Si tale ens rationis existeret per existentiam sui fundamenti, realiter existeret; sed ens rationis nō potest realiter existerere: ergo tale ens rationis non potest existerere per existentiam sui fundamenti realis. Min. patet: nam aliàs ens rationis non distingueretur ab ente reali. Mai. vero sic prob. Si ens rationis existeret formaliter per existentiam realem sui fundamenti, talis existentia tribueret enti rationis suum effectum formale; sed effectus formalis existentiae realis est facere existerere realiter: ergo. Mai. constat: nam si ens rationis existeret per existentiam realem, talis existentia illi communicaretur; sed non potest illi communicari, nisi tribuendo ei suum effectum formale: cum effectus formalis formæ sit ipsam formam communicata: ergo tunc casus talis existentia communicaret enti rationis suum effectum formale. Min. vero princip. sic prob. Effectus formalis existentie est facere existerere: ergo effectus formalis existentie realis est facere existerere realiter:

sicut effectus formalis albedinis est facere formaliter album: ergo si hujus effectus formalis est incapax ens rationis, incapax est etiam existendi per existentiam sui fundamenti realis.

5. 2. Prob. concl. specialiter de 2. intentionibus, quæ in 1. intentionibus fundantur. Per existentiam 1. intentionis rationis nullatenus potest existere 2. intentio rationis: ergo adhuc hujusmodi entia rationis nequeunt existere per existentiam sui fundamenti. Prob. a.ñs. Formæ specificæ, & formaliter inter se distinctæ non possunt per eandem existentiam formaliter existere; sed primæ, & secundæ intentiones rationis specificæ, & formaliter inter se differunt: ergo. Cetera patent, & mai. prob. Existētia finita, & limitata semper pertinet reductive ad speciem formæ, cuius est existentia, & cum illa adæquatur, & proportionatur: ergo formæ diversæ speciei nullatenus possunt per eandem omnino existentiam formaliter existere: ac proinde si 2. intentiones à primis specificæ distinguuntur, illæ per existentiam istarum nequeunt formaliter existere. Et hæc ratio à fortiori probat, quando fundamentum est aliquid reale, utpote à quo ens rationis formaliter maxime distinguitur.

6. Tandem prob. concl. directe de omni ente rationis. Existētia formalis entis rationis est ultima actualitas, per quam suo

modo formaliter educitur extra omnes suas causas; sed hujusmodi actualitas solum potest consistere in hoc, quod est obijci actualiter intellectui, illiusque actualis cognitionem admodum entis realis terminare: ergo in eodem duntaxat unica formalis existentia cujuscumque entis rationis formaliter consistit. Prob. min. Essentia entis rationis est esse objective in intellectu, seu esse in anima possibiliter, & signata: ergo ultima actualitas illi correspondens, consistit in hoc, quod est obijci intellectui actu, & exercite, & admodum entis actualiter cognoscì. Consequenterque, tunc solum existet, quando prædicto modo actualiter illud cognoverit intellectus.

Dices: supradicta solum convincere, quod ens rationis non habeat propriam, & connaturalem existentiam nisi dum actualiter ab intellectu consideratur: nō vero probare, quod antecedenter ad istam, non habeat aliam existentiam formalem: alienam tamen, & minus ei connaturalem per existentiam sui proximi fundamenti. Sed cōtr. Si solutio vera est sequitur, ens rationis posse existere formaliter duplīci existentia una aliena, & connaturali altera; consequens est impossibile: ergo & a.ñs. Sequela patet: nam existente formaliter ente rationis per existentiam sui fundamenti, quamvis alienam, & illi munus connaturale, potest simul ab in-

intellectu idem ens rationis admodum entis cognosci : ac per hoc propriam , & connaturalem existentiam acquirere: ergo poterit simul per duplēm existentiam formaliter existere. Quod hoc autem sit impossibile prob. implicat eamdem rem duplici simul actuari ultima actualite ejusdem linea , alias dupliciter ad eūquā termino simul terminaretur : sed existentia est ultima actualitas in linea entis : ergo implicat ens rationis simul duplici existentia existere, & actuari, & si una aliena , & altera propria.

7 Obijc. 1. Privatio est ens rationis ; sed privatio formaliter existit per existentiam sui proximi fundamenti: ergo. Prob. min. Ante cognitionem intellectus homo v. g. denominatur formaliter cœcus: ergo à cœctate tuac existentes; sed non per aliud, quam per existentiam fundamenti, quod à parte rei existit : ergo cœctas, qua est privatio &c. Ans. prob. Nullo intellectu considerante, homo absolute , & simpliciter dicitur cœcus; sed denominatio absolute in rebus : non provenit nisi à forma , cuius est formaliter denominare: ergo.

Resp. neg. min. & ad prob. conc. mai. ult. discurs. dist. mia. denominatio absolute in rebus non minima entitatis , conc. min. in rebus minima entitatis , & rationis , sub dist. non provenit nisi à forma in se ipsa formaliter exis-

tente , neg. min. à forma , ut virtualiter existente in fundamento, conc. min. & neg. conseq. Dicimus enim , quod licet à fundamento proximo privationis denominetur homo absolute , & simpliciter cœcus; non tamen formaliter , usque dum in illo privatio visus admodum formæ intrinsecæ ab intellectu actualiter cognoscatur : sicque existat formaliter privatio , ut ens rationis est. Antecedenter tamen ad cognitionem erat solum virtualiter , & fundamentaliter in suo fundamento existens: quod sufficit , ut absolute , & simpliciter subiectum denominet cœcum ; quia in his, quæ sunt minimæ entitatis, qualia sunt omnia entia rationis, esto requiratur aliquomodo existentia ipsius formæ denominantis ad præstandam absolutam denominationem: non tamen ex igitur formalis existentia formæ in se ipsa, sed tantum virtualis , & ut in suo fundamento.

8 Obijc. 2. Relatio creatoris in Deo , & relatio filiationis in Christo in ordine ad suam SS. Matrem, sunt relationes rationis; sed istæ formaliter existunt ante actualēm considerationem intellectus : ergo aliqua entia rationis existunt independenter ab intellectu. Prob. min. Præcisive à cognitione intellectus Deus dicitur, vere Dominus , & Creator , & Christus D. vere Filius Virginis Matris : & uterque à parte rei formaliter terminat relationem

re tem, ex parte sui oppositi termini correspondentem; ergo in utroque præcise ab intellectu debet esse aliqua relatio rationis formaliter existens. *Confirm.* Signum ad placitum in esse signi per relationem rationis formaliter constituitur. Sed datur signum ad placitam nullo intellectu considerante relationem illam; cum absque actuali cognitione signum ducat in cognitionem signati: ergo. *Id arg.* sieri potest de Sacramentis Ecclesiæ, quatenus sunt signa gratiæ, quam causant: & de imagine qualibet non existente ejus prototype, quæ in sententia probabili in ratione signi per formam rationis constituantur.

Resp. ad arg. conc. mai. neg. min. & ad prob. dist. aſis. fundamentaliter, & extrinſece, conc. aſis, formaliter, & intrinſece, vel quiaſſ intrinſece, neg. aſis. & conseq. Antecedenter enim ad actualē considerationem intellectus coeipientis in Deo respectum rationis ad creaturas, & in Christo Iesu relationem ad suam SS. Matrē; solum existit fundamentaliter respectus, seu relatio rationis: quod quidem, licet sufficiat ad absolute, & simpliciter denominationem *Creatoris*, & *Filij*: non tamē ad formalem, et quasi intrinſecā denominationē, quæ unice proveniāt forma ipsarationis, dum intellectu actualiter consideratur. Nec *contr.* hoc est, quod ante actualē cognitionē intellectus, tam Deus, quam Christus D. terminent formaliter realem sibi oppositam relationem; quia ut in cap. de relat.

dicemus, nec per relationem rationis, nec per aliquid absolute; sed præcise, ut extrinſece denominatur relatus, Deus, à relatione reali existente in creatura; & Christus à relatione Maternitatis in B. Virgine existente, terminant formaliter realem relationē. Ex quo solum sequitur, vel quod à parte rei pure fundamentaliter denominatur Deus *Creator*, & Christus Virginis *Filius* juxta sententiam propugnantem, denominations extrinſicas non esse formales, sed præcise fundamentaliter: vel si substituatur opposita sententia à nobis supra q. 2. propugnata; quod tales denominations, *Creatoris* in Deo, & *Filij* in Christo D. sicut ante cognitionem actualē formales extrinſece; non vero intrinſece, vel quasi intrinſece, usque dum aliquid rationis admodum respectus realis ab intellectu cōcipiatur: unde nullatenus sequitur ens rationis formaliter existere independenter ab intellectu.

Ex quo ad confirm. Dicimus, quod nullum signū quodlibet illud sit, hoc ipso, quod per formā, rationis constituatur, nullatenus dicitur signū formaliter, nec ut tale formaliter existit, nisi dum forma ipsa rationis actualiter consideratur: licet fundamentaliter, immo absolute, & simpliciter signū denominetur independenter à cognitione; quia esto ducat in cognitionem signati absque actuali consideratione formæ rationis; hoc exercitū ducendi ex propriū fundamenti, scilicet impositionis,

vel proportionis naturalis ad significandum, ratione cuius eodem modo actualiter movet potentiam, forma rationis non existit, ac dum formaliter existit: formalius vero exertum, quod est referri ad suum significatum, cum competit signo ratione formalis relationis, in illo non reperitur sine actuali cognitione: ac proinde sine illa nequit esse signum formaliter.

9. Obijc. 3. Et si ens rationis existeret per existentiam realem sui fundamenti, non existeret realiter: ergo propter id falso assertur non posse per existentiam sui fundamenti formaliter existere. Añs. prob. Quamvis natura creata, humanitas videlicet Christi, existat per existentiam infinitam Verbi Divini, non sequitur quod existat infinite: ergo pariter. Confirm. Ens rationis potest representari per speciem realem, & cognosci per talem cognitionem: ergo etiam poterit existere per existentiam realem.

Resp. ad arg. neg. añs. ad prob. dist. añs. Non sequitur, quod existat infinite, si illi communicaretur modo infinito, neg. añs. si modo finito, conc. añs. & neg. conseq. Dicimus ergo, quod natura creata potest existere per existentiam infinitam, sicut defacto existit humanitas Christi: quin talis natura existat infinite; quia existentia infinita non communicatur ei modo infinito, sed modo finito. Existentia vero rea-

lis fundamenti, si communicaretur enti rationis, communicaretur ei necessario, sub conceptu realitatis: cum communicaretur illi independenter à fictione intellectus: consequenterque ens rationis realiter existeret, quod implicat.

+ Ad confirm. conc. añs. neg. conseq. Et ratio disparitatis consistit in hoc: quia ex eo, quod ens rationis representetur per speciem realem, & etiam cognoscatur per cognitionem realem; tantum sequitur, quod realiter representetur, realiterque cognoscatur, quod non repugnat. Nam ens rationis potest denominari cognitionis realiter, & realiter representatum: cum istæ sint denominations extrinsecæ. At vero si ens rationis existeret per existentiam realem fundamenti, sequeretur, quod realiter existeret: quæ denominatio, cum sit denominatio effectus formalis intrinseci, non compatitur cum ejus entitate ficta: repugnat enim ens pure fictum, & distinctum ab omniente reali, realiter existere.

10. Obijc. ult. ab inconvenientibus. Ex nostra sententia sequeretur posse formaliter existere in entibus rationis essentiam sine proprietatibus, & econtra; & unum relativum, altero correlativo formaliter non existente v.g. rationem superiorem, & genericam, absque ratione inferiori specifica, & econtra; consequens est inconveniens: ergo &

illud ex qua sequitur. Prob. mai.
Posset cognosci essentia non cognitis proprietatibus; & econtra. Et relatio non cognito saltem practice termino: ergo vera est sequela.

Resp. neg. min. Quia licet in entibus realibus sit inconveniens, quod existat essentia sine proprietatibus, & relatio sine suo termino, & correlativo propter connexionem, & resultantiam realem unius ab altero, secus tamen in entibus rationis. In his enim, cum esse, & illorum existere consistat in cognosci, non inconvenit, quod unum existat sine alio, quoies unum sine altero potest cognosci. Unde tota conexio, qua inter haec entia rationis potest reperiri, est, quod unum, quantum est ex se, exigat alterius existentiam. Sed cum dependeat ab actuali, & libeta operatione intellectus, inde est, quod existentia haec possit deficere uni, quin alteri deficiat. Informatione vero relationis speciei, cum non possit ratio specifica absque generica cognosci; nec potest ratio ipsa specifica existere, quin etiam genera existat: bene vero econtra.

QUÆST. IV.

UTRUM A SOLO INTELLEG-
TU ENS EFFICIATUR RATIONIS?

Non loquimur in praesenti de
vera, & propria causa en-

sis rationis. Quia cum, ut in superioribus diximus, illua non sit proprie ens, nec proprie causam sui efficientem habet: sed quodammodo ad actionem aliquam resultat. Et de hoc modo resultantiæ nunc inquirimus; pro cuius intelligentia est advertendum, quod præter intellectum dantur in nobis aliæ potentia intentionaliter operativæ: ex quibus aliæ vocantur sensus interni, aliæ vero sensus externi. Sensus interni sunt quatuor: nimirum *sensus communis* qui discernit inter objecta sensuum exteriorum: *affirmativa*, quæ percipit intentiones insensatas, ut inimicitiam, & utilitatem: *phantasia*, seu *imaginativa*, quæ retinet species a sensibilibus acceptas: & denique *memoria* ad præteriorum recordationem ordinata. Sensus externe sunt quinque, & sunt illi, qui communiter numerantur; videlicet *visus*, *gustus*, *auditus*, *odoratus*, & *tactus*. Reperiuntur etiam in nobis intellectus, & voluntas, quæ sunt spirituales, & perfectiores potentia. Inquirimus ergo in hac quæst. an omnes istæ potentia possint ens rationis efficiere; an vero solus intellectus possit illud efformare?

2 Resolutorie est dicendum, ad solum intellectus actionem cognoscens aliquid ad modum entis realis, ens rationis posse resultare, & confici. Hæc est communis *Præmissarum*, & colligitur ex Arist. qui (ut sèpius retullimus) ait:

ens rationis esse ens in anima, sed per ens in anima, ut communiter illum explicant intelligit ens in intellectu: ergo. Non minus fabet Ang. P. nam quotiescumque de ente rationis loquitur, afferit illud esse, quod habet esse in apprehensione: & sepius affirmat ens rationis fieri per cognitionem, qua cognoscitur ad modum entis; sed solus intellectus dicitur proprie apprehendere; & solus ille potest cognoscere aliquid ad modum entis: ergo juxta mentem D. Tho. solus intellectus videtur posse confidere entia rationis.

3 Ratione autem prob. concl. Tunc efficitur ens rationis, quando cognoscitur illud, quod non est admodum entis; sed hoc est solus intellectus; ergo solus iste potest ens rationis efficere. Mai. est D. Tho. opusc. 42. c. 2. & min. prob. Sola illa potentia potest cognoscere, quod non est, admodum entis, quæ saltem in exercicio potest cognoscere se illud cognoscere admodum entis: sed solus intellectus hoc valet cognoscere: ergo solus ipse potest cognoscere, quod non est, admodum entis. Mai. patet: nam cognosci, quod revera non est, admodum entis, non fiat, quin detur esse pure cognitum, & objectivum, ex cognitione per quandam resultantiam proveniens, & quasi effectus quidam respectu cognitionis se habens: ergo sola illa potentia, quæ supra suum actum, & effectum ejus potest quoadammodo reflecti; ac perin-

de in exercitio faciem cognoscere se cognoscere, poterit cognoscere, quod non est, admodum entis. Min. vero prob. Potentia alia ab intellectu non cognoscitiva, ut voluntas, nec directe nec reflexe. aliquid cognoscit: cum sit potentia coeca, ductum rationis in omnibus sequens; sed aliunde potentiae aliae sensitivæ, & intellectu inferiores, licet aliqualiter aliquid cognoscant, non tamen reflexe, nec in exercicio cognoscunt se aliquid cognoscere: ergo solius intellectus est sic cognoscere. Prob. min. Sic cognoscere, & reflecti supra suam cognitionem, & ejus effectum, est solius potentia spiritualis, & habentis pro objecto adæquato universale ens; sed qualibet potentia sensitiva materialis est, & tantum habens pro adæquato objecto particula- re ens, sensibile scilicet, & mate- riale: ergo.

Explicatur, & simul præclu- ditur contrariorum solutio. Et si sensus tam internus, quam externus cognoscendo suum objectum dicatur suam sensationem exercite, & experimentaliter sentires hoc tamen non est revera reflec- ti, adhuc exercite, nec objective exercite, aut indirecťe, & secun- dario cognoscere se aliquid cog- noscere: ergo si ad ens rationis efformandum necessaria est aliqua reflexio, et advertentia exer- cita, & secundaria ad cognitionem, & ad id, quod ex ea resul- tat; nullatenus sensus aliquis ens

Rationis efficere valet. Ans. prob. & declaratur. Sensuum experientia, & exercitium, non est actio tendens in objectum, quæ aliquando adhuc secundario, & exerceite possit in se ipsam ferri; alias sensus ipse, mediante alia sensatione, posset ferri in priorem *figuram*, & per modum objecti cognoscibilis; sed experientia sensuum præcise descripsit motus principij agentis, & se tenet ex parte subjecti, quatenus immutatur actione, quæ vitaliter, & non inanimate à potentia sensitiva egreditur, ratione cuius dicitur sensum experiri, & sentire suam sensationem: ut in lib. 2. de Anim. q. 20. docemus: ergo hujusmodi exercitatio, & experientia sensuum non arguit reflexionem aliquam supra illorum cognitionem, & quæ ad ens rationis efficiendum sit sufficiens; ac proinde à nullo sensu ens rationis effici potest.

4 Obje. 1. cum Scoto. Ordinare unum ad alterum, quod in re ordinariam non erat, est facere ens rationis; sed voluntas ordinat ea, quæ in re ordinata non sunt: ergo voluntas emia rationis facit. Min. prob. Voluntas quando peccat ordinat Deum ad creatures, ad quas in re non est ordinatus: ergo. Ans. prob. Voluntas, quando peccat, amat Deum propter creatures; sed amare unum propter aliud est unum alteri ordinare: ergo. Confirm. Voluntas appetit id, quod non est

bonum, ac si esset bonum: ergo tunc facit ens rationis. Ans. patet: nam voluntas multoties fertur in bonum apparet. Conseq. vero sic prob. Intellectus facit ens rationis, quando cognoscit id, quod non est, ac si esset ens: ergo quando voluntas appetit, quod non est bonum, ac si esset bonum, facit etiam ens rationis.

Resp. ad arg. neg. min. ad prob. dist. min. ult. discurs. Amare unum propter aliud, est ordinare *præsupositive*, conc. min. formaliter, neg. min. & conf. Dicimus ergo, quod voluntas nullatenus ordinat unum ad aliud; nam hoc est proprium sapientis; ac perinde intellectus, & non voluntatis. Unde quando voluntas amat unum propter aliud, vel in ordine ad aliud; jam supponitur ordinatum ab intellectu: ipsa namque fertur in objectum, ut propositum ab intellectu, taliter, quod si tale objectum proponitur, ut alteri ordinatum, fertur in illud, ut ordinatum: si vero, ut non ordinatum alteri propo- natur, fertur in ipsum, ut non ordinatum. Consequenterque voluntas non ordinat, quod in re non erat ordinatum: nec ipsum amare, & velle sic objectum, formaliter est ordinare; sed fieri in ordinatum sicut, & voluntas fertur in factum, non tamen singit; quia hoc est proprium solius intellectus.

Ad confirm. dist. ans. Voluntas appetit, quod non est bonum, ac si esset bonum: factum a voluntate. neg. ans.

factum ab

intellectu, conc. aīs. & neg. conseq. Dicimus enim, quod licet voluntas feratur multoties in bonum apparet: ut contingit in desperantibus: ceterum tale bonum non sinitur à voluntate; sed ante vertenter ad actum voluntatis est factum ab intellectu: quatenus illud, quod in re nō est bonū apprehendit, ut bonum, & sic apprehensum proponit voluntati. Unde tota fictio se tenet ex parte intellectus, non vero voluntatis.

Dices voluntas potest appetere bonum factum, quin tale bonum sit factum ab intellectu: ergo solutio est nulla. Prob. aīs. Voluntas potest attingere, ut bonū id, quod ab intellectu judicatur, ut malum: ut contingit, quando quis contra dictamen conscientię rectę operatur: ergo. Resp. neg. aīs. & ad prob. dīst. aīs. Quod ab intellectu judicatur speculative, ut malum, conc. aīs. practice, neg. aīs. & conf. Dicimus enim, quod dum voluntas actualiter peccat, actualiter nō se conformando rectę scientię, presupponit aliud judicium erroneum, quo inter unum rumpitur judiciū verū; & proponit practice, ut bonū, quod à conscientia dictatur, ut malum, & sic ab intellectu speculative cognoscitur. Nam ut docet D. Tho. q. 1. de malo ar. 3. ad quocumque peccatum voluntatis præintelligitur aliquis error, aut in consideratio practice ex parte intellectus. Consequenterque voluntas non potest tendere

in bonum apparet, & tamen, & scilicet que eo, quod intellectus proponeat hujusmodi bonum, saltem practice judicando hinc, & nunc esse bonum operari contra conscientię re studinē. Unde nullatenus sequitur, quod aliquam bonitatem fingat voluntas.

3. Objc. 2. Sensus internus, ut phantasia, seu imaginativa apprehendit montem aureum, realia figura, sed hoc apprehendere est facere entia rationis: ergo non solum intellectus, sed sensus internus facit entia rationis. Mai. prob. ex D. Tho. 1. p. q. 12. ar. 9. ad 2. dicente: *Imaginatio ex preconceptis speciebus montis, & auri format speciem montis aurei: ergo. Confirm.* Phantasia discurrit circa singularia; sed discursus importat intentiones rationis, subjecti videlicet, & prædictati, antec. & conseq. ergo phantasia haec entia rationis facit. *Confirm.* 2. Bruta formant plura entia rationis; sed non per aliam potentiam, nisi per sensus, cum intellectum nō habeant: ergo sensus corporei formant entia rationis. Mai. prob. *Ovis apprehendit hominem, ut lupum, cum illum videt lupina pelle vestitum; & canis videns umbram hominis, latrat putans esse verum hominem; sed apprehendere hominem, ut lupum, & umbram hominis, ut verum hominem est facere entia rationis: ergo tam ovis, quam canis facit entia rationis.*

Resp.

Resp. ad arg. dist. mai. Imaginativa apprehendit montem aureum materialiter, conc. mai. formaliter, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Licet enim imaginativa apprehendat materialiter montem aureum, vel pure quoad accidentia sensibilia coloris, & figuræ, sicut, & hoc modo in specie ab ipsa formata repræsentatur: non tamen cognoscit illud complexum formaliter, & quoad essentiam, & identitatem fictam: cum non cognoscat sensus illud non esse vere ens, nec admodum entis illud attingat: unde cum sola hæc cognitio sufficiat ad ens rationis faciendum: hinc sit, quod imaginativa in tali apprehensione non faciat, nec possit facere ens rationis.

Ad 1. confirm. etiam dist. mai. discurrit *discursu materiali*, conc. mai. *discursu formalis*, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Et dicimus, quod phantasia cum non sit potentia spiritualis, nec reflexe etiam in exercitio cognoscit, pure materialiter discurrit circa singularia, procedendo de antecedenti ad consequens; non vero formaliter percipiendo habitudinem, unius ad alterum; nec in exercicio cognoscendo in objectis talis discursus intentionem aliquam admodum subjecti, & prædicati. Unde nullam prædictarum intentionum rationis formaliter conficit, quæ solum in *discursu formalis* interveniunt in objectis. Ad 2. neg.

mai. & ad prob. iterum neg. mai. Quia ovis videndo pellem lupinam solum putat sub illa esse lupum; quod quidem possibile est, non tamen putat hominem esse lupum: cum homo in ejus imaginatione non veniat. Similiter canis latrans contra umbram hominis non judicat umbrā esse verum hominem, nec inter unū, & aliud discernit, sed tantum apprehendit ibi esse hominem, quod possibile realiter est. Unde bruta nullum impossibile singunt; sed quod possibile est in re, & ut per speciem illis repræsentatur, materialiter attingunt absque aliqua exercita fictione.

6. Inferes ex dictis, quod, & si soius intellectus in nobis faciat entia rationis, ea tamen efficere potest per quamlibet ex tribus suis operationibus, sive veram sive falsam: quod sic breviter ostenditur. Ens rationis sit, ut ex dictis patet, quando, quod non est, cognoscitur admodum entis; sed per quamlibet operationem ex tribus, sive veram sive falsam intellectus potest cognoscere id, quod non est, admodum entis: ergo. Prob. min. inductione: nam chimera, universalis, privatio, & negatio, & alia hujusmodi, ad 1. intellectus operationem pertinet: 2. intentio subjecti, & prædicati, & propositionis ad 2. & ad 3. forma syllogismi, & respectus antecedentis, & consequentis: insuper identitas ficta, & enuntiata inter hominem, & equum ab operatio-

nem.

nem falsam spectat: sicut ad iudicium verum relatio subjecti, & prædicati dum intellectus affirmat hominem esse animal; sed hæc omnia in re non sunt, & concipiuntur ab intellectu admodum entis: ergo.

Dices: operatio factiva entis rationis debet esse comparativa, & collativa: cum ens rationis tunc efficiatur, dum concipiatur non absolute, sed connotative, ac si esset ens; sed 1. operatio est pure apprehensiva, non autem collativa, aut comparativa: alias esset compositiva, & à 2. operatione indistincta: ergo 1. operatio nullū ens rationis facit. *Resp. dist. mai.* Debet esse cōparativa per modum affirmat. neg. mai. per modum connotationis unius ad alterum, conc. mai. & applic. dist. min. neg. conseq. Duplex est enim comparatio: alia judicativa, seu composita, qua judicatur, ita esse, vel non esse, affirmando, vel negando; & hæc licet sit propria 2. operationis, non tamen est necessaria ad formationem cuiusque entis rationis. Alia est simplex cōparatio, quæ citra iudicium formale, & affirmationem unius de altero componit unum cum altero præcise cognoscendo unum admodum alterius: ut quando quis cognoscit Romanum ad instar Matrii: & hæc, quæ necessarie requiritur ad fingendum ens rationis, etiam 1. & simplici operationi convenit, quæ solum, quia simplex, excludit 1. non vero 2. compositionem.

QUÆST. V.

UTRUM SOLUS INTELLEG-
tus humanus conficiat ens
rationis?

PRæter intellectum humanum solum restat intellectus Divinus, & Angelicus, de quibus modo inquirimus; an forment entia rationis? Quia tamen præcipua difficultas circa Divinum intellectum versatur, nostra erga ipsum erit principalis resolutio; licet pro difficultatis cōplemento aliquid etiam de intellectu Angelico in fine dicamus. Sed antequam conclusionem statuamus, ut certum supponimus Deum omnia entia rationis facta, vel factibilia à creatura certissime cognoscere. Nam ut inquit D. Tho. I. p. q. 14. ar. 9. *Que cumque igitur possunt per creaturam fieri, vel cogitari, vel dici,* Etiam quocumque ipse facere potest, omnia cognoscit Deus; sed omnia entia rationis possunt fieri, & cogitari per creaturam: ergo omnia illa Deus cognoscit.

2 Suadetur etiam hæc veritas hac ratione efficaci. Omne cognoscibile debet à Deo cognosci; alias Deus non esset infinitus in cognoscendo; sed ens rationis, quodlibet illud sit, est objectum cognoscibile: ergo Deus omnia entia rationis cognoscit. *Prob. min.* Cognoscibilitas fundatur supra entitatem objecti; sed ens

rationis habet aliquam entitatē, & fictam, & apparentem: ergo. *Confirm.* & roboratur. Quod fit, & cognoscitur à creatura cum aliqua imperfectione, potest sine imperfectione à Deo cognosci: ergo, & si ens rationis fiat ab intellectu creato cum imperfectione, potest sine illa à Deo cognosci. *Prob.* 2. nō. Objectum conjecturaliter cognitem importat imperfectionem in ordine ad intellectum creatum: & peccatum fit à creatura cum maxima imperfectione, & tamen hæc omnia cognoscitur à Deo sine aliqua imperfectione: ergo. Hoc supposito.

Dicimus: *Nulum prorsus ens rationis Dolum posse facere.* Hæc concl. prob. auth. ex Ang. Mag. opusc. 42. ubi ait: *Tunc fieri ens rationis, quam intellectus nititur apprehendere illud, quod non est, ac si esset, & ideo fingit illud, ac si esset ens:* ergo juxta D. Tho. in cuiuscumque entis rationis formatione involvitur fictio; sed intellectus Divitus incapax est alius fictionis: ergo.

¶ Ratione vero pr. *Omnis ^{im}perfec-*
tio est à Deo releganda; sed in for-
matione cuiuscumque entis ra-
tionis necessario involvitur im-
perfectione: ergo Deus nullum
ens rationis potest facere. Min.
prob. Ad formationem entis ra-
tionis necessario requiritur cog-
noscere id, quod non est, admo-
dum entis, non solum ex parte ob-
jecti; sed etiam ex parte cognos-
centis; sed cognoscere id, quod nō
est, admodum entis, non solum ex

parte objecti, sed etiam ex parte cognoscentis, dicit imperfectionem in cognoscente: ergo. Mai. patet: nam ens rationis, cum ex se nō habeat esse, admodum entis realis habet illud, quia ex parte cognoscentis admodum entis realis cognoscitur: ergo. Min. vero prob. Cognoscere, quod revera nō est admodum entis ex parte cognoscentis, est cognoscere ex modo cognoscendi rem aliter, quam est in se: siquidem in se nō est, & ex modo cognoscendi concipiatur, ut ens; sed cognoscere ex modo cognoscendi rē aliter, ac est in se, dicit in cognoscente imperfectionem: ergo & cognoscere id, quod non est, admodum ēris. Mi. pr. Cognitio attingens ex parte cognoscendi rē aliter, ac est in se, est cognitio nō adæquata cū re; sed cognitio nō adæquata, & cōformis cū re, dicit necessario imperfectionem in ipso cognoscente: ergo cognitio attingens ex modo cognoscendi rē aliter, ac est in se, necessario dicit in cognoscente imperfectionem. *Iaque* etiam exēplo patet: Nā quia cognoscere Angelū admodum corporis est cognoscere ex modo cognoscendi tenēte se ex parte cognoscentis rē aliter, ac est in se, necessario insic cognoscente importat imperfectionem: cognitio ex modo cognoscendi attingens rē aliter, ac est in se, in quo cūque sic cognoscente arguit imperfectionem: ac proinde, cū à Deo omnis perfectio necessario releganda sit, firmiter tenendū est Deum nullū ens rationis efficere posse.

5 Obje. 1. contr. concl. Deus cognoscit entia rationis, ut facta, vel factibilia ab intellectu creato: ergo, & facit illa. Prob. conseq. 1. Qui cognoscit ens rationis format illud; cum totum esse illius sit actualiter cognosci: ergo si Deus entia rationis cognoscit facit. 2. Si Deus cognoscit ens rationis ab intellectu humano factum, cognoscit illud ad modum entis; sed ad confidendum ens rationis, solum requiritur, quod illud cognoscatur ad modum entis: ergo si Deus cognoscit ens rationis factum, vel factibile ab intellectu humano, illud etiam facit.

Confirm. Ex eo præcise, quod Deus cognoscat ens rationis ab intellectu humano factum, vel factibile ipsum ens rationis, quod in se verum esse reale non habet, incipit habere esse objectivum in intellectu divino: ergo per hoc præcise, quod à Deo cognoscatur, formalissime fit ens rationis. Conseq. prob. Nam runc efficitur formaliter ens rationis, quando non habens alias esse reale, incipit habere esse objectivum in intellectu: ergo.

6 Relp. ad arg. conc. aīs. neg. conseq. & ad 1. prob. dist. aīs. qui cognoscit pure speculative, ut factum ab alio, neg. aīs. qui practice cognoscit, conc. aīs. & sub eadem dist. neg. conseq. Dicimus ergo, quod dupliciter aliquod objectum cognosci potest, practice videlicet, & speculative.

Cognoscere aliquod objectum speculative est illud cognoscere, ut habens suum esse aliunde, & independenter à tale cognitione. Cognoscere illud practice est illud cognoscere, non ut aliunde habens esse; sed ex vi ipsius cognitionis illi tribuendo existentiā. Ens autem rationis non consistit in cognosci speculative: sed in termino cognitionis practice. Cumque Deus cognoscendo ens rationis factū, vel factibile ab intellectu humano, solum illud cognoscat speculative, & ut aliunde habens suum esse videlicet ab intellectu creato: non vero illud cognoscat practice: hinc est, quod Deus ens rationis non faciat.

Ad 2. prob. dist. mai. cognoscit illud ad modum entis *ex parte objecti cogniti*, conc. mai. *ex parte sui intellectus cognoscentis*, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus enim, quod, ut Deus cognoscat ens rationis, ut factum, vel factibile ab intellectu humano sufficit, quod ex parte objecti cogniti cognoscat illud ad modum entis: hoc est, quod Deus cognoscat ens rationis cognosci, vel esse cognoscibile ab intellectu humano ad modum entis: non autem requiritur, quod Deus ex parte sui intellectus cognoscentis cognoscat tale ens admodum entis. Admodum quo dicitur Deus cognoscere aliquid conjecturabile ex parte objecti: id est aliquod objectum, quod ab intellectu

lectu creato conjecturaliter cognoscitur: non tamen illud cognoscit Deus ex parte sui intellectus conjecturaliter: alias de illo cognitionem conjecturabilem, & fallibilem haberet Deus. Cumque ad conficiendum ens rationis necessario requiratur, quod non solum ex parte objecti, sed etiam ex parte cognoscentis illud cognoscatur ad modum entis; quod est cognoscere illud ex modo cognoscendi aliter, quam est; inde fit Deum non posse entia rationis confidere, licet posuit cognoscere.

Ad confirm. vero Resp. dist. a. n. incipit habere esse objectivum primum, & intrinsecum, neg. a. n. secundum, & extrinsecum, conc. a. n. & neg. conseq. & ad prob. applic. eadem dist. Facere enim ens rationis non est, quomodolibet tribuere illi esse objectivum, & quamlibet existentiam; sed est tribuere illi primum esse objectivum, & intrinsecam existentiam: nam facere ens rationis est dare illi esse, in quo, quia nullum aliud ejusdem entis supponitur esse, totum illius esse consistit, & per quod ens rationis quasi intrinsece mutatur, & transist de non esse intrinsece ad esse, & existens intrinsece. Hoc autem non facit divina cognitio, quæ illud ut factum, vel factibile à creatura cognoscit; quia jam ens rationis supponitur, ut habens esse objectivum, & item intrinsecam, vel actualem, vel latentem

possibilem per ordinem ad intellectum creatum illud cognoscendum, vel ad minus potenter cognoscere admodum entis. Unde intellectus divinus solum tribuit illi esse pure extrinsecum, & secundarium, seu existentiam intentionalem extrinsecam, quæ nūl aliud est, quam denominatio realis extrinseca cogniti ab divina cognitione proveniens. Admodum quo cognitio divina terminata ad creaturas pure possibilites, solum ponit in illis esse pure extrinsecum reale objective cogniti, supra illarum esse intrinsecum, & essentiale possibile cadens.

7 Obijc. 2. (& potest esse replicati præceden.) Deus cognoscit privationem, etiam ex parte ipsius Dei cognoscentis, admodum entis: ergo illam sic cognoscendo format ens rationis. A. n. prob. Non solum ex parte objecti, sed ex parte ipsius Dei cognoscentis cognoscit Deus privationem per formam oppositam positivam, qua privat, ut coecitatem per visum, & tenebras per lucem: ergo cognoscit privationem admodum formæ positivæ, qua privat.

Resp. neg. a. n. ad prob. neg. conseq. Nam valde diversum est cognoscere privationem per formam positivam oppositam, ac illam cognoscere admodum formæ positivæ sufficientis subjectum; quia i. solum est cognoscere, quod subjectum non habet talern formam positivam, quod in re ita

est; ac proinde non est cognoscere realiter, ac est in se. 2. Vero est negationem formæ positive, quæ revera nō est aliqua forma in subiecto, admodum formæ in subiecto concipere, quod est ipsam carentiam aliter, ac est in se, incognoscere. Unde cum Deus non licet privationem cognoscat; sed tantum 1. modo, non sequitur, quod cognoscendo privationem faciat ens rationis. *Hoc etiam* solutione fit satis argumento de cognitione Dei respectum impossibiliū. Nam cum impossibilia dicant carentia possibilis, cognoscuntur à Deo per formā positivam, quam ne-gant, non tamen admodum formæ positive ex parte ipsius Dei cognoscuntur; sed solum ex parte objecti, cognoscendo videlicet illa esse cognoscibilia admodum entis, & formæ positive ab intellectu humano, ut supra jam est explicatum.

8. Obijc. 3. (cum aliquibus intra Scholam D. Tho. propugnantibus aliqua entia rationis à Deo fieri) respectus ideales, quibus in Deo diverse constituantur id est sunt relationes rationis; sed hujusmodi respectus ab intellectu divino conficiantur: ergo intellectus divinus aliqua conficit entia rationis. Min. prob. Difficili testimonio D. Tho. 1. p. q. 15. ar. 2. ad 3. ubi sic ait: *Respectus, quibus multiplicantur ideas, non causantur à rebus, sed ab intellectu divino, comparante essentiam suam ad res;* ergo.

Resp. dist. mai. Respectus

ideales sumpti formaliter sunt relationes rationis, conc. mai. fundamentaliter sumpti, neg. mai. & sub eadem dist. neg. min. ad prob. explic. D. Tho. causantur formaliter ab intellectu divino, neg. aīs. fundamentaliter, conc. aīs. Dicitur ergo, quod Deus non causat respectus ideales formaliter, quia ad hoc requirebatur, quod suam essentiam cognosceret, ut relatam ad creaturas, quod quidem Deo repugnat: alias attingeret suam essentiam fictitie, & aliter, ac est in se: cum essentia divina in re nullum ordinem dicatur ad creaturas. Unde intellectus divinus tantum causat tales respectus fundamentaliter; quia fundamentalium talium respectuum est essentia divina non ut, cumque sed cognita, ut diversimode imitabilis à creaturis: cumque intellectus divinus sic diversimode imitabilem cognoscat essentiam suam, præbet fundamentum, ut intellectus creatus, concipiatur in illa plures ideas, variosque respectus ad diversa factibilia: sic ergo fundamentaliter causari à Deo, & non à rebus asserit D. Tho. non formaliter: cum hoc illi repugnet.

9. Sed contr. Tales respectus ideales secundum D. Tho. causantur ab intellectu divino comparante essentiam suam ad res; sed ad actionem. comparativam resultat ens rationis formaliter; ergo Deus non solum fundamentaliter, sed etiam formaliter cau-

Tat tales respectus. 2. Respectus isti sunt in Deo ab æterno juxta D. Tho. loco citato; sed ut sint ab æterno, non sufficit, quod eorum fundamentum sit ab æterno: ergo sunt ab æterno formaliter in Deo; sed non formaliter causati ab æterno ab intellectu creato: ergo formaliter ab intellectu divino. Prob. min. Attributa divina non sunt ab æterno distincta, etiam si fundamentum eorum distinctionis, quod est virtualis distinctio sit ab æterno: ergo pariter.

Resp. ad 1. replic. dist. mai. Tales respectus &c. comparante comparatione perfecta, & connexiva, conc. mai. imperfecta, & relativa, neg. mai. & dist. min. resultat ens rationis ad actionem comparativam imperfectam, conc. min. perfectam, neg. min. & conseq. Comparatio enim est duplex: una perfecta, quæ rem, ut est in se, attingit: alia imperfecta, & rem aliter, ac est in se, attingens. Licet enim Deus comparat essentiam suam ad res, non tamen comparatione imperfecta, & relativa; quia ad hoc exigeatur essentiam suam, ut relata ad creaturam, ac proinde aliter, ac est in se, attingere, quod repugnat. Unde solum Deus comparat comparatione perfecta, & connexiva: quod est cognoscere essentiā suā, ut connexam cum creaturis, ut diversimode ab illis imitabilem; & cum hoc non importet aliquam fictionē, sed est cognoscere rem ut est in se, non arguit, quod Deus

formaliter causet tales respectus rationis, sed fundamentaliter.

Ad 2. neg. min. ad prob. neg. aīs. & dicimus quod respectus ideales solum fundamentaliter, & non formaliter sunt ab æterno; nec amplius intendit D. Tho. sicut nec etiam in Deo ab æterno sunt plura attributa solum fundamentaliter diversa: sed cum, ut jā in præcedentibus, diximus, in entibus rationis, ut pote minimæ entitatis, sufficiat fundamentū existere, ad absolute denominandum; inde fit, quod absolute est verum dicere, tam respectus ideales, quæ attributa in Deo esse diversa ab æterno, esto ab æterno non detur formalis illorum distinctio; sicut nec idearum respectus formaliter. 10. Circa vero intellectum Angelicum, quia de illo pro difficultatis complemento aliquid dicere promissimus, breviter assertimus quod Angelus cognoscit omnia entia rationis, ut à nobis facta, vel factibilia: non tamen omnia potest formare; sed tantum aliqua determinata. 1. Pars asserti prob. Quia Angelus habet virtutē ad cognoscendū ordinis superioris ad humānā, potentē attingere, quidquid cognoscibile est: ergo omne ens rationis à nobis cognoscibile, & factum, vel factibile Angelus cognoscit. 2. Vero pars prob. Angelus non potest formare entia rationis, quæ involvant imperfectionē formalis compositionis, & discursus: ut sunt intētiones Logicales: ergo non omnia entia rationis Angelus potest formare. Aīs. pr. Tā
comit.

compositio, quam formalis cursus in cognoscendo, Angelo repugnat intelligenti res simplici intuitu: ergo. 3. Denique pars prob. & explicatur. Licet Angelus non possit formare distinctionem rationis inter divina attributa per cognitionem quidditativam Dei: cum prout sic Angelus, immo homo beatus non concipiatur Deum pluribus conceptibus: potest Angelus talem distinctionem formare in cognitione, quam habet de Deo per ejus effectus; quia ut sic potest illum attingere pluribus conceptibus inadæquate representantibus ejus infinitatem in perfectione eminentiam. Ulterius potest Angelus entia rationis confitetur, quæ in sui formatione non supponunt, nec involvunt discursum formalem, & compositionem: ergo, & si non omnia, plura tamen potest facere entia rationis. Assumptum prob. Cognoscere predicta admodum entis, etiam ex parte cognoscentis, esto importet imperfectionem infinite cognitioni repugnantem; non tamen quæ non possit cognitioni creatæ etiam Angelicæ compete: ergo poterit Angelus prædicta entia rationis formare.

QUÆST. VI.

*UTRUM RECTE DIVIDITUR
ens rationis in privationem, ne-
gationem, & relationem?*

Pro hujus quæst. intelligentia

est notandum, quod ens rationis dividitur 1. in ens rationis cum fundamento in re, & in ens rationis sine fundamento in re. Ens rationis cum fundamento in re, quod, & ens rationis ratiocinata nominatur, est illud, quod conformiter ad naturas rerum, in illis tamen non vere repertum, intellectus concipit ad modum entis. Unde ens rationis ratiocinatis, seu sine fundamento in re, erit illud, quođ intellectus mere ficticie, & absque conformitate aliqua ad naturas rerum configit. Hæc autem divisione, quod sit bona, & adæquata entis in tota sua latitudine ex eo constat. Nam non est assignabile ens rationis, quod non sit cum fundamento in re, vel sine illo, conformiter ad naturas rerum, vel non conformiter ad illas: ergo. Relicto tamen ente rationis sine fundamento in re; quia ad nostrum intentum non attinet, & ad nullius naturæ cognitionem conducit, utpote omnino fictitium, solum entis rationis cum fundamento in re divisionem explicabimus. Pro quo.

2. Est notandum, quod ens rationis cum fundamento in re subdividitur in negationem, privationem, & relationem. Negatio ut in præsenti accipitur, est carentia formæ in aliquo subjecto, quæ adhuc potest esse duplie. ex communiter dicta, vel specialiter accepta: generaliter dicta est communis ad negationem for-

formæ in subjecto apto habere illam, quæ dicitur privatio, & ad negationem formæ in subjecto incapaci illius, quæ est negatio specialiter dicta: unde negatio visus in lapide incapaci habendi visus est negatio specialiter dicta: & in homine capaci habendi visum est privatio. Denique relatio nihil aliud est, quam respectus unius ad aliud. His suppositis.

3. Dico 1. *Ens rationis cum fundamento in re immediate dividitur in relationem, & negationem communiter dictam*: concl. colligitur ex D Tho. q. 21. de verit. ar. 1. dicente: *Id, quod est rationis, non potest esse, nisi duplex, scilicet negatio, & relatio: omnis enim positio absoluta aliquid in rerum natura existens significat.* Ratione vero prob. Divisio alicujus in species, vel quasi species subalternas, immediatus fit in tales species, quam in species infimas; sed relatio, & negatio sunt species subalternae immediate, & adæquate dividentes ens rationis: ergo in hæc duo membra immediate, & adæquate dividitur. Min. prob. In primis relatio dividēs ens rationis, est species continens in se plures, & specie diversas relationes, & 2. intentiones Logicales ad tres operationes intellectus pertinentes: ut sunt relationes termini, generis, & universalis: propositionis, suppositionis, & conversionis, & aliarum proprietatum: & denique vero 2. intentiones syllogismi, & argu-

mentationis: ergo. Quantum ad 2. vero partem patet ex dictis: Nā negatio generaliter dicta est divisibilis in privationem, & negationem specialiter dictam, & utraque, licet conveniat in carentia formæ, differunt tamen specie, vel quasi specie essentiali in eo, quod una dicit aptitudinem ad formam in subjecto, & altera repugnantiam, & incapacitatem: ergo tam relatio, quam negatio sunt species subalternae immediate ens rationis dividentes.

4. Dico 2. *Nihilominus optima est divisio entis rationis cum fundamento in re in relationem, privationem, & negationem specialiter dictam.* Præterquamquod ista divisio sic sit ab Arist. & D. Tho. & communiter ab alijs DD. Prob. concl. sic. Quotiescumque aliquod divisum, licet divisibile immediatus per species subalternas, dividitur in species aethomas exhaustientes totam confusionem divisi, optime, & adæquate dividitur; sed relatio, privatio, & negatio specialiter dicta; totam exhausti confusione entis rationis cum fundamento in re: ergo licet immediatus dividatur ens rationis in relationem, & negationem communiter iterdictam, optime, & adæquate in prædicta tria membra dividitur. Mai. patet: nam animal recte dividitur in hominem, leonem, & equum, & alia animalia irrationalia; si illa omnia facile possunt enumerari: esto immediatus dividatur per suas

tuas species subalternas : ergo. Min. vero prob. Nullum est assignabile ens rationis cum fundamento in re, non contentum in aliquo ex tribus : ergo. Prob. a.ñs. Fundamentum, quod intellectus ntititur apprehendere, vel est aliquid negativum, vel ens positivum; si i. vel talis negatio, & carentia est in subjecto apto formæ, & tūc est ens rationis, quod est privatio: vel talis carentia est in subjecto inepto: & tunc est negatio specialiter dicta: si vero fundamentum est aliquid ens positivum, vel cognoscitur, ut est in se, & tunc nullum sit ens rationis; vel cognoscitur in ordine ad aliud, ad quod in re non erat ordinatum, & tunc sit formaliter relatio rationis; sed non est assignabile aliud fundamentum entis rationis: ergo nec aliud ens rationis cum fundamento in re, ad aliquid ex tribus non pertinet.

[†] Explicatur magis hæc ratio. Ens rationis, quod est divisum, est illud, quod in proprio conceptu non dicit esse reale, sed concipitur admodum entis realis; sed privatio, negatio, & relatio non sunt in proprio conceptu entia realia, & omne aliud ab eis est in proprio conceptu ens reale: ergo tria prædicta adæquate dividunt ens rationis cum fundamento in re. Min. quoad id, quod affirmat est certum. Nam relatio, de qua possit esse difficultas solum in suo formali conceptu dicit ad. Quoad id vero quod ex-

cludit prob. Nam substantia quælitas, & reliqua prædicamenta, præter relationem, in proprio conceptu sunt positiones absolutæ; sed omnis positio absolute juxta D. Tho. aliquid in rerum natura existens, & reale significat: ergo omne aliud à relatione, negatione, & privatione est ens reale: ac proinde prædicta divisione est optima, & adæquata. [†]

Obijc. i. Negatio, & privatio dantur à parte rei: ergo male numerantur inter entia rationis. A.ñs. prob. Lapis à parte rei habet negationem visus, & homo cœcus privationem: ergo. [†] Confirm. Privatio est principium generationis, ut in Philosophia dicitur; sed principium generationis non potest esse aliquid rationis: ergo privatio non est ens rationis. Min. Patet: nam principia generationis concurrunt ad productionem entis realis naturalis, sed hoc enti rationis nequit convenire: ergo. [†]

Resp. ad arg. dist. a.ñs. Dantur à parte rei fundamentaliter, conc. a.ñs. formaliter, neg. a.ñs. & conseq. Dicimus ergo, quod licet negatio, & privatio fundamentaliter, quatenus videlicet sunt reales carentia visus reperiuntur à parte rei: non tamen reperiuntur à parte rei formaliter, & quatenus concipiuntur admodum formæ positivæ; quia prout sic solum habent esse ab intellectu: consequenterque prout sic sunt aliquid rationis. [†] Ex quo ad

confirm. Resp. dist. mai. est principium generationis privatio fundamentaliter sumpta, conc. mai. formaliter accepta, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Privatio enim est principium generationis fundamentaliter sumpta, seu quatenus est precise non ens, seu realis carentia entis: & prout, sic cas sit aliquid reale, licet negativum, bene potest, ut terminus a quo, & ut principium ad fierientis natura lis coactrare. Si etsi 2. modo consideretur, videlicet ut privatio dicit, seu concipitur, ac si esset aliquid positivum, est ens rationis: cæterum prout sic non est principium generationis.

6 Obijc. 2. Potest dari ens rationis, quod non sit relatio, negatio, aut privatio: ergo praedicta divisio est insufficiens. Prob. a.ñs. Potest dari substantia, quantitas, & qualitas rationis: ergo potest, dari ens rationis, quod non sit negatio, privatio, aut relatio. A.ñs. prob. Potest intellectus fingere aliquid admodum substantiarum, quantitatis, & qualitatis: ergo.

Resp. dist. ult. a.ñs. admodum substantiarum &c. sine fundamento in re, conc. a.ñs. cum fundamento in re, neg. a.ñs. & conseq. Dicimus ergo, quod, & si intellectus, ubi non est vera substantia, vel quantitas, aliquid per modum substantiarum, vel quantitatis concipiat, id quidem faciet pure chimerice, & absque aliquo prorsus fundamento in re: siquidem ad sic cocipiendum nullum potest esse fundatum: nec exigentia in ipsis rebus. Unde, si aliquid ad talam cognitionem in-

tellectus ens rationis fecundat, illud nona continetur sub diviso hujus divisionis, quod dumtaxat est ens rationis cum fundamento in re: proindeque nec mirum, quod tale ens rationis omnino fictitium sub nullo hujus divisionis membro continetur.

+ Vel alijs terminis potest dici, quod non datur substantia rationis &c. quia vel intellectus cōcipit ipsam substantiam, quantitatem, & qualitatem admodum entis, vel negationem illarum; si hoc 2. ens rationis resultans, erit ens negativum, seu negatio. Primum non potest esse, cum substantia admodum substantiae nequeat concipi, nec quantitas admodum quantitatis: unde vel omne ens rationis, quod fingitur est aliquid negativum; vel mere chimerice fabricatur: quod utique contra divisionem assignatam non obstat.

7 Obijc. 3. Omne ens rationis formaliter est relatio: ergo male dividitur ens rationis in relationem, negationem, & privationem. A.ñs. prob. Omne ens rationis importat respectum ad intellectum illud sufficientem, & ad subjectum, quod denominat, sed talis respectus non potest esse realis relatio rationis: ergo.

Resp. neg. a.ñs. & ad prob. dist. mai. importat respectum ad intellectum, & ad subjectum transcendentalem, conc. mai. secundum esse, neg. mai. & cōc. min. neg. cons. Dicimus ergo, quod licet one ens rationis respiciat aliqualiter intellectum, & subjectum, quod denominat, non tam respicit illud, ut purum terminum, quod necesse erat, ut esset rela-

tivum rationis secundum esse: sed intellectum respicit, ut sui causam quodammodo efficientem, & subjectum, ut sui causam quodammodo materialem. Ex quanto habetur, quod omne ens rationis importet respectum transcendentalis, & secundum dici: quod quidem non sufficit, ut continetur formaliter in genere relationis. Sicuti omne accidens reale dicit respectum transcendentalis ad subjectum, & ad suam causam efficientem: quin per hoc formaliter in genere relationis constituatur. Cum hoc tamen stat, quod si intellectus concipiatur talem respectum transcendentalis in omniente rationis repertum, admodum relationis realis praedicalentalis, resultabit tunc relatio secundum esse rationis, quæ est membrum contra dividens: & ad quam alterum ens rationis, & illius respectus trascendentalis habebitse, ut subjectum denominationis: quod utique non est coincidere formaliter cum relatione omnia entia rationis; sed quod omnia illa, ut illius substratum, possint ab aliqua relatione rationis denominari.

QUÆST. VII.

UTRUM PRIMA, ET SECUNDA intentio sint aliquid rationis?

HAnc difficultatem, & omnia,

quæ ad 1. & 2. intentiones pertinent, optime explicat nos. Auth. q. 3. univers. supponens in primis, quod hoc nomen *intentio* est quasi & quicunque ad intentionem voluntatis, & intellectus. In voluntate ille actus dicitur intentionis, qui circa finem versatur, & ex quo ad electionem mediorum voluntas movetur: sed relicta hac intentionis acceptione, quæ ad præsens non pertinet, de intentione, qua intellectus dicitur intendere, sive attendere ad suum objectum, duntaxat loquimur.

2. Supponendum est quod intentionis, tam 1. quam 2. prout pertinet ad intellectum, alia est formalis, objectiva alia. 1. Intentionis formalis est 1. conceptus, seu quem intellectus habet de aliqua secundum illud, quod rei ex se ipsa competit. 2. autem intentionis formalis est species, seu conceptus, quem intellectus habet de re, secundum illud, quod ei competit non secundum se, sed secundum statum, quem habet in intellectu. Et quia hic conceptus supponit primum, seu 1. intentionem formalem, dicitur 2. conceptus, seu 2. intentionis formalis. 1. autem, & 2. intentionis objectiva sunt objecta formaliter, ut objecta 1. & 2. intentionis formalis: & quidem certum est omnem 1. & 2. intentionem formalē esse aliquid reale; cum sint, vel reales actiones intellectus, vel verbum per illas realiter productum. Unde diffi-

cul-

tas solum procedit de intentionibus objectivis.

3 Dénique supponendum est, quod in primitis, & 2. intentionibus objectivis, & possumus considerare ipsum objectum materialiter, & pro substantio, & etiam formaliter in ratione objecti: v. g. concipit intellectus lapidem esse visum, objectum pro materiali est lapis: & formaliter, ut objectum, est lapidem esse visum. De 1. ergo, & 2. intentionibus objectivis tam pro formaliter, quam pro materiali inquirimus; an sint aliquid reale, vel rationis.

4 Dico 1. Prima, & 2. intentio objectiva pro materiali potest esse quolibet ens, sive substantiale, sive accidentale, sive reale, sive rationis. Explicat. & prob. concl. Nullum est genus entium, quod ut substratum non possit denominari à forma 1. & 2. intentionis objectivæ: ergo assertum universaliter est verum. Ans. quoad 1. part. est manifestum: nam nullum est ens, quod non possit habere denominationem *esse cogniti*; quia hoc ipso quod est ens, cognoscibile est. Quoad 2. vero inductione prob. Substantiae reales, ut homo, & accidentia realia possunt denominari ab aliqua 2. intentione predicabilis: insuper entia rationis, ut privatio, vel negatio in ordine ad hanc, & illam privationem, vel negationem: & chimera in ordine ad hanc, & illam chimeram, possunt denominari à 2. intentione.

ne speciei predicabilis: & denique 2. intentio generis in ordine ad hanc, & illam 2. intentionem generis, etiam est denominabilis à 2. intentione speciei predicabilis: ergo nullum est genus entis, per quod non divagetur substratum denominabile ab aliqua 2. intentione objectiva.

5 Dico 2. Alique 1. intentiones objectivæ formaliter sumpta sunt aliquid reale: aliae vero sunt aliquid rationis. Concl. quoad utramque partem prob. 1. intentio objectiva formaliter sumpta est objectum, ut formaliter terminans 1. conceptum intellectus; sed objectum, ut formaliter terminans 1. conceptum intellectus aliquando est ens reale, & aliquando ens rationis: ergo. Min. quoad 1. partem prob. Num intellectus prima sua conceptione concipit hominem v. g. homo secundum suam realem naturam est objectum formaliter terminans 1. conceptum intellectus: ergo objectum, ut formaliter terminans 1. conceptum, aliquando est aliquid reale. Ans. prob. Homo secundum illud, quod est in se, & non per ordinem ad aliquid extrinsecum habet esse formaliter objectum talis 1. conceptus; ita ut ratio quasi materialis, & ratio *sub qua* illius 1. intentionis objectivæ omnino in homine coincidat: ergo secundum suam naturam realem est objectum formaliter terminans 1. intentionem formalem.

Min. autem quoad 2. par-

tem lic prob. Dū intellectus cognoscit in lapide esse visum admodum formę realis intrinsecę, lapis constituitur in esse objecti formaliter terminantis talem conceptū per aliquam formam rationis; sed illa nō potest esse 2. intentionē objectiva, seu objectū formaliter terminat 2. intentionē formalē: ergo est 1. intentionē objectiva rationis, seu Objectum, quod ut formaliter terminat 1. cōceptum est aliquid rationis. Mai. patet: nā lapis formaliter terminat illū cōceptū sub ea ratione, qua cognoscitur; sed cognoscitur sub ratione visi admodum formę intrinsecę, in quo stat forma rationis: ergo. Min. vero prob. Illa, intentionē rationis, quæ ibi resultat fundatur proxime in aliquo reali, in visione, scilicet, reali ad lapidē terminata; sed 2. intentionē objectiva nequit proxime fundari in aliquo reali; cum solū rebus, ut cognitis conveniat: ut in sequent. q. dicemus: ergo est 1. intentionē objectiva rationis: ac proinde jam aliquæ 1. intentiones objectivæ, formaliter sumptæ, sunt aliquid rationis.

6 + Dices prima intentionē objectiva, formaliter sumpta, est res formaliter terminans cognitionem secundum illud, quod ex se ipsa habet; sed ens rationis nulli rei convenit ex se ipsa, sed ab intellectu: ergo nulla potest dari 1. intentionē objectiva rationis. Confirm. 2. intentionē est, quæ convenit rebus ut cognitis, & secundum statum quem habem in intellectu; sed

omne ens rationis sic rebus convenit: ergo omne ens rationis est 2. intentionē, & non 1.

Resp. (juxta id, quod in disputatione 10. de terminis q. 15. affirmamus circa terminos 1. & 2. intentionis: ubi plura alia possunt ad præsens videri) ad 1. dist: mai. secundum illud, quod res ex se ipsa habet, ly ex se ipsa excludente rem ipsam, ut cognitam, conc. mai. excludente causam efficientē, à qua habeat illud esse, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus enim, quod 1. intentionē objectiva pro formalī solum debet dicere id, quod competit rei secundum se, & ex se ipsa, quatenus illud non convenit rei, secundum quod est cognita, & ut est in intellectu, reduplicative; quia per hoc sufficienter distinguitur à 2 intentionēs quæ, quia supra rem cognitam cadit, immo in illa, ut cognita per 1. conceptum, proxime fundatur, necessario importat formā convenientem rebus, quia cognitis; proinde pertinentē ad numerum accidentium, quæ rebus conveniunt, non in statu contractio- nis, nec secundum se, sed prout in intellectu. Quapropter ad 1. intentionē objectivam non est neces- se, quod id, secundum quod ter- minat formaliter intentionē for- malem, habeat res ex se ipsa per independentiam, & exclusionem, intellectus, à quo habeat illud es- se, tanquam à sui causa efficiente. Cumque, licet omne ens rationis, sic dependenter ab intellectu cō-

Veniat rebus, non tamen omne illud competit rebus, quia cognitis, & prout in intellectu reduplicative: hinc sit, quod aliquando i. intentio objectiva possit esse rationis.

+ Ex quo ad confirm. dist. mai. convenient rebus, ut cognitis, & secundum statum, &c. ly ut, & ly secundum sumptum specificative, neg. mai. sumptum reduplicative, conc. mai. vel aliter, sily, ut dicat solum causam efficientem, neg. mai. si dicat etiam fundamentum proximi, conc. mai. & eodem modo, dist. min. neg. conf. Sola enim secunda intentio convenient rebus, ut cognitis, & prout in intellectu reduplicative: & sola ipsa habet pro fundamento proximo cognitionem seu rem ipsam, ut cognitam: licet cujuslibet entis rationis sit causa effectiva cognitionis.

7 Dico. 3. Omnis 2. intentio objectiva pro formalis est aliquid rationis. Prob. Totum esse cujuslibet 2. intentionis objectivæ est solum illud esse objectivū, quod habet in intellectu: ergo. Prob. aīs. 2. intentio formalis est conceptus, quem intellectus format de aliqua re, secundum illud duntaxat, quod habet per ordinē ad ipsum intellectum: ergo ex parte rationis formalis objectivæ solum correspondet aliquid, cuius totum suum esse sit esse objective in intellectu. Patet conseq. nam si corresponderet aliquid, præter esse objective in intellectu, ille 2. conceptus for-

malis esset de re secundum illud præcise, quod habet ex se: consequenterque revera non esset 2. sed i. conceptus, seu i. intentio formalis: ergo.

QUÆST. VIII.

UTRUM PRIMA, ET SECUNDA intentio rationis habeant fundamentum à parte rei?

Cum (ut supra diximus) quidam terminat i. conceptum formalem sit i. intentio; & non solum ens reale, sed quodlibet ens rationis possit illum terminare; quodlibet ens rationis hac ratione dici potest i. intentio objectiva: sed non loquimur de i. intentione rationis ita late sumpta, sed de illis, que sunt relationes secundum esse, & constitutæ à privatione, & negatione: & de omnibus 2. intentionibus.

2 Pro quo supponendum est i. quod hujusmodi intentiones rationis, tam i. quam 2. & dicunt respectum transcendentalis ad intellectum illas cognoscentem, & confidentem admodum formam & realis respectus: & quilibet præter hunc communem respectum etiam dicit formaliter, & constitutive relationem prædicamentalem in genere entis.

rationis ad suum speciale terminum. Hoc quantum ad 1. intentionem patet, dum intellectus in lapide v. g. *esse cognitum cognoscit* admodum respectus realis lapidis ad intellectum cognoscendum: talis enim respectus in lapide ex cognitione *esse cogniti* resultans, & dicit ordinem transcendentalem ad intellectum, ut cognoscendum *esse cognitum* in lapide, & est etiam ultimo differentialiter ordo secundum esse, quo lapis refertur a speciale terminum, ad intellectum videlicet lapide cognoscente, non autem ad intellectum cognoscendum *esse cognitum* lapidem.

Idem, & clarius patet in 1. intentione rationis, quæ resultat ex cognitione *esse visi* in pariete admodum respectus realis partis ad potentiam illum videntem: nam ad intellectum sic cognoscendum dicit communem ordinem transcendentalem, in quo ista 1. intentio cum alijs convenit; ad potentiam vero visivam parietem videntem specialem ordinem prædicamentalem dicit, per quem ab alijs intentionibus objectivis rationis formaliter differt. Et idem similiter evenit in qualibet 2. intentione rationis, ut in 2. intentione generis, quæ præter ordinem transcendentalem, quem dicit ad intellectum concipientem, dicit etiam ad sua inferiora ordinem rationis secundum esse. In praesenti autem non inquirimus de his intentionibus

secundum respectum transcendentalis: nam respectus transcendentalis propriæ non habet fundamentum; sed solum de illis secundum quod sunt relationes secundum esse rationis ad suos speciales terminos.

3. 2. Supponendum, quod in hujusmodi relationibus rationis, cum sint relationes secundum esse, & prædicamentales in linea entis rationis, proportionabiliter ad relationes reales prædicamentales debet assignari subjectum relationis, & fundamentum, tam remotum, quam proximum, seu ratio ipsa fundandi. Et quantum ad subjectum certum est illud non esse subjectum inhesionis, sed solum denominationis, quod quidem subjectum denominationis, tam in 1. quam in 2. intentionibus rationis, aliquando est reale, aliquando aliquid rationis; quia ut in antec. quest. diximus, nullum est ens, quod ab aliqua 2. intentione, & ab aliqua etiam 1. intentione rationis, ut ab intentione *esse cogniti* non possit denominari. Quantum vero ad fundamentum earum relationum etiam est certum, quod ad illud, & si sit fundamentum proximum, naturaliter, & independenter ab omni alio, statim non sequitur relatio: sed ad id necessario exigitur actio intellectus talem relationem efficiens. Unde fundamentum in his relationibus rationis erit illud, quod quantum est ex se exigit positionem illarum,

& quo posito statim intellectus potest illas formare, illasque alicui subjecto præbere. His suppositis.

4. Dico 1. Primiæ intentiones rationis, ut sunt relationes ad suos speciales terminos, habent à parte rei tam proximum, quam remotum fundamentum. Prob. 1. concl. Si 1. intentio rationis non haberet fundamentum, etiam proximum, à parte rei, deberet proxime fundari in alia 1. intentione rationis; sed hoc est impossibile: ergo.

Mai. patet: nam non est excogitabile aliud proximum illius fundamentum. Min. vero prob. Illius 1. intentionis, quæ esset fundamentum alterius, deberet etiam assignari pro fundamento proximo, alia 1. intentio rationis, & istius alia, & sic in infinitum, usque dum deveniremus ad aliquam, quæ à parte rei, tam proximum, quam remotum, haberet fundatum; sed quantum ad hoc non est major ratio de una, quam de alijs 1. intentionibus rationis: ergo impossibile est, quod una fundetur supra aliam: ac proinde omnes illæ debent habere à parte rei tam proximum, quam remotum fundamentum.

5. Prob. 2. inductive, & explicatur. 1. intentio in lapide esse cogniti, vel visi habet pro fundamento remoto potentiam cognoscitivam, vel visivam, & pro fundamento proximo cognitionem activam, vel visionem ad lapidem terminatam: & 1. intentio-

nis in homine esse voliti fundamentalis remotum est voluntas, & proximum actio illius ad hominem terminata: & denique 1. intentionis esse dextra in columna fundamentum remotum est dextera animalis, proximum vero realis ubicatio dexteræ animalis ad situm, ubi est columna; sed sic inductive patet in alijs 1. intentionibus rationis: ergo omnes illæ fundamentum, habent, tam proximum, quam remotum, à parte rei.

6. Objic. Fundamentum proximum, & remotum prædictarum relationum cōfunditur cum illarum termino; sed hoc est inconveniens: ergo non recte fundamentum illatum proximum, & remotum assignatur. Mai. patet: nam 1. intentio esse visi, v. g. est relatio rationis ad potentiam videntem, quatenus esse visum concipitur in lapide admodum relationis lapidis ad potentiam illum videntem; sed pro fundamento proximo, & remoto hujus relationis assignamus potentiam visivam, & ejus visionem: ergo. Min. vero sic prob. In omni relatione fundamentum se habet, ut id, à quo egreditur relatio, & terminus, ut id, in quod tendit, & terminatur: ergo inconveniens est terminum confundi, seu non distinctum à fundamento.

Resp. conc. mai. in sensu explicando, neg. min. ad prob. conc. ans. dist. conseq. confundi, & non esse distinctum formaliter à fun-

fundamento, conc. conseq. materialiter, & in relationibus rationis, neg. conseq. non enim est inconveniens in his relationibus, quod materialiter sit idem illarum fundamentum, & terminus. Et ratio est: nam hujusmodi relationes rationis sunt quasi reflexivæ, illasque reflexive format intellectus, comparando videlicet effectum, vel quasi effectum ad suam causam, & illum concipiendo admodum respectus ad illam. Unde, quatenus hujus comparationis causa est occasio, præbet fundamentum ad talem respectum: & etiam est terminus illius, quatenus ad illam sit comparatio.

7 Dico 2. Secundæ intentiones rationis proxime fundantur in aliquibus 1. intentionibus rationis: fundamentum vero remotum habent à parte rei. Concl. est communis, & prob. quoad 1. partem. Si 2. intentiones rationis proxime non fundarentur in aliqua 1. intentione rationis: utrumque illarum fundamentum esset aliquid reale; consequens est falsum: ergo, & aīs. Mai. patet: nam, & si aliquando una 2. intentio rationis sit proximum fundamentum alterius, & illa, ut fundans, respective ad aliam dicatur 1. intentio objectiva; sunt tamen aliæ multæ, quæ in alijs 2. intentionibus non possunt fundari: alias daretur processus in infinitum: ergo omnes illæ, si non fundarentur in aliqua 2. intentione rationis, haberent

totum suum fundamentum à parte rei. Min. autem prob. Si hoc esset verum 2. intentiones rationis non distingueretur à 1. intentionibus rationis, quæ, quia primæ, etiam proxime in aliquo reali fundantur, ut in 1. concl. diximus: ergo falsum est totum fundamentum secundarum intentionum esse aliquid reale.

Prob. etiam exemplo. Esto in natura v.g. animalis, ut ad plures species comparabili, sit remotissimum fundamentum, ut animali tribuatur 2. intentio generis, numquam tamen ad id intellectus inveniet proximum fundamentum; usque dum abstractam ab inferioribus, & ad illa comparatam talem naturam cognoscat; sed ad eam cognitionem resultat in natura 1. intentio rationis, quæ stante statim potest intellectus animali tribuere 2. intentionem generis: ergo antecedenter ad talem 1. intentionem rationis non erat fundamentum proximum illius 2. intentionis; sed illud præcise fuit talis 1. intentio rationis. Eodem modo id potest alijs exemplis confirmari.

9 2. Vero pars concl. patet ex dictis: nam juxta 1. partem concl. 2. intentio fundatur proxime in 1. intentione rationis: ergo quod fuerit proximum fundamentum 1. intentionis secundam fundantis, erit fundamentum remotum 2. intentionis in prima fundatae (licet præter hoc aliud magis remotum fundamentum in natura subjecti, quod

quod denominatur inventiatur) sed omnes 1. intentionis rationis fundatum proximum est aliquid reale: ergo omnia 2. intentionis fundatur remote in aliquo reali.
 10 Contr. 1. part. concl. Obijc. 1. Ante omnia 2. intentionem rationis potest intellectus aliqua 2. intentionem confingere: ergo non omnis 2. intentionis fundatum proximum debet esse aliqua 1. intentionis rationis. Ans. prob. Potest intellectus efformare intentionem *speciei* in natura humana v. g. prius per intellectum agentem abstracta à singularibus; vel ad minus postquam talis naturam comparavit intellectus ad sua inferiora, absque eo, quod aliquam 1. intentionem rationis ad modum relationis ad aliquem terminum in natura concipiatur: vel saltem priusquam ipsam comparisonem agnoscatur ad modum respectus ad potentiam comparatorem, in quo 1. intentionis rationis esse comparati consistit: ergo.

Resp. neg. ans. & ad prob. patebit solutio ex dicendis in lib. sequenti circa naturam univer. & operationem intellectus, per quam sit. Pro nunc neg. totum assumptum, & dicimus, quod usque dum intellectus saltem cognoscatur naturam abstractam per intellectum agentem, nullo modo potest illi tribuere intentionem universalis, vel prædicabilis. Unde, cum intellectus in omnibus cognitione sit saltem in exercitio reflexivus, ea cognitione, qua cognoscit naturam abstractam, cognoscit

etiam in illa esse abstractum admodum respectus ad potentiam abstractentem, in quo 1. intentionis rationis necessario importatur. Idē dicimus de intentione esse comparati; quia per ipsam actionem comparativam intellectus, in exercitio saltem coghoscitur, & formaliter ipsa 1. intentionis rationis resultat: proindeque numquā 2. intentionis alicui tribuitur, nūl præcererit, ut illius proximum fundamentū aliqua 1. intentionis rationis.

11 Obijc. 2. Tam 1. quam 2. intentionis rationis suat formaliter relationes secundum esse: ergo una non potest fundari supra aliam. Prob. cōs. In relationibus realibus prædicamentibus nulla est alterius relationis fundamentū: ergo pariter in relationibus rationis prædicamentibus.

Resp. conc. ans. neg. cons. ad prob. admisso ans. neg. etiā cons. & ratio disparitatis est: nā in relationibus realibus fundamentū est id, à quo per realē resultantiā naturaliter dimanat relatio: proinde que dat esse relationi per modum principi activi. & cū nulla relatio realis propter debilitatē suę minimę entitatis, possit dare alteri esse, ut causa, & principiū activum; ideo una nō potest esse alterius relationis proximū fundamentū. In relationibus autē rationis fundamentū nō est, quo realiter dimanat relatio, & quod ut causa dat esse relationi, sed intellectus singē tribuit illi esse: unde bene potest una relatio rationis fundari supra alia. M L.

LIBER TERTIUS,
DE UNIVERSALIBUS.

ACTURUS Porphyrius de quinque predicabilibus, in quæ tamquam in species atomas, universale dividitur in Prologo, quem præmissit ad trattatum predicabilium, aliqua licet dis-
cutere de natura universalis. De quo tamen late disputant Lo-
gici: & quamvis materia sit magna ex parte metaphysica: tamen, quia
eius cognitio multum conduit ad Logicum: ut sciat, qualiter universalia
de singularibus prædicensur; ideo noster etiam Auth. in Prologo prædicabili-
um aliquid de universalibus disputat, que in hoc distincto libro (quem
vice Prologi ad prædicabilia præmittimus) brebiter per contingere con-
simur.

QUÆST. I.

QUID SINT, ET AN DEN-
TUR IN REBUS UNIVERSALIA?

UNIVERSALE, ut nomen sonat, dicitur secundum quod unum ad plura comparatur; ad differentiam singulatis, quod in eo, quod est tale nequit ad plura comparari. Quadruplex (ut notat nost. Auth. q. 1. univ.) distinguitur universale, in significando, in causando, inessendo, & prædicando. Universale in significando est vox, vel conceptus plura representans: de quo universaliter pertinet agere ad dialecticum. Universale in causando est illud, quod plura potest causare; ut Deus, & Sol: & de hoc agit Philoso-

plus, qui de causis universalibus, & particularibus tractat. Universale in essendo est illud, quod in pluribus reperitur. Et hoc universale inessendo est etiam universale in prædicando; quia illud quod in pluribus est, de alijs etiam potest prædicari. Unde omne universale inessendo est universale in prædicando; cum hac sola differentia, quod prædicabilitas est passio universalitatis, & aptitudo ad essendum in multis ejus essentia, & de hujusmodi universaliter, tam inessendo, quam in prædicamento ad Logicum pertinet agari.

2. Quod quidem universale sic communiter diffinitur: est unum in multis, & de multis. Quæ diffini-
tio desumitur ex Phil. 7. Me-

raph. textu 14. dicente: universale esse, quod pluribus in esse natum est. Rectitudo autem hujus diffinitionis sic prob. Diffinitio recte explicat naturam alicujus respectivi, quale est universale, per ejus fundamentum relationem, & proprietatem; sed diffinitio tradita sic explicat naturam universalis Logici: ergo optima est. Prob. min. In primis fundamentum explicat per illam particulam, *unum*, quia in unitate formalis, quam habet natura in pluribus, licet in illis materialiter multiplicabiliis, relatio universalitatis fundatur; relationem vero explicat praedicta diffinitio per *ly, in multis*: per multa enim, in quibus natura est, denotantur ejus inferiora, qua relationis universalitatis sunt terminus; sed per particulam, *de multis* proprietas universalis explicatur, scilicet illius de pluribus praedicabilitas: ergo praedicta diffinitio per haec tria explicat naturam universalis.

3 Ut tamen praedicta diffinitio melius percipiatur. Obijc. 1. Deus est unum in multis, & de multis; & tamen non est universalis: ergo universale Logicum non recte a nobis diffinitur. Mai. conitat: siquidem Deus est in tribus divinis personis, vereque de illis predicatur; min. vero sic prob. Deus non pertinet ad aliquod ex quinque praedicabilibus, in qua adequate dividitur universale: ergo nec est universalis.

Resp. dist. mai. Deus est unum in multis, & de multis per identitatem realem cum illis, conc. mai. per multiplicationem realem in illis, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod universale Logicum, ita debet esse unum in multis, quod multiplicetur realiter in illis; quia ut inquit D. Tho. opusc. 56. Universale Logicum debet esse unum, & multa; unum in statu abstractionis, & multa in statu contractionis: ac proinde petit multa in quibus realiter dividatur. Cumque natura divina, & si sit una in tribus divinis personis, in illis tamen non multiplicetur, ut illi fides docet: hinc sit, quod natura divina, nec est universalis, nec ille convenit diffinitio universalis.

4 Obijc. 2. Ens est unum in multis, & de multis; & tamen non est universale: ergo universale non recte diffinitur. Mai. est certissima, quia ens est de essentia omnium rerum, & de omnibus rebus praedicatur. Min. vero sic prob. Ens non pertinet ad aliquod ex 5. praedicabilibus: ergo. Prob. ans. Si ad aliquod ex illis pertinerent maxime ad genus 1. praedicabile, sed ens nequit esse genus: cum sit analogum: ergo.

Resp. dist. mai. est unum *unitate perfecta*, neg. mai. unitate imperfecta, conc. mai. Dicimus ergo, quod si universale non late, sed estricte accipiatur, & ut dividitur in quinque praedicabilia, debet esse unum unitate per-

festa, & univoca: quam quidem unitatem ens, utpote analogum, nequit habere; ac proinde nec potest illi competere prædicta universalis diffinitio, si stricte intelligatur.

Ex dictis infertur, quod ad hoc, ut aliquid sit universale Logicum, alias debet habere conditiones, quas per extensum q. i. lib. seq. pro prædicabilibus explicatas invenies: videlicet quod sit omnino unum, & non solum ex parte vocis, sed etiam ex parte rei significatae per vocem: quod sit incomplexum, & simplex; completum, & perfectum: & quod non sit transcendens, & negativum: defectu quorum plura à ratione universalis, & prædicabilis excluduntur. Vide ibi, ne iuncti liter repetamus.

5. His circa quid est universalis stabilitatis, pro resolutione 2. partis quæsti advertendum est: nos no inquirere in praesenti determinate, & in particulari, an dentur in rebus universalia cum singularibus identificata, vel ab illis realiter separata (de hoc enim quæst. seq.) nec etiam, an solum fundamentaliter, an potius formaliter ante operationem intellectus datur in rebus universalia? (de hoc namque etiam postea erit sermo) sed solum indeterminate, & incommuni inquirimus, an dentar universalia in rebus: in rebus, inquam, non vero solum in vocibus, & conceptibus formalibus:

ut Nominales existimant, nullum ex parte objecti termini communis, afferentes, correspondere universalis. Quæ opinio parum, aut ne his in re differre videtur à sententia Heracliti, & Cratilli, qui teste Phil. 4. Metaph. afferabant nullum esse in rebus universale, existimantes nihil in rerum natura esse, præter singularia, quæ sensibus percipiebat. Et cum hæc experientur esse corruptibilia, consequenter negabant aliquam esse scientiam: sed quod hi necessario concedere tenebatur posse dari scientias, ex eodem principio, quo negabant cōvincitur manifeste: nam si juxta illos nihil erat in mundo nisi corruptibile, & singulare: ergo consequenter afferere tenebantur, hanc veritatem esse infallibilem, & necessariam, scilicet: omnia, quæ sunt in mundo, sunt corruptibilia, & mutationi subjecta; ac proinde de hac saltem veritate poterat esse scientia: sed quidquid sit de hoc, ad quæstionem.

6. Resolutorie dicendum est: necessarium esse, concedere dari in rebus naturas universales: ita cum communi sententia nostri Auth. q. i. univer. conc. 2. prob. que ex Arist. 2. de anim. text. 68. ubi ait: *Eadem natura diaphaneitatis est in aere, & aqua; sed non eadem natura numero diaphaneitatis: cum idem numero accidens nequeat in diversis esse subjectis: ergo loquitur de eadem specifici*

Natura: ac proinde jam concedit naturam specificem communem, & universalem in rebus. Idem docet 1. Periherm. c. 5. dicens: *Rerum aliae sunt universales, alia vero particulares*: ergo juxta ipsum Arist. dantur etiam naturæ universales. In D. Tho. autem est etiam expressa pluribus in locis, quibus omissis.

¶ Prob. ratione concl. & 1. ex communni modo loquendi. Diceamus communiter viso aliquo animali: *Hoc animal invenitur in tali insula*; & visa aliqua herba: *Hæc herba nascitur in horto meo*; sed certum est nos non loqui de illo numerice animali, nec de illo numerice herba: ergo præter illud singulare animal, & singulariem herbam, aliiquid commune concipimus, & universale, in quo conveniat illud numero animal cum altero: & illa numero herba cum alia. Mai. est experientia nota, & min. etiam constat: nam tunc propositio, tam vocalis, quam mentalis, qua id asserimus, esset falsa, ut patet: ergo. *Nec potest dici cum nominalibus, quod tunc nihil, præter ipsas voces, & conceptus formales, commune huic, & illi concipimus*; quia si nihil aliud, præter voces, & conceptus formales, corresponderet, prædictæ locutiones, essent falsæ; sed tales locutiones communiter, ut veræ admittuntur: ergo necessario aliiquid universale, & commune per modum conceptus

objectivi prædictis locutionibus correspondet. Sequela mai. prob. Nec hoc nomen *herba*, nec conceptus formalis *herba* nascitur in horto, sed res per tale nomen, & conceptum significata ergo. ¶ 2. Prob. conclus. Universalia sunt realiter in singularibus, sed singularia dantur in rebus: ergo, & universalia. Prob. mai. Universalia prædicantur de singularibus; sed non possunt de illis prædicari, si in illis realiter non essent: ergo. Mai. prob. Nam ista v. g. est vera, & formalis prædicatio: *Petrus est homo*; sed non prædicatur hoc nomen *homo* de hoc nomine *Petrus*; alias propositio, esset falsa: cum sint nomina distincta: ergo prædicatur significatum unius nominis de significato alterius. Tunc sic, sed significatum hujus nominis *Petrus* est naturæ singularis cum suis conditionibus individualibus: & significatum hujus vocis *homo* est aliiquid commune Petro, & alijs singularibus naturæ humanae; alias propositio non esset formalis, sed identica: ergo in tali propositione prædicatur universale de singulari: quo etiam modo de aliis ejusdem naturæ singularibus potest prædicari. Min. autem principalis constabit ex prob. 2. pro conclus. quest. sequent. assignanda.

9 Tandem prob. concl. Dans productio non nisi ad singulare terminatur; ergo. *Confirm.* Universale est unum in multis; sed nulla à parte rei datur natura, quæ sit una in multis, præter naturam divinam, quæ quia partibilis non est in personis divinis rationem universalis non obtinet: ergo nullum datur à parte rei universale. Min. prob. quælibet natura creata multiplicatur ad multiplicationem suorum singularium: ergo.

Text. 11. & 2. de anim. text. 6. prob. sic. Scientia, utpote habitus certus, & evidens non potest esse, nisi de necessarijs, perpetuis, & in corruptilibus; sed singularia sunt contingentia, & corruptibilia: universalia vero necessaria, perpetua, & incorruptibilia: ergo non de singularibus, sed de universalibus solum potest dari scientia: mai. prob. de contingentibus enim, & corruptilibus, ut talibus, nulla potest dari certitudo: cum ut talia cautam certam sui esse, & permanentia non habeant: ergo.

10 Obijc. 1. Quidquid reperiatur à parte rei est singulare: ergo à parte rei nulla datur natura universalis. Conseq. patet: nam universale, & singulare opponuntur: hoc enim dicit determinationem ad unum, illud communitatem ad plura: ergo si quidquid est à parte rei est singulare, nullum erit à parte rei universale. Añs. autem prob. Quidquid est à parte rei, vel est Deus, vel aliquid à Deo productum; sed Deus singularissimus est, & quidquid est productum, est singulare: nam

siè naturam abstractam ad omnia singularia, ut communem, comparet, & concipiat, ut formaliter universalis.

Ex his ad confirm. dist. min. Nulla datur à parte rei natura, quæ sit una formaliter in multis, conc. min. quæ sit una fundamentalis, neg. min. & conseq. Natura enim à parte rei non est una formaliter in multis; quia eam unitatem habet natura per actionem intellectus abstrahentis illam à conditionibus individuantibus: est tamen natura à parte rei una fundamentaliter: quatenus à parte rei reperitur fundamentum talis abstractionis, & unitatis: quod fundamentum est, ut supra diximus, naturam esse ejusdem rationis in omnibus individuis: ac proinde hoc sufficit, ut à parte rei detur natura universalis fundamentaliter.

Obijc. 2. De singularibus potest dari scientia: ergo ex eo, quod à parte rei dentur scientiae, non probatur dari in rebus universalibus. Ans. prob. Deus est singularissimus; & tamen de Deo datur vere, & proprie scientia: ergo. Prob. min. Theologia est vere, & proprie scientia; sed Theologia agit de Deo, tanquam de proprio objecto: ergo. Resp. neg. ans. & ad prob. Dicimus, quod quamvis Deus sit singularis est tamen immutabilis, essentialiter, & incorruptibilis; ideoque potest dari scientia de illo. Alia vero singularia, præter Deum,

mutabilia, & corruptibilia sunt: quare de illis non potest dari scientia.

Sed contra. Ex hoc sequetur, quod eriam de pluribus naturis, quas dicimus esse universales, de natura v.g. hominis possit dari scientia: ergo solutio data est nulla. Prob. ans. Non solum singuli homines, sed homo secundum naturam specificā corruptibilis est: ergo si de singularibus, ut de Petro, & Paulo, quia corruptibilia sunt scientia dari non potest, nec de homine dari poterit. Ans. prob. Corruptibilitas est proprietas hominis, quatenus essentialiter est compositus ex materia, & forma, non faciente capacitatem materię; sed proprietas alicujus naturæ non solum in dividuis, sed & per se naturæ illis communi competit: ideoque homo per prius dicitur risibilis, quam Petrus, immo ideo Petrus est risibilis, quia homo est risibilis: ergo non solum singularia naturæ sunt corruptibilia; sed per prius homo est, & dicitur corruptibilis.

Ad hanc replic. communiter dicitur, quod homo est corruptibilis, secundum quod corruptibile, dicit potentiam, ut corrum patur: non tamen, ut corrum patur per se, sed solum per aliud, seu per accidens ad corruptionem suorum individuorum; quia licet proprietates, ut dicunt potentiam ad actum per prius competant naturæ, & quia illi competunt, com-

competant individuis : secus tamen exercitium talium proprietatum : sicuti quamvis Petrus sit risibilis , quia homo est risibilis , ideo tamen econverso homo ridet , quia Petrus , & Paulus rident . *Hæc quidem solutio , & si verum contineat quantum ad id , quod asserit de perpetitate , qua proprietates , & earum exercitia naturæ , & individuis diversimode convenient , non videtur tamē sufficienter arg. satisfacere . Nam licet homo v. g. corrumperetur , vel desineret esse per accidens , certe natura illius nullatenus esset incorruptibilis ; ac proinde nec potest terminare scientiam , quapropter ob aliud dicitur naturas esse perpetuas , & incorruptibles , ut sic possint scientiam terminare .*

Unde aliter ad replic. resp. neg. aſis. ad prob. dist. aſis. Homo secundum suam naturam specificam est corruptibilis physice , & quantum ad existentiam , conc. aſis. quantum ad connexionem exerti- tem suorum prædicatorum , neg. aſis. & conseq. Dicimus ergo , quod licet natura hominis , & omnes aliae naturæ sublunares , sint necessario corruptibles , & de facto corrumpantur ad corruptionem suorum individuorum . Hoc est tantum quod à exercitum existen- tie , & ut physice naturæ ipſe cō- munes in singularibus reperiuntur , sub qua ratione à scientia non attinguntur , nec de illis ali- quid demonstratur ; dicuntur ta-

men tales naturæ perpetuae , & incorruptibles ob incorruptibilitatem , quæ illis sub aliqua ratione , ita per se convenit , ut sub ea , nec per se , nec per aliud possint ullatenus corrumpi : nempe sub ratione connexionis suorum essentialium prædicatorum : quæ quidem connexio semper manet , & ita est incorruptibilis , ut quāvis omnia individua alicujus naturæ de facto corrumpantur , nec per accidens ad corruptionem illorum corrumpatur , aut desinat esse connexio essentialium prædicatorum talis naturæ . Unde cum naturæ communes , & universales , ut sic incorruptibles ab essentia attingantur , hinc est , quod de illis potest dari scientia : secus tamen de singularibus ; quæ quia , ut talia , solum dicunt exercitam existentiam , & conditiones individuales , quæ rei physice conveniunt , sunt in particulari omnino corruptibilia .

QUÆST. II.

*UTRUM DARI POSSIT NA-
tura universalis separata ab
omnibus singularibus ?*

Celebris fuit sententia Plato- nis (teste Phil. i. Metaph. text. 15.) qui fugiens ab inconvenienti non admittendi sci- entias in aliud incidit extremum ; existimans , dari à parte rei natu- ras universales realiter ab omni- bus singularibus separatas (quas

pse vocabat ideas) ex quibus singularia suas naturas participabat: admodum quo ex impressione sigilli in cera, diverse sigillationes à sigillo realiter distinctæ resultant. De hac ergo sententia sic explicata (quidquid sit, an falso fuerit imposita Platoni ab Arist. ut aliqui existimant, & quod solum ipse possuerit *ideas* omnium rerum, qualiter illas in mente divina Theologi concedunt) in presenti q.tam de facto, quam de possibile disputandum est.

2 Ad quod resolutorie dicendum est: *esse omnino impossibile dari naturam universalem realiter ob omnibus singularibus separatam.* Concl. ut evidens ab omnibus admittitur, estque N. Auth. q. 1. univ. illaq pluribus in locis adversus Platonem demonstrant Arist. & D. Tho. Et prob. 1. implicat natura creata à parte rei existens, quæ non sit producta; sed omnis natura producta realiter cum suis singularibus est identificata: ergo impossibile est, quod detur natura universalis ab omnibus singularibus realiter separata. Mai. est manifesta: alias haberet esse à se, & independenter ab omni alio: ac proinde esset Deus. Min. vero prob. Producere, & fieri est solius rei singularis: ergo omnis natura producta est identice singularis, seu cum singularibus realiter identificata. Añs. prob. Illius est produci,

cujus propriū est esse, & existere; sed esse, & existere est proprium rei singularis: ergo nihil reale producitur nisi singulare. Mai. est D Tho. 1. p. q. 65. ar. 4. & clare patet nam produci est ponī rē sub existentia. Min. præterquamquod est ejusdem Ang. D. q. 9. de potent. ar. 5. ad 13. prob. & explicatur. Existētia est ultima actualitas cuiuscumque rei, supponens perinde necessario omnem ipsius rei determinationem; consequenterque determinationem etiam per singularitatem: ergo esse, & existere est tantum rei singularis.

3 2. Prob. concl. Natura universalis realiter à singularibus separata, & ab ipsis participata, debet etique de omnibus suis singularibus prædicari; sed implicat, quod ab omnibus singularibus sit realiter separata, & quod de illis realiter prædicetur: ergo implicat natura universalis à singularibus separata. Mai. patet: tum quia ob id præcipue ponebat Plato hujusmodi naturas, ut sic de suis singularibus possint prædicari. Tum quia eo ipso, quod natura illa esset universalis, esset unum in multis, & de multis: ergo consequenter debet dici, quod illa possit de singularibus prædicari. Tum denique, de omnibus participantibus al quam natūram, potest eadem realitet

natura formaliter prædicari; sed in sententia, quam impugnamus, omnia singularia suas singulares naturas participarent ab illa natura universalis: ergo eo ipso de omnibus singularibus prædicaretur.

Min. vero princip. prob. Nihil potest prædicari de illo, cum quo realiter non identificatur; sed natura universalis separata impliecat, quod identificetur cum singularibus: ergo, & quod prædictetur de illis. Mai. prob. Nam, ut communiter dicunt dialetici, ut propositio affirmativa sit vera, debent extrema supponere pro eodem; & ideo album vere prædicatur de homine: in hac: *homo est albus*: quia extrema, utpote concreta supponentia, pro subiecto accipiuntur in dicta propositione pro eodem subiecto, vel supposito hominis, & albedinis: hac autem est falsa: *homo est albedo*, propter rationem oppositam; quia cum *li albedo* sit abstractum non supponit pro subiecto, sed pro forma albedinis, realiter ab homine distincta: ergo nihil potest prædicari de aliquo, cum quo realiter non identificatur. Ac proinde si illa natura universalis à Platone posita esset separata, & non identificata cum singularibus de illis nullatenus posset prædicari, consequenterque impossibilis est talis natura.

4. Obijc. i. Omnia singularia suas naturas singulares partici-

pant ab aliqua natura; sed non ab aliqua natura singularizata: ergo ab aliqua natura universalia à suis singularibus separata: ac proinde datur talis natura. Min. patet: natura eam singularis Petri à natura singulari Pauli v. g. non potest participari. Mai. vero prob. Petrus ex participatione naturæ humanæ, & ad illius exemplar est homo, & ex participatione naturæ animalis, & ad illius exemplar est animal; idemque de alijs individuis cujusvis naturæ: ergo.

Confirm. Nullus effectus potest procedere, nisi à causa sibi simili; sed plures effectus procedunt à causis efficientibus sibi non similibus, ut cum Sol generat animalia imperfecta: ergo præter causam efficientem, in qualibet specie debet dari natura universalis à singularibus separata, à qua res, ut à causa sibi omnino simili, suam participet singularem naturam.

Resp. ad arg. dist. mai. Participant realiter ab aliqua natura producta, neg. mai. ab aliqua natura, seu idea in mente divina existente, conc. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Certum est quidem dari causam exemplarem cujuscumque naturæ singularis, ad cuius exemplar omnia singularia producantur; sed talis causa exemplaris nullatenus potest esse aliquid creatum, sed est idea divina in mente divina existens: es-

sen-

sentia scilicet divina cognita à divino intellectu , ut diversimode imitabilis , & participabilis à creaturis. Unde solum potest dici de singularibus naturæ humanae , quod logice participant illius rationem communem : non vero realiter , & physice , nec quod illam habeant , ut exemplar , ad sui esse , & productionem.

Ad confirm. dist. ans. nisi à causa sibi simili eminenter , vel virtualiter , conc. ans. omnino simili , subdist. si sit causa univoca , conc. ans. si equivoca , neg. ans. & conseq. Dicimus enim , quod non omnis effectus procedit à causa omnino sibi simili , & ejusdem rationis cum illo ; quia hoc solum est proprium effectus causæ univocæ : sed sufficit , quod causa sit eminenter , & virtualiter similis effectui , ut contingit in omnibus causis æquivocis : alias , nec Deus possit aliquem producere effectum ; cum non habeat omnitudinem , & univocam similitudinem cum creaturis.

Obijc. 2. Dantur scientiae de rebus creatis , & propositiones , & veritates de ipsis necessariæ ergo debet dari reale objectum talium scientiarum , propositionum , & veritatis , sed illud non potest esse cum aliquo singulare identificatum : ergo debet esse natura realis realiter ab omnibus singularibus separata. Min. prob. Quid quid est identificatum cum singulare est contingens , corruptibile , & continua mutationi subjectum

sicut ipsum singulare : ergo nequit esse objectum alicujus scientiae , aut propositionis necessariæ.

Confirm. 1. Nullis existentiibus hominibus , hæc propositio: homo est animal est vera , & necessaria : ergo illi non correspondet pro objecto natura humana in aliquo singulari existens : ergo correspondet illi pro objecto natura hominis realiter existens absque omni singulare. Confirm. 2. Dum quis dicit: homo est animal ; vel concipit aliquid universale , vel aliquid singulare ; non aliquid singulare , ut patet : ergo aliquid universale ; sed hoc datur à parte rei , alias talis conceptio esset falsa , & chimera : ergo datur à parte rei aliquid universale , quod non est singulare , sed à singularibus separatum.

Resp. ad arg. conc. 1. discut. & min. subsum. intellectam in sensu formalis , & de identificatione exercita , & neg. conseq. Quia , & si non detur natura realiter existens ab omnibus singularibus separata ; datur tamen realis connexionio prædictorum essentialium cuiuscumque naturæ , cum illa sit omnino necessaria , & independens ab existentia , & exercita identificatione extremonum : & talis connexionio est objectum propositionis necessariæ , & ad illud inclinant scientiae. Vel alijs terminis , & clarius potest Resp. neg. min. & ad prob. dist. ans. Quid quid identificatur cum singulare est contingens , & corruptibile

physice, & quod existentiam, conc.
mai. *metaphysice*, & quoad con-
nexio[n]e, neg. a[et]us. solutio[n] patet ex
dictis in q. antec. ad ult. arg.

Ad confirm. vero resp. neg.
etiam ult. conseq. Nam ut ex dictis
patet prædicta necessaria connexio
predicatorum essentialium
cum natura humana repetitur, &
h[ab]it[us] à parte rei homines non existant:
& ea connexio est objectum illius propositionis necessariae,
& æternæ veritatis: *homo est animal*. Sed qualis sit ista connexio,
an positiva, vel negativa, &
in quo reperiatur ab æterno: vel
dum res realiter non existunt, in
disputatis explicamus q. 5. de
prop[ositione].

Ad 2. Resp. dist. min. Non
concepit aliquid singulare, ali-
quid, quod idem est singulare, neg.
min. quod formaliter est singulare,
conc. min. & dist. conseq. ergo
aliquid commune separatum rea-
litter à singularibus, neg. conseq.
cum illis identificatum, conc.
conseq. Dicimus ergo, quod dū
quis dicit: *homo est animal* non
concepit aliquid commune rea-
litter separatum à singularibus,
sed aliquid commune cum illis
identificatum; quia quamvis na-
tura, quam concipit, sit à parte
rei identificata cum singularitate;
concepitur tamen natura non co-
cepta illius singularitate. Unde lí-
cer natura, que concipitur, si
identice singularis, ut concipitur,
singularis non appetet. Nec in hoc
aliqua fallitas, aut deceptio in-

tellectus invenitur: quod exem-
pli adducto à D. Tho. i. p. q. 85.
ar. 2. ad 2. optime explicatur. Vi-
sus enim percipit in pomo colore
sine odore; quamvis color, qui
videtur non sit in pomo sine odo-
re; quia hoc, quod est colore, per-
cipi sine odore, accedit ex par-
te visus, in quantum in illo est si-
militudo coloris, & non odoris:
similiter humanitas, que intelligi-
tur (verba sunt D. Tho.) non est
nisi in hoc, vel in illo homine; sed
quod humanitas apprehendatur, sine
individualibus conditionibus: ac-
cedit humanitati secundum quod
percipitur ab intellectu; in quo est
similitudo naturæ speciei: & non
individualium principiorum.

Ex quo habetur, quod aliud
est, quod objectum ab intellectu
eognitum inveniatur à parte rei,
& aliud, quod à parte rei invenia-
tur cum illo etiam modo separa-
tionis à singularibus, sub quo ab
intellectu concipitur. 1. Est verū,
& necessarium, ut talis concep-
tio intellectus, non sit falsa, &
fictitia. 2. Vero in quo tota de-
ceptio Platonis stetit, ut testatur
idem Ang. D. i. Metaph. lect. 10.
est falsissimum. Nam sicut res
materialis, & si, ut cognos-
catur ab intellectu habeat in
ipso modum rei immaterialis, non
tamen reperitur à parte rei cum
tali modo immaterialitatis; sic,
nec cum modo illo separationis,
& abstractionis à singulatibus,
quem in intellectu habet.

QUÆST. III.

*UTRUM A PARTE REI DĒ-
tur unitas formalis minor
unitate nume-
rati?*

Pro hujus dubij intelligentia supponendum est 1. quod unum sic diffinitur: *est in-
divisum in se, & divisum a quoli-
bet alio*; unde unitas est carentia divisionis. Cumque carentia semper cognoscatur per formam po- sitivam, qua privat, inde est, quod quotuplex fuerit divisio, erit similiter, & unitas. Duplex ergo est divisio: una materialis, & formalis. Alia divisio materialis, quæ, & numerica dicitur, *est illa quæ datur per principia materialia*: ut divisio, quæ reperitur inter individua ejusdem speciei, ut inter Petrum, & Paulum, qui solum numerice, & materialiter distinguuntur. Divisio formalis *est illa, quæ datur per principia formalia*: sicut distinctio, quæ reperitur inter hominem, & equum, qui quidem formaliter distinguuntur; quia, cum sint di- versæ speciei, habent formæ spe- cifice distinctas. Rursus, quia principia formalia alia sunt spe- cifica, alia generica, & hæc, alia minus, vel magis superiora usque ad superiorissimam eatis dif-

ferentiam; divisio formalis, alia est specifica: ut inter hominem, & equum, alia generica, & hæc minor, vel major, quatenus per principia formalia minus, vel magis superiora contingit. Unde divisio generica, quam ha- bet Petrus ab accidenti est ma- jor inter omnes divisiones, quia solum in ratione communissima entis convenientia: sicut, & minor inter omnes est illa, quam habet à Paulo cum hæc sit pu- re numerica, & solum per prin- cipia materialia.

2. Ex quo sequitur, quod etiam unitas alia est formalis, & alia materialis. Unitas mate- rialis est *carentia divisionis penes principia materialia*: ut Pe- trus in se ipso est unus mate- rialiter, & hæc est maxima omnium unitatum, utpote di- cens carentiam omnis divisionis. Unitas vero formalis est ca- rentia divisionis penes principia formalia: & hæc alia est speci- fica, ut inter Petram, & Pau- lum, qui sunt unum formaliter specifice in ratione homi- nis; alia generica v. g. illa quæ datur inter hominem, & equum in ratione animalis, & inter hominem, & plantam in ratione viventis. Unde in eodem individuo reperiuntur etiam plures unitates formales maiores, vel minores penes diversos gradus, diversaque prin- cipia formalia minus, vel ma- gis superiora..

3. 2. Supponendum est, ut certum, quod datur à parte rei unitas materialis, & numerica. Nam à parte rei quodlibet ens, sive materiale, sive spirituale in se, & à se ipso caret divisione penes principia materialia; quia vel nullam habet materiam, si omnino spirituale sit; vel unicam tantum habet materiam, si fuerit ens materiale: ac perinde non habet principia materialia, per quae à semetipso dividatur. Ex hac autem unitate numerica, & materiali nullum desumitur fundamentum ad universalitatem: cum hujusmodi unitas fiat per contractionem, & determinationem ad unum; quod ad communitatem universalis, & indifferentiam ad plura nullatenus conductit, sed potius ei opponitur. Unde difficultas solum procedit de unitate aliqua formali: non determinando tamen, an illa sit, vel non sit à parte rei communis pluribus, & ab unitate numerica realiter distincta (de hoc enim in sequentibus loquimur) sed solum in praesenti indeterminate inquirimus, an detur à parte rei unitas formalis minor unitate numerali. Ex cuius resolutione constabit, an detur à parte rei fundamentum universalitatis, quod utique erit in rebus dari universale fundamentaliter. His suppositis.

4. Resolutorie est dicendum, quod à parte rei datur in rebus unitas formalis minor unitate numerali. Concl. debet esse omnibus cō-

munis in sensu supra à nobis explicato intellecta: & inter alios illam expresse docet D. Cajetanus c.4. de ente, & essentia prob. que ratione à priori. Unitas formalis est carentia divisionis penes principia formalia; sed à parte rei inter Petrum, & Paulum v. g. datur carentia divisionis penes principia formalia: ergo à parte rei datur unitas formalis. Mai. constat ex notabilibus. Min. vero prob. Petrus, & Paulus à parte rei non distinguuntur formaliter: ergo. Prob. aīs. Petrus, & Paulus à parte rei non distinguuntur specificè: ergo nec distinguuntur formaliter. Aīs. patet: nam sunt ejusdem at hominē speciei. Conseq. vero prob. Minima distinctio formalis est specifica, cum à forma specifica desumatur quælibet formalis distinctio: ergo si Petrus, & Paulus à parte rei non distinguuntur specificè, necque distinguuntur formaliter: ergo sunt unum formaliter: ac proinde à parte rei datur unitas formalis in natura.

Confirm. à parte rei datur divisione formalis inter Petrum v.g. & Leonem: ergo etiam à parte rei datur unitas formalis. Aīs. constat: nam sunt à parte rei diversæ speciei, & habent formas specie distinctas. Conseq. vero prob. Non mintis à parte rei conveniunt inter specie Petrus, & Paulus, & carent ad invicem divisione penes principia formalia, quam distinguuntur à parte rei spe-

specifice, & habent ad invicem divisionem per principia forma-
lia Petrus, & Leo: ergo si 1, da-
tur à parte rei, etiam 2. Addimus
ad hæc inter Petrum, g. & plan-
tam datur à parte rei relatio simili-
tudinis in ratione viventis; sed
omnis relatio similitudinis funda-
tur in aliqua unitate: ergo à par-
te rei inter Petrum, & plantam
datur aliqua unitas; non numeri-
ca, ut patet: ergo formalis.

5. Quod autem hæc unitas sit
minor unitate numerali prob. Illa
unitas est minor, quæ admittit
majorem distinctionem; sed uni-
tas formalis admittit majorē dis-
tinctionem, quam numerica: er-
go unitas formalis minor est uni-
tate numerica. Min. prob. Unitas
formalis admittit distinctionem
numerican: ut patet in Petro, &
Paulo; sed unitas numerica distinc-
tionem numericam non admittit:
ergo unitas formalis admittit ma-
rem distinctionem, quam nume-
rica: ac proinde unitas formalis
est minor unitate numerica.

6. Obijc. 1. Si daretur à parte
rei unitas formalis maxime inter
Petrum, & Paulum; sed inter
Petrum, & Paulum non datur uni-
tas formalis: ergo. Prob. min. Si
inter Petrum, & Paulum daretur
à parte rei unitas formalis, Petrus,
& Paulus essent à parte rei unum
formaliter; sed non sunt à parte
rei una formaliter: ergo. Prob.
min. Petrus, & Paulus à parte rei
non habent formam aliquam illis
communem, sed distinctas for-

mas, scilicet distinctas humanitatē:
ergo. Confirm. In Petro, & Paulo
natura humana est multiplicata,
& à parte rei divisa: ergo à parte
rei nullam habent unitatem. Pa-
tet conseq. cum multiplicatione,
& divisione nulla stat unitas: er-
go.

Resp. ad 3 arg. neg. min. ad
prob. dist. mai. essent unum for-
maliter, unum per convenientiam,
& similitudinem, conc. mai. unum
per identitatem, neg. mai. & dist.
min. non sunt unum formaliter
per identitatem, conc. min. per si-
militudinem, & convenientiam,
neg. min. & conseq. Dicimus er-
go, quod esto individua ejusdem
speciei non sint unum formaliter
à parte rei unitate identitatis, &
quatenus in illis repetatur aliqua
unitas formalis eis communis: si-
quidem à parte rei non datur alii-
qua forma pluribus communis (ut
in sequent. magis explicabimus)
entitative in illis immultiplicata:
tamen individua ejusdem speciei
à parte rei sunt unum formaliter
unitate conformitatis, simili-
tudinis, & convenientiæ: quatenus
unum individuum, & si habeat
suam formam numerice distinctā,
& suā unitatē formalem identi-
ficatam cum sua unitate numeri-
ca, distinctamque materialiter ab
unitate formalis alterius; tamen
habet naturam similem naturæ
alterius individui in prædicatis
specificis, carentemque divi-
sione penes principia formalia,
quod sufficit ad hoc, ut absolute
dis-

dicuntur esse unum, & non duo formaliter: ac proinde, ut de illis à parte rei verificetur habere aliquam unitatem formalem; minorera tamen unitate numerica, & per identitatem.

Ad confirm. dist. aīs. est multiplicata, & à parte rei divisa materialiter, conc. aīs. formaliter, neg. aīs. & conseq. Natura enim humana in Petro, & Paulo multiplicatur pure materialiter, seu per principia individuantia; non vero formaliter: cum diversæ speciei non sint: quod quidem minime obstat, ut sint unum formaliter, & habeant à parte rei unitatem formalem jam explicatam.

7 Obijc. 2. Omnis unitas realis est unitas numerica: ergo non datur à parte rei unitas formalis. Prob. aīs. Omnis unitas realis est unitas singularis; sed omnis unitas singularis est unitas numerica: ergo Mai. prob. Quidquid reperitur à parte rei est singularis: ergo omnis unitas realis est unitas singularis.

Resp. dist. aīs. omnis unitas realis est numerica *identice*, & materialiter, conc. aīs. formaliter, neg. aīs. & cons. Quamvis enim omnis unitas realis sit numerica; quia realiter identificatur cum illa; non tamen omnis unitas realis est numerica formaliter. Tum quia unitas formalis, & numerica non desumuntur ab eadem forma secundum eandem rationem: siquidem formalis sumitur à forma, ut

præstat gradum communem specificum: numerica vero à forma; quatenus præstat gradum individualis. Tum quia unitas formalis, & numerica à diverso etiam radicali principio desumuntur: numerica videlicet à materia, & formalis à forma: ac proinde tales unitates formaliter distinguuntur.

8 Obijc. 2. Arist. 5. Metaph. text. 7. agens de uno solum enumeravit unitatem numericam, specificam, & genericam; sed unitas specifica, & genericā solū datur per operationem intellectus: ergo juxta Arist. præter numericam nulla alia unitas à parte rei reperitur. Resp. dist. min. unitas specifica, & genericā *formaliter sumpta*, non datur à parte rei; conc. min. *fundamentaliter accepta*, immo absolutè non datur à parte rei, neg. min. & conseq. Dicimus enim, quod Arist. nomine unitatis specificæ, & genericæ comprehendit unitatem formalem à parte rei existentem, quæ est fundamentaliter unitas specifica, vel genericā, ut statim dicemus; & hoc sufficit, ut absolute dicatur unitas specifica, & genericā: de qua etiam absolute dicitur à parte rei dari iicet formaliter solum in intellectu.

9 Ex dictis inferitur 1. quod à parte rei datur in rebus fundamentum universalitatis, intentionis generis, & speciei &c. quod utique est dari à parte rei universale fundamentaliter. Nam ex eo, quod

(quod Petrus, & Paulus v.g. in ratione hominis, & homo, & equus in ratione animalis habet à parte rei prædictam unitatem formalē) habet intellectus fundamentum, ut concipiens naturam humanam sine cōditionibus individualibus, & naturā animalis sine rationibus specificis hominis, & equi, comparet utramque naturam ad sua inferiora, à quibus eam abstraxit, & tribuat illis 2. intentionem universalitatis, generis scilicet, vel speciei prædicabilis.

10 2. Infertur cū nos. Auth. hic q. 2. univers. quod licet à parte rei solum inveniantur universale, genus, & species fundamentaliter, & formaliter solum in intellectu reperiantur: adhuc tamen absolute, & simpliciter dicitur, à parte rei esse genera, & species: ut patet ex communi modo loquendi. Et ratio est, quia (ut sepius diximus) hujusmodi entia rationis cum sint minimæ entitatis sufficiet, ut absolute, & simpliciter denominent, quod existant virtualiter causaliter, seu fundamentaliter, in suis fundamentis; sed à parte rei invenitur fundamentum prædictarum 2. intentionum, ut ex dictis patet: ergo id sufficit, ut à parte rei absolute, & simpliciter dicatur esse universale, genera, & species; licet formaliter non nisi in intellectu reperiantur.

(o)

UTRUM UNITAS FORMALIS identificetur cum unitate numerica, & ad illius multiplicationem multiplicetur, & quenam sit inter illas distinctio?

Difficultas hæc eadem est, ac illa, quæ sub alijs terminis solet hic communiter proponi: an videlebet inter gradus metaphysicos, & formalitates ejusdem rei detur aliqua realis distinctio? Sed quia in q. 5. de prædicabilibus de distinctione gradus genericis ab specifico differentiali, & de eorum formalitatum oppositione, late disputationem; ideo in præsenti solum intra terminos unitatis formalis, & numericae hanc difficultatem resolvemus; licet propter identitatem doctrinæ aliquid etiā de alijs formalitatibus cogamus dicere, reliqua alia ad citatum locum remittentes. Pro hujus tamen dubijs resolutione oportet advertere, quæ in Proœm. q. 4. n. 4. diximus de distinctione reali, & rationis, & de earum in alias divisione: quæ omnia videantur ibi, ne sine necessitate his ea repetamus. Unde.

2 Dico 1. Unitas formalis in eodem supposito realiter saltem entitative ab unitate numerica non distinguitur, sed cum illa realiter identificatur. Concl. est omnium communis, & prob. Si unitas formalis, & numerica in eodem supposito non identificarentur, sequeretur, quod in Petro v. g. esset duplex forma substantialis realiter entitative

O.

dis-

distincta; *utique* est impossibile, ut late ostenditur in libris de anima: ergo, & aīs. Sequela prob. Unitas, tam formalis, quam numerica debet cū aliqua entitate, seu forma realiter identificari: ergo si unitas formalis, & numerica in Petro realiter non identificarentur, darentur in illo unde entitas, & una forma substantiales duplex entitas, & forma substantialis realiter entitatively distincta una, cum qua ejus unitas formalis, & realiter identificata, & alia realiter entitatively distincta, cum qua identificetur unitas numerica. Aīs. constat: nam unitas transcendentalis est passio entis nullatenus ab ipso ente realiter distincta; sed unitas tam formalis, quam numerica est unitas transcendentalis: ergo. Conseq. vero sic prob. Si unitas formalis, & numerica cum eadem realiter forma identificarentur: etiam realiter inter se; quia quæ sunt eadem realiter unius tertio, sunt eadem realiter inter se; ergo ex opposito, si prædictæ unitates inter se realiter non identificantur, nec identificantur cum una, eademque realiter forma; sed quilibet cum sua forma ab altera realiter distincta: ac proinde cum hoc sit impossibile, impossibile est etiam, quod unitas formalis nō identificeatur cum unitate numerica.

3. Ex quo manifeste sequitur, quod ad multiplicationem unitatis numerice multiplicari necesse est unitatem formalem. Ita quod

sicut in Petro, & Paulo alia est entitative, & materialiter unitas numerica Petri, & alia Pauli: sic etiam in illis alia est entitative unitas formalis Petri, & alia Pauli, licet non formaliter, & essentia-liter tales duæ unitates formales inter se differant. Et ratio hujus est clara: nam quando aliqua duo realiter identificantur, esto inter illa sit aliqua formalis distinctio, implicat unum realiter multiplicari, quin realiter multiplicetur, & aliud. Sed unitas formalis, & numerica realiter identificantur juxta dicta: ergo quidquid sit an inter illas sit formalis aliqua actualis ex natura rei distinctio, implicat, quod multiplicetur realiter unitas numerica, quin & formalis realiter multiplicetur. *Quod etiam patet exemplo: inter actionem, & passionem maxima præter distinctionem realem entitativam distinctio formalis reperitur;* & tamen quia realiter identificantur, non stat, quod multiplicetur realiter entitatively passio, quin multiplicetur, & actio: ergo.

4. Dico 2. *Unitas formalis, & numerica à parte rei distinguuntur virtualiter, seu fundamentaliter: actualiter vero solum ratione ratio-ninata per intellectum.* Oppositum concl. communiter tribuitur Scotio, & ejus discipulis licet aliqui contentur mentem illius explicare de distinctione virtuali: nostra autem resolutio est communis: & prob. sic. Unitas formalis, & nu-

me-

merica ante operationem intellectus non distinguuntur actualiter; nec distinctione reali, nec distinctione rationis: ergo solum virtualiter à parte rei distinguuntur; non vero actualiter. Añs. quoad 2. partem patet: nam distinctio rationis tantum habet esse actualiter per considerationem intellectus: quoad 1. vero prob. Distinctio realis actualis, vel est entitativa, vel modalis; sed predictæ unitates non distinguuntur actualiter à parte rei, nec distinctione reali entitativa, nec reali modalis: ergo non distinguuntur actualiter distinctione reali. Min. constat; nam, ut ex dictis patet. Tales unitates realiter identificantur: ergo nec, ut entitates, nec ut modi realiter actualiter distinguuntur. Mai. vero sic prob. Distinctio realis actualis est passio secuta ad ens reale; sed quidquid existit realiter in rerum natura independenter ab operatione intellectus, est aliqua entitas, vel modus entis.

Ad rationem hanc dicunt cum Scoto ejus sequaces, quod præter distinctionem reali entitativam, vel modalē datur alia distinctio media, quam ipsi vocant distinctionem formalē ex natura rei, quæ non est realis entitativa: cum non versetur inter diversas entitates. Sed tantum inter diversas formalitatem ejusdem rei; nec etiam est distinctio rationis cum detur à parte rei: quapropter est distinctio realis

formalis media inter entitativam realē, & rationis. Et hac distinctione dicunt illi, distinguuntur actualiter unitas formalis, & numerica, & omnes aliae formalitates, seu gradus metaphysici ejusdem rei.

Sed contr. hanc solutionem, & fictum Scotistarum distinctionem replic. 1. Si formalitates ejusdem rei distinguerentur realiter formaliter, distinguerentur etiam realiter entitatively: ergo distinctio media, seu realis formalis, quæ non sit entitativa, vel modalis, chimerica, & fictitia est. Añs. prob. Distinctio realis formalis est etiam distinctio realis entitativa: ergo. Añs. prob. Distinctio realis formalis est, quæ versatur inter duas formalitates, & realis entitativa, quæ versatur inter duas entitates; sed distinctio, quæ versatur inter duas formalitates, versatur etiam inter duas entitates: ergo. Min. prob. In hominē v. g. quælibet formalitas formaliter à parte rei est entitas: ergo. Añs. prob. Prædicata per quæ formaliter constituitur id, quod formaliter est ens, debent esse formaliter entia. Alias ens, quod est formaliter tale, per nullam entitatem formaliter constitueretur, quod est absurdum; sed homo, qui est formaliter ens, formaliter constituitur per animalitatem, & rationalitatem. Inimico physici, & à parte rei per quamlibet formalitatem, in illo identice repertam: ergo in hominē

quælibet formalitas formaliter à parte rei est entitas: ergo omnis distinctio formalis est etiam entitativa; ac proinde si inter unitatem formalem, & numericam, & alias formalitates non datur juxta contrarios distinctio realis entitativa, nec etiam juxta illos debet dari distinctio realis formalis.

2. Replic. ab inconvenienti. Si unitas formalis, & numerica (& idem de alijs formalitatibus) distinguerentur realiter formaliter, daretur in creatis aliud mysterium simile mysterio SS. Trinitatis; hoc dicere chimericum, & erroneum est: ergo & distinctio illa chimerica, & erronea est. Mai. prob. Insuperabilis difficultas in Mysterio SS. Trinitatis consistit in eo, quod Personæ sunt realiter actualiter distinctæ; & nihilominus sunt realiter actualiter una indivisibilis essentia; sed non minor reputatur difficultas in eo, quod formalitates aliquæ sint realiter actualiter una indivisibilis entitas, & plures formalitates realiter actualiter distinctæ: ergo. Prob. min. Äque difficile est aliquid esse realiter entitative unum, & realiter formaliter duo, vel tria, ac esse realiter essentialiter unum, & realiter personaliter tres: ergo.

5. 2. Prob. concl. Eo modo debet distingui unitas formalis à numerica, ac distinguuntur forma specifica, & singularis, cum quibus ipse unitates identificantur;

sed forma specifica, humanitas v.g. Petri non distinguitur à sua singularitate actualiter à parte rei, sed solum virtualiter, & per intellectum formaliter: ergo sic predictæ unitates à parte rei distinguuntur. Mai. constat, & à contrarijs admittitur. Min. vero prob. Si humanitas Petri à parte rei esset distincta actualiter formaliter ab illius singularitate, esset humanitas formaliter singularis, ut distincta à singularitate, & non esset formaliter singularis; sed hoc implicat: ergo & quod humanitas, & singularitas in Petro à parte rei actualiter, & formaliter distinguuntur. Mai. quoad 2. part. patet. Nam tunc casus humanitas est à parte rei, formaliter distincta à singularitate: ergo à parte rei non esset formaliter singularis. Quoad 1. vero sic prob. Humanitas Petri, ut distincta formaliter à singularitate est hæc formalitas, quæ est formaliter humanitas, & non altera, quæ est formaliter ipsa singularitas; sed formalitas, quæ à parte rei est hæc, & non altera formaliter, essentialiter, & formaliter est singularis, cum per hacceitatem singularitas formaliter constituitur: ergo à parte rei humanitas esset, & non esset formaliter singularis.

6. Obijc. adversus 1. concl. Eo modo distinguuntur unitas inter se, ac distinguuntur divisiones, quorum dicunt privationem; sed divisio numerica, & formalis non identificantur, sed inter se realiter

ter distinguuntur: ergo & unitas numerica, & formalis. Mai. patet: nam universaliter privationes eodem modo inter se distinguuntur, ac distinguuntur formæ positivæ, quarum sunt privationes. Min. vero prob. Divisio numerica, & formalis possunt adinvicem separari, & una sine altera reperiiri: ergo una cum altera, realiter non identificatur. Hæc conseq. patet: nam quæ realiter identificantur, implicat, quod possint aliquando separari. Añs. autem prob. In Angelis, in Gabriele v. g. reperitur distinctio formalis, à quolibet alio Angelo; & tamen non reperitur divisio numerica: cum hæc ut contraposita formalis defumatur à materia, cuius est incapax quilibet Angelus. Contra autem in Petro in ordine ad Paulum reperitur divisio numerica; sed non formalis: ergo.

7. Resp. neg. mñ. ad prob. dist. añs. Possunt ad invicem separari per non existentiam in eodem supposito omitto añs, si in eodem supposito sint existentes, neg. añs. & dist. conseq. ergo una cum altera realiter, non identificatur, cum altera alterius suppositi, conc. conseq. cum altera ejusdem suppositi, neg. conseq. Dicimus ergo in primis, quod & si admitteremus divisionem formalem, & numericam distinguere realiter, adhuc non sequere-

tur, quod entitas unitatis numerica, & formalis esset realiter distincta: quia cum *unum* dicat entitatem, & negationem divisionis, solam sequitur, quod unitas formalis, & numerica ejusdem suppositi dicant diversas negationes, penes principia, videlicet formalia, vel materialia: sed utriusque unitatis entitas, quæ ad ipsas negationes se habet ut subjectum, & fundamentum, bene potest esse realiter, & entitative eadem. Sic D. Cajet. c. 4. de ente, & essentia q. 6.

Sed quia in rei veritate nō magis distinguuntur inter se divisiones, quam ipsæ unitates; præterea dicimus, quod ad hoc ut convincatur distinctio realis inter divisionem numericam, & formalem ejusdem rei, non sufficit, quod in aliquo reperiatur divisio numerica sine formalis, & contra: sed requirebatur, quod cum utraque divisio in aliquo supposito simul reperiatur, posse possent adinvicem separari, & separatae permanere: quod nunquam inveniatur; immo quamvis Petrus habens divisionem numericam à Paulo, non habeat divisionem formalem ab illo: secus tamen ab alio, scilicet à Leone, & præterea omnissimis añs. quoad i.p. dist.

8. Obje. contr. 2. concl. Fundamentum sibi. Quæ differunt definitione, distinguuntur actualiter ante operationem intellectus; sed uni-

unitas formalis, & numerica, & aliae formalitates realiter identificatae differunt diffinitione: ergo distinguuntur actualiter ante operationem intellectus. Mai. constat: siquidem diffinitio explicat naturam, & essentiam rei: ergo distinctæ diffinitiones distinctas essentias actualiter debent explicare. Min. vero prob. Diffinitio unitatis formalis est *carentia divisionis penes principia formalia*; & numericæ, *carentia divisionis penes principia materialia*. Similiter diffinitio animalis, quæ est, esse principium sentiendi, non est diffinitio rationalis, quod per esse principium ratiocinandi diffinitur: idemque de alijs formalitatibus, seu gradibus: ergo hujusmodi formalitates differunt diffinitione.

Resp. dist. mai. quæ differunt diffinitione *conveniente ipsis prout sunt in re*, & adæquate sumptis, conc. mai. *conveniente ipsis precisiæ*, & inadæquate conceptis, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod cum in re sit eadem entitas, unitas formalis, & numerica, & aliae similes formalitates; si intellectus vellet eas diffinire, ut sunt in re, & ut sunt in se ipsis adæquate, unam tantum, & adæquatam diffinitionem conficeret, qua experimentur omnia, quæ sunt de essentia illius entitatis; cæterum dum de facto nostra intellectus de eadem entitate format plures diffinitiones, ut sunt illæ in

argumento posite, non attingit illam entitatem, ut est in re, & adæquate sumptam; sed præcisiæ, & in adæquate acceptam, & quasi per partes divisam ab ipsa actione præcisia intellectus, ut in sequenti quæst. explicabimus. Ex quo solum habetur, quod ipsæ formalitates ejusdem rei distinctis diffinitionibus sic diffinitæ distinguuntur actualiter per rationem, & ut præcisiæ, & inadæquate conceptæ: ac proinde quod à parte rei solum detur in ipsa entitate virtualis distinctio, quæ fundamentum est intellectui, ut concipiatur unam rationem sine altera, & sic illas actualiter distinguat. Et instantia est in voluntate nostra, quæ sub conceptu nature, & sub conceptu liberæ diversas habet diffinitiones: sicut etiam intellectus, ut intellectus, & ut est ratio; & tamen, nec voluntas, nec intellectus distinguuntur realiter actualiter à se ipsis; quia per tales diffinitiones nō ut sunt in rei, & ut in se ipsis adæquate diffiniuntur.

9 Denique Obijc. contr. utræque concl. Unitas formalis, & numerica fundant in eodem supposito diversas relationes identitatis scilicet, & diversitatis; sed fundamentum diversarum hujusmodi relationum non potest esse idem entitative, vel saltem formaliter à parte rei: ergo unitas formalis, & numerica in eodem supposito distinguuntur, realiter entitative, vel saltem realiter for-

maliter ex natura rei. Mai. patet. Nam in Petro v. g. unitas formalis cum Paulo fundat relationem similitudinis , seu identitatis in natura humana , & unitas numerica relationem diversitatis à Paulo : ergo. Min. autem prob. Distinctæ relationes distinctam pertinet rationem fundandi: ergo relationes realiter distinctæ , & oppositæ , ut sunt relationes identitatis , & diversitatis distinctum realiter , vel catitatively , vel formaliter exigunt fundamentum , seu rationem fundandi.

Resp. neg. min. & ad prob. conc. an. neg. conseq. Licet erim ad quolibet realem relationem requiratur , quod sit diversa ratio fundandi , non tamen requiritur , quod à parte rei sit semper actualiter distincta , sed sufficit , quod sit virtualiter diversa : ut patet in eadem v. g. quantitate bicubita , quæ solum cum distinctione virtuali , secundum quod videlicet ab intellectu potest ad diversos terminos comparari , & per id actualiter ratione distinguiri , est sufficiens fundamentum realis relationis æqualitatis ad alteram qualitatem bicubitam , & inæqualitatis ad tricubitam. Sic etiam in casu arg. sufficiet distinctio virtualis in unitate formalis , & numerica ad fundandum hujusmodi relationes identitatis , & diversitatis. *Alia argumenta* , quæ hic solent proponi , soluta invenies in quæst. cit. de prædicab.

QUÆST. V.

UTRUM INTER FORMALITATES realiter identificatas detur præcisio objectiva?

Cum ex præcedentibus constet unitatem numericam , & formalem , & alias formalitates , seu gradus metaphysicos ejusdem rei non distingui à parte rei nisi virtualiter , & per rationem actualiter , ut hæc distinctio melius innotescat , ideo inquirimus in præsenti ; an inter hujusmodi formalitates detur præcisio aliqua formalis , vel objectiva ? Quia cum omnis præcisio sit , quedam separatio , seu divisio , necessario etiam est aliqua distinctio. Unde erit idem , ac inquirere , an distinctio reperta inter hujusmodi formalitates sit formalis distinctio , an vero objectiva ; hoc est , an talis distinctio se teneat præcile ex parte conceptus formalis , seu actus intellectus cognoscens ; vel an talis distinctio reluceat , & se teneat ex parte ipsius objecti.

Pro cuius intelligentia est advertendum , quod duplex distinguitur præcisio , una formalis , & altera objectiva. Formalis est conceptus , seu actus intellectus attingens totum objectum , quoad omnes suas formalitates : non tamen omnes eodem modo ; sed unam , vel alteram clare , & alias obigure , vel in confuso. Objec-

Objectiva est quædam divisio unius formalitatis ab alia ex parte objecti correspondens: ita ut una formalitate attacta, vel cognita, alia ex parte objecti maneat in cognita. Quibus suppositis.

3 Dicendum est inter formalitates realiter identificatas dari precisionem objectivam. Concl. est communis inter nos, & merito, cum eam aperte doceat D. Th. pluribus in locis, & præcipue 1. p. q. 4. ar. 3. & q. 8. 5. ar. 2. ad 2. per hæc verba (jam supra in q. 2. à nobis allata) quod sit sine odore perceptus (loquitur de colore in pomulo reperto) hoc accidit ex parte visus: in quantum in visu est similitudo coloris, & non odoris. Similiter humanitas, quæ intelligitur, non est nisi in hoc, vel illo homine: sed quod humanitas apprehendatur sine individualibus conditionibus, quod est ipsam abstracti, ad quod sequitur intentio universalitatis accidit humanitati, secundum quod percipitur ab intellectu, in quo est similitudo naturæ speciei, & non individualium principiorum. In quibus non tantum concl. sed & rationem ejus à priori nobis insinuat Ang. Doct. quæ ad formam reducta licet proponitur.

4 Et sit 1. ratio concl. Tunc datur præcisio objectiva, quando una formalitas cognoscitur, altera non cognita identificata cum ipsa; sed cognoscitur ab intellectu una formalitas, altera non cognita identificata cum ipsa: ergo datur præcisiones objective. Prob.

min. Humanitas v. g. & singularitas in Petro sunt formalitates realiter identificatae; sed cognoscitur humanitas ab intellectu, non cognita singularitate Petri: ergo. Major patet ex dictis in antecedentibus. Min. vero in qua est tota difficultas sic prob. Cognoscitur humanitas, non cognitis principijs individualibus; sed nequit cognoscere singularitas non cognitis principijs individualibus: ergo. Min. patet: nam singularitas constituitur per hæc etiam; sed hæc etiam nullatenus potest intelligi, non intellectis principijs individualibus; cum ab illis essentialiter desumatur: ergo. Min. autem prob. Solum cognoscitur ab intellectu, cuius similitudo est in ipso, cum non aliter intellectus intelligat objectum, quam se uniendo cum illo media representatione, & similitudine speciei; ut in libris de anima docetur; sed in intellectu est similitudo nature speciei humanae, & non individualium principiorum: ergo. Minor preterquamquod expresse à D. Th. docetur prob. Intellectus noster pro hoc statu non cognoscit, nisi abstrahendo species, & similitudines à phantasmatibus, & conditionibus individualibus, quæ per phantasmatata, seu speciem sensibilem, & materialem imaginativæ representantur, ut in libris etiam de anima docemus: ergo in intellectu solum est similitudo, & species representans naturam specificam non vero conditiones,

feu principia individualia: ac pro inde sine illis stat cognosci naturam specificam hominis, & consequenter humanitatem cognosci, non cognita singularitate.

Urgetur, & simul præcluditur solutio contrariorum. Visus in pomo percipit colorem nullatenus, nec obscure, nec in confuso odorē percipiendo: ergo similiter intellectus percipit in eadem re unam formalitatem nullatenus cognoscendo, nec obscure, nec confuse aliam formalitatem identificatam cum ipsa. Ans. ex ipsa experientia, est notum. Conseq. vero prob. Ideo visus percipit colorem in pomo sine odore; quamvis utrumque non seorsim, sed conjunctim in eodem pomo reperiatur; quia juxta D. Tho. in visu est similitudo coloris, & non odoris; sed etiam in nostro intellectu est similitudo naturæ speciei; & non singularitatis, & potest etiam esse similitudo naturæ genericæ, & non specificæ, & idem de alijs formalitatibus: ergo si primum est verum, etiam secundum.

Explic. Intellectus pro hoc statu ita dependet in cognoscendo ab operationibus sensuum, & eorum speciebus, ut non percipiat aliquam formalitatem in re primo, & directe cognita, nisi

illam, cuius proprium exercitium, vel accidens ab aliquo sensu attingitur. Quare si visus percipit motum progresivum alicujus, ex hoc intellectus solum cognoscit illud esse animal, & si sensus percipit locutionem perfectam, cognoscit esse rationale, si rugitum audit, cognoscit esse leonem, non vero talem, vel talern leonem, sive de alijs, ut experientia ipsa nos docet: ergo ex quo sensus ita percipit in eadem re aliquod accidens, vel exercitium, ut nullatenus attingat coniunctum, recte colligitur, quod etiam intellectus dependens à sensuum operationibus, & speciebus percipiat solam formalitatem, cuius est proprium accidens illud: & nullatenus, nec etiam obscure aliam formalitatem, & si identificam cū ipsa.

3. 2. Prob. concl. Dantur naturæ à singularibus objective præcise: ergo dantur præcisiones objective. Ans. prob. Dantur naturæ objective universales; sed omnis natura objective universalis à singularibus objective præscindit: ergo. Mai. constat ex dictis in quest. I. hujus libri. Min. vero prob. Id quod objective à singularibus non præscindit est individuum, & singulare, ac proinde, ut sic non nisi de uno tantu predicabile: ergo

P. non

non est universale. Prob. hæc cōseq. Universale ut supra jam diximus cum Phil. est quod pluribus in esse natum est, seu est unum in multis, & de multis: ergo vel non datur natura objective universalis, vel objective à singulis præscindit.

Confirm. Inter formalitates realiter identificatas aliquam per rationem intervenit distinctio; sed hæc non se tenet præcise ex parte conceptus, sed ex parte objecti: ergo & præcisio inter illas non est pure formalis, sed objective. Cōseq. patet: præcisio namque quedam distinctio est. Min. prob. Tum quia formalitates realiter identificatae animalitas v. g. & rationalitas repræsentantur intellectui, ut distinctæ, sed quod repræsentatur, ut distinctum ex parte objecti est diversum: ergo. Mai. prob. Tales formalitates cognoscuntur ab intellectu, ut distinctæ: ergo. Tum quia: si talis distinctio solum se teneret ex parte cognitionis esset realis, & non rationis, ergo. Ans. prob. Diversitas unius cognitionis ab alia est realis, sicut entitas illarum: ergo.

Obijc. 1. De eadem entitate non possunt verificari prædicata contradictionia; sed si darentur præcisiones objective, de eadem entitate verificarentur prædicata contradictionia: ergo inter gradus metaphysicos præcisio objective non datur. Prob. min. Cognosci, & non cognosci sunt prædicata contradictionia; sed si darentur

præcisiones objective de eadem entitate verificaretur cognosci, & non cognosci: ergo. Prob. min. Si darentur præcisiones objective, cognosceretur animal, & non cognosceretur rationale; sed animal, & rationale sunt una indivisibilis entitas: ergo.

Confirm. Si darentur præcisiones objective, animal esset cognoscibile sine rationali; sed rationale non esset cognoscibile sine rationali: ergo si animal, & rationale essent una indivisibilis entitas, de hac indivisibili entitate verificerentur prædicata contradictionia.

Resp. ad arg. dist. mai. De eadem entitate non possunt verificari prædicata contradictionia, de eadem entitate realiter, & prout est à parte rei, conc. mai. de eadem entitate divisa per rationem in plures formalitates, neg. mai. & sūb eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod de eadem entitate, eadem re, & ratione certum est, quod non possunt verificari prædicata contradictionia; bene tamen de eadem re, diversa tamen per rationem: & instatur in sententia contradictionum. Nam juxta illos potest cognosci clare, & distincte animalitas non cognita clare, & distincte rationalitate; sed non minus opponuntur contradictiones animalitatē cognosci clare, & distincte, & rationalitatem non cognosci clare, & distincte, quam animalitatem cognosci, & rationalitatem non

non cognosci: ergo si in sententia contrariorum potest verificari cognosci, & non cognosci clare; etiam potest verificari de illiscognosci, & non cognosci absque aliqua contradictione solum propter distinctionem rationis.

Ad cōfī. Resp. dist. mai. Si darentur præcisiones objectivæ; animal est cognoscibile sine rationali, si in duos conceptus dividatur, conc. mai. si in duos conceptus non dividatur, neg. mai. & dist. min. Sed rationale non est cognoscibile si ne rationali si non dividatur in duos conceptus, conc. min. si dividatur in duos conceptus, neg. min. & conseq. Dicimus, quod in tantum animal est cognoscibile sine rationali, in quantum est capax, ut dividatur in duos conceptus inadæquatos animalitatis, & rationalitatis, & attingi sub conceptu animalis, & non sub conceptu rationalis: ceterum hanc eandem cognoscibilitatem etiam habet rationalitas, quia si rationale in duas formalitates dividatur per rationem, etiam rationale potest attingi sine rationali. Hoc autem intelligitur de rationali realiter sumpto, & ut est idem cum animali: non vero de illo præcise, & ut hoc nomine rationale significatur.

Sed contra omnia dicta replicabis. Si darentur præcisiones objectivæ, verificantur prædicta contradictionia de animali, & rationali antequam distinguerentur per rationem: ergo solutio-

nēs date, nullæ sunt. Prob. aīs. De animali, & rationali verificantur ista cognosci, & non cognosci; sed animal, & rationale non supponuntur distincta ante hæc prædicata contradictionia: ergo. Prob. min. Antequam animal cognoscatur, non cognito rationali non supponuntur distincta distinctione rationis, ut per se patet, alias non supponuntur distincta distinctione reali, ut supponimus; ergo.

Resp. tamen ad istam replic. neg. aīs. ad ejus prob. conc. mai. dist. min. Sed animal, & rationale non supponuntur distincta ante hæc prædicata cognosci, & non cognosci, nec distinguuntur distinctione comitante, neg. min. & distinguuntur distinctione concomitanti, conc. min. & neg. conseq. Dicimus ergo, quod cum prædicta contradictionia sint cognoscī animal, non cognito rationali, & per hoc fiat distinctio ipsa formalis inter animal, & rationale; hujusmodi prædicta contradictionia non cadunt supra animal, & rationale, ut distinguuntur distinctione præcisa; cadit tamen supra animal, & rationale, ut distinguuntur distinctione concomitanti facta per ipsam prædicata contradictionia, vel per ipsam cognitionem: cum practica sit ponitur capacitas proximæ contradictionia sine contradictione suscipiendi.

7 Obijc. 2. Dum cognoscitur animalites hominis, cognoscitai

Rationalitas: ergo inter animal, & rationale non datur præcisio ob-
jectiva. Prob. a.ñs. Bene valet *omnis animalitas hominis est rationalitas*; sed *animalitas hominis cognoscitur*: ergo *rationalitas cognoscitur*; sed præmissæ sunt veræ: ergo, & concl. vera est. Confirm. Hic syllogismus expositorius est optimus. *Hæc animalitas est rationalitas*; sed *cognoscitur hæc animalitas*: ergo *cognoscitur hæc rationalitas*; præmissæ sunt veræ: ergo, & consequens: ac proinde quando cognoscitur animalitas hominis, saltem in confuso, & pro implicito cognoscitur rationalitas.

Resp. ad hoc arg. instando utrumque syllogismum i. instatuz in hoc syllogismo. *Omnis animalitas reperta in homine est rationalitas*; sed *cognoscitur clare*, & evidenter *animalitas reperta in homine*: ergo *cognoscitur clare*, & evidenter *rationalitas*? Mala consequentia in sententia contrariorū, quia licet præmissæ sint veræ, conclus. tamen est falsa. 2. syllogismus instatuz in isto. *Unitas Dei est trinitas Personarum*; sed *Aristoteles evidenter cognovit unitatem Dei*: ergo evidenter cognovit Trinitatem Personarum? Mala consequentia. Præmissæ sunt veræ, & concl. falsa. Idem igitur contingit in syllogismis positis in arg. & ratio est; quia in omnibus illis committitur defectus arg. ab identica ad formalem, vel defectus appellationis: nam *cognosci* in minori appellat supra animalitatem, ut

distinctam à rationalitate, & in consequenti appellat supra rationalitatem, ut distinctam ab animalitate.

Unde ad arg. Resp. in forma dist. mai. omnis animalitas est realiter rationalitas, conc. mai. præcise, neg. mai. & dist. min. sed cognoscitur animalitas hominis prout est à parte rei, neg. min. præcise, & inadæquate, conc. min. & neg. conseq. Dicimus ergo, quod quando animal cognoscitur adæquate, & prout est in re, certum est, quod etiam rationalitas cognoscitur; secus tamen quando præcise, & inadæquate attingitur animal, quia prout sic animalitas non est formaliter rationalitas. Ac proinde prout sic poterit intellectus attingere animalitatem, quin nec pro expresso, nec pro implicito attingat rationalitatem.

8. Obijc. 3. & potest esse replic. Non potest cognosci animalitas, quin simul rationalitas cognoscatur: ergo uetusque dicta nulla sunt. Prob. a.ñs. Quando animal cognoscitur, rationale est realiter cognitum: ergo. Confirm. Implicat aliquid indivisibile attingi, quin totum attingatur; nam juxta commune proloquium Philosophorū: *Indivisibile aut totum attingitur, aut nihil attingitur*; sed animalitas, & rationalitas est una indivisibilis entitas: ergo implicat attingere unum, quin alud attingatur.

Resp. ad arg. neg. a.ñs. ad cuius prob. dist. ans. quando animal cognoscitur, rationale est rea-

realiter cognitum. ly. cognitum sumptum substantivæ, conc. aīs. sumptum adjective, neg. aīs. & conseq. Dico ergo, quod ly cognitum potest sumi dupliciter. Substantivæ, videlicet, & adjective. Si sumatur substantivæ propositio posita in arg. est vera, quia facit hunc sensum: rationale est realiter animal cognitionem. Si tamen ly cognitum sumatur adjective, propositio est falsa, quia facit hunc sensum: rationale est per cognitionem præcisam animalis ratio cognita. Cumque rationale, licet sit realiter animal cognitionem, non tamen sit per cognitionem præcisam animalis ratio cognita, hinc est, quod perfecte objective prescinditur animal à rationali.

Ad confiem. resp. dist. mai. Implicat aliquod indivisibile attingi, quin totum attingatur, si sit indivisibile tam formaliter, quam virtualiter, conc. mai. si sit indivisibile formaliter, non vero virtualiter, neg. mai. & dist. min. sed animalitas, & rationalitas sunt una indivisibilis entitas formaliter, conc. min. virtualiter, neg. min. & conseq. Dicimus ergo, quod illud axioma Philosophorum debet intelligi de illo, quod est indivisibile, tam formaliter, quam virtualiter: non tamen de illo, quod est indivisibile formaliter, & divisibile virtualiter. Cumque gradus metaphysici, & si sint una indivisibilis entitas formaliter, distinguuntur tamen virtualiter; cupa sint una entitas

æquivalens pluribus; hanc est, quod potest attingi unus, quia alius attingatur. Instantia est in prædicatis divinis, & etiam in indivisibili puncto.

9. Obijc. 4. Gradus genericus, & differentialis non possunt perfecte præscindi à ratione entis; ergo nec possunt perfecte præscindi inter se. Prob. hæc conseq. Ea, que non possunt perfecte præscindi ab uno tertio, non possunt perfecte præscindi inter se: ergo. Prob. aīs. Ea, que non distinguuntur realiter ab uno tertio, non distinguuntur realiter inter se: ergo pariter.

Resp. ad hoc arg. conc. aīs. neg. conseq. ad cujus prob. dist. aīs. Non possunt inter se præscindi in ea ratione, in qua non possunt perfecte præscindi à tertio, conc. aīs. in alia ratione, neg. aīs. & conseq. Dicimus ergo, quod hoc arg. tantum probat, quod gradus metaphysici non possunt præscindere à ratione entis in illis imbibita, & inclusa, non tamen probat, quod in suis prædicatis particularibus nōpræscindant perfecte, perfecteque distinguuntur distinctione excludentis, & exclusi.

QUÆST. VI.
UTRUM DE TUR NATURA ALI-
qua creata habeas a parte rei uni-
tatem formalem pluribus
communem?

Questio non procedit, nisi de natura creata: nam natu- ram divinam omnino unā esse positive communē per identita- temq.

in tribus divinis personis realiter inter se distinctis, ut de fide certum supponimus. Neque etiam procedit dubium de unitate numerica; quia cum communitas dicat indeterminationem, & indifferentiam, & quod est numerice unum, habeat omnino modam determinationem, & contractio nem, impossibile est in natura creata, & finita reperiri hujusmodi unitatem pluribus comman nem. Unde solum de unitate formalis procedit quæstio.

2. Pro cuius resolutione, & etiam pro sequenti quæst. præter ea, quæ jam in quæst. 3. & 4. superioribus resolvimus, & prænotavimus, quæ omnia ad præsens valde conducunt, advertendum est 1. ex D. Tho. c. 4. de ente, & essent. quod qualibet natura potest considerari in triplici statu, videlicet secundum se, in singularibus, & in intellectu. Naturæ secundum se convenient constitutive prædicata quidditativa, quæ sunt de illius essentia; v. g. homini secundum se convenit esse animal rationale; & etiam connexive convenient prædicata negativa, quæ in positivis fundantur; v. g. homini convenient connexive non esse equum, non esse lapidem. Et prædicata ista, quæ convenient naturæ secundum se, debent illi in omni statu convenire, & oppositum repugnare. Hic autem status naturæ, status solitudinis vocatur, quia naturæ in hoc statu non convenient prædicata acci-

dentalia, videlicet, esse nigrum, vel album: natura enim secundum se (ut dici solet) nec net, nec flet.

Naturæ vero in singularibus convenient prædicata realia accidentalia, ut homini esse doctum, album, vel nigrum. Et hic status, & primus, convenient naturæ à parte rei independenter ab operatione intellectus, cum hac sola differentia, quod prædicata 1. status convenient individuis ratione naturæ: econtra vero prædicata 2. status convenient naturæ ratione individuorum. Unde sicut ista causalis est vera: quia homo est rationalis, Petrus est rationalis; ita est vera ista: quia Petrus est albus, homo est albus. Naturæ denique in intellectu convenient prædicata accidentalia rationis, & quæ per operationem intellectus illi attribuuntur: ut homini esse speciem, & animali esse genus.

3. 2. Est advertendum, quod dupliciter potest esse aliquid pluribus commune, positive scilicet, & negative. Positive, ut cum manens in se unum, & in divisum, in pluribus reperitur. Negative autem commune pluribus adhuc dicitur dupliciter 1. & magis proprie, cum nulli in particulari est appropriatum, & ad nullum in singulari est determinatum. 2. & minus proprie dicitur commune pluribus negative, cum non repugnat pluribus fieri commune. His ergo suppositis.

4 Dico 1. Nulla natura creata habet à parte rei unitatem formalem communem pluribus positive. Oppositum tribuitur Scoto. Sed concl. cum D. Tho. & communis Thomistarum sentent. traditur à nosf. Auth. q.2. univ. & prob. 1. ratione desumpta ex Anz. Præc. c.4. de ente, & essent. Si daretur à parte rei natura habens unitatem formalem communem pluribus positive, vel hoc illi conveniret secundum se, vel in singularibus; sed in neutro statu naturæ creatæ, id competere potest: ergo nulla natura creata &c. Mai. patet: nam seclusa operatione intellectus, natura solum potest considerari in illo duplii statu. Min. vero quoad utramque part. prob. Si talis communitas conveniret naturæ secundum se, hoc conveniret illi etiam in singularibus; sed in singularibus natura nequit habere unitatem communem pluribus positive: ergo nec secundum se, nec in singularibus. Mai. constat: signidem, quod convenit naturæ secundum se, in omni statu debet illi convenire. Min. vero prob. Natura in singularibus est singularizata, partita, & multiplicata: ergo in singularibus est una communis pluribus positive. Añs. constat experientia. Conseq. autem prob. Singularitas opponitur communitatî, & divisioni unitati: ergo si natura in singularibus est singularizata, partita, & multiplicata, non potest esse una, & communis pluribus po-

sitive: ac proinde à parte rei natura creata non potest habere unitatem communem pluribus positive.

5 2. Prob. concl. ab inconvenienti. Si daretur à parte rei aliqua natura una, & communis pluribus positive, sequeretur, quod Deus non posset anihilare aliquod individuum naturæ humanae v.g. quin omnia illius individua anhilaret; nec aliquid existentibus de novo aliquod creare; consequens absurdum videtur: ergo & aīs. Sequela prob. Tunc casus ad productionem cuiuslibet individui naturæ humanae, presupponeretur aliquid ipsius individui producendi, & per consequētū ad illius destructionē etiā aliquid ipsius relinquenteretur; sed creatione est productio totius esse, nullo presupposito illius, quod creatur, & anhilatio est delitio totius esse, nullo relicto illius, quod anhilatur: ergo tunc casus, nec posset Deus de novo aliquod individuum creare, nec illud anhilare. Mai. prob. Tunc casus presupponeretur natura humana communis ad productionem cuiuslibet individui hominis, & ad destructionem illius etiam relinquenteretur ipsa natura humana illi, & alijs individuis communis; sed natura humana communis omnibus individuis est aliquid cuiuslibet illorum, alias non esset illis communis: ergo tam ad productionem individui producendi aliquid ipsius presupponeretur, quam ad.

ad illius destructionem aliquid ipsius relinqueretur : ac proinde alijs individui existentibus , nec de novo posset creari , nec alijs relictis anihilari .

Dices : quod ea natura supponeretur , & relinqueretur , non ut erat hujus individui , sed ut erat communis alterum : quod creationi , & anihilationi illius individui non obstaret . Sed contr . Ut non sit creatio sufficit , quod aliquid post creationem realiter competens productio , ante creationem supponatur , licet alteri competens : & idem suo modo , ut non sit anihilatio : ergo solutio tradita nulla est . Ans. prob . Generatio vermis . g. ideo non est creatio , quia materia t . que post productionem vermis informatur forma ipsius , presupponebatur , licet sub altera forma existens : & corruptio illius non est anihilatio , quia eadem materia vermis relinquitur , licet sub altera forma succedente existens : ergo ut non sit creatio , vel anihilatio productio , vel destructio alicujus individui , sufficiet quod natura illa communis presupponatur , vel relinquatur , licet in alijs individuis existens , & ut illis est communis .

Dico 2. A parte rei non datur aliqua natura habens unitatem formalem communem pluribus negative , ly commune negative suptum pro eo , quod non appropriatum aliqui : bene vero si sumatur pro eo , quod alicui non repugnans . Concl . Quoad utramque part . est de men-

te D. Cajetani cap . 4. de ente , & esseat . q . 6. & nostr . Auth . q . 2 . universi qui concedentes naturam secundum se esse communem pluribus negative , loquuntur solum in sensu 2 . partis concl . Prima autem pars prob . post 1 . ratione jam insinuata num . 4 . pro 1 . concl . que sic breviter applicatur . Si daretur natura à parte rei habens communitatem negative : prout hęc communitas est idem , ac non appropriatum ; vel hoc competenter naturę secundum se , vel in singularibus : neutrum potest dici : ergo . Prob . min . Si naturę secundum se hoc cōveniret , etiam in singularibus ; quia quod convenit naturę secundum se in omni statu debet illi convenire ; sed in singularibus hęc communitas repugnat : ergo . Min . prob . Natura in singularibus est appropriata , & determinata : ergo in illis non potest esse communis negative , seu non appropriata , vel indeterminata .

7 2 . Prob . eadem pars ratione D. Cajetani . Quod à sui existentiam exigit conditionem aliquam impossibilem , à parte rei nequit existere ; sed ut à parte rei detur natura habens hujusmodi unitatem communem pluribus negative , exigitur conditio aliqua impossibilis : ergo & impossibilis est talis natura cum tali communitate negativa . Prob . min . Ad id requiritur , quod à parte rei detur natura nulli appropriata ; sed hoc est impossibile : ergo . Prob . min .

Impossibile est à parte rei dari aliquid, quod non sit singulare, ut contra Platonem jam supra ostendimus; sed natura singularis eo ipso est alicui appropriata: ergo impossibilis est natura à parte nulli appropriata: ac proinde repugnat à parte rei natura habens unitatem formalem communem pluribus negative, si commune negative sumatur, prout est idem ac non appropriatum.

8 Advertendum est tamen, ut omnis equivocatio tollatur, quod dum dicimus in statu reali, & secundum se non dari aliquid commune pluribus negative, prout est id, quod nulli appropriatum, seu non determinatum, ly *nulli*, & ly *non accipitur infinitatē*, vel quasi infinitatē: hoc est, ut afficiens extremum, seu compositionem se tenentem ex parte prædicati: non vero, ut afficiens copulam, seu compositionem immediate cadentem supra naturam secundum se; ita ut sit hic sensus: natura secundum se non est appropriata. Nam si sic accipiatur, sine dubio in natura secundum se datur tale commune negative; quia (ut seq. q. dicemus) natura secundum se, nec est non determinata, nec est determinata sed ab utroque præscindit. Sed quidquid sit, an hoc sit in propria acceptione lumere communis pluribus negative: nam in hoc sensu etiam poterit dici, quod natura secundum se sit singularis negative: quatenus secundum se etiam non est universalis, & indeterminata; quidquid sit (inquit) de-

hae acceptione, hoc revera non est aliud, quam dicere naturæ secundum se non convenire, quod est proprium status contractionis: non autem quod aliquid conveniat naturæ secundum se, quod in singularibus non reperiatur. Unde non mirum, quod hujusmodi cōmunitas negativa (si talis dici potest) detur in natura secundum se, quin in singularibus reperiatur; cum hoc non sit aliquid convenire naturæ secundum se, quod in statu contractionis non competit; sed potius non convenire naturæ in illo statu, quod in 2. statu ei cōvenit: quod nullum est inconveniens immo est necessarium. Secus autem eveniret, si in acceptione à nobis tradita conveniret naturæ secundum se cōmunitas negativa, & non ipsi in singularibus.

9 Prob. jam 2. pars concl. & expl. Naturæ humanæ v.g. specificative, in nullo statu existente repugnat fieri cōmune: ergo in omni statu est cōmuni negative per non repugnantia. Conseq. patet aīs. vero prob. Naturæ humanæ in nullo statu existente repugnat, quod abstractatur per intellectū à singularibus, & per eam abstractionē fiat pluribus cōmuni, & universalis: ergo. Confir. Licet natura in singularibus in sensu cōposito, & prout in singularibus, non possit esse cōmuni, specificative tamen, & in sensu diviso natura, quę est in singularibus, potest esse cōmuni: quatenus ei no repugnat à singularib. abstracti, & fieri cōmune: ergo à

rei, & in omni statu competit naturæ esse negative communem, ita commune negative sumptum pro eo, quod non repugnans esse commune: licet ista communitas non sit exigentia aliqua, & aptitudo positiva; sed mera, & remota non repugnantia ad universale formaliter.

10. Obijc. 1. contr. 1. rationem 1. concl. Divisibilitas convenit quantitate secundum se, & tamē non convenit illi in omni statu: ergo potest aliquod prædicatum convenire naturæ secundum se, & non convenire illi in omni statu. Min. prob. Divisibilitas non convenit minimo naturali; sed illi ut tali repugnat; alias daretur pars minor minimo, quod est repugnans: ergo.

Relp. dist. mai. divisibilitas *mathematica*, conc. mai. divisibilitas *physica*, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod quantitas secundum se non est divisibilis physice, & per separationem realem unius partis ab alia, sed tantum mathematice, seu Logice: quatenus intellectus, data quacumque parte quantitatis, potest assignare aliam minimam, & unam ab alia mentaliter separare: nam quantitas mathematica est divisibilis in semper divisibilia. Cumque hæc divisibilitas conveniat etiam minimo naturali: hinc est, quod semper est verum, quod illud, quod convenit alicui secundum se, in omni statu etiam convenit illi.

Contr. Quantitati secundum se convenit non repugnantia divisibilitatis physicæ; & tamen hujusmodi non repugnantia minimo naturali non convenit in quantitati: ergo aliquid convenit naturæ secundum se, quod non convenit illi in omni statu. Resp. dist. mai. Non repugnantia divisibilitatis physicæ, convenit illi *permisive*, conc. mai. convenit illi *positive*, neg. mai. & conc. min. dist. conseq. ergo aliquid convenit naturæ secundum se per non repugnantiam, & *permisive*: quod non convenit illi in omni statu, conc. conseq. aliquid convenit *positive*, neg. conseq. Dicimus enim, quod illud principium: quod convenit alicui secundum se, in omni statu debet illi convenire, debet intelligi de prædicatis, quæ convenient naturæ secundum se positive: non vero de illis, quæ convenient pure *permisive*, & per meram non repugnantiam: nam animal secundum se permit rationalitatem, quæ quidem repugnat illi prout in equo. Cumque tam divisibilitas *physica*, quæ ipsa non repugnantia ad tales divisibilitatem convenient quantitatí solum *permisive*, & per non repugnantiam: hinc est, quod talis non repugnantia, sicut, & divisibilitas non convenient quantitatí minimi naturalis, quatenus talis quantitas est.

11. Obijc. 2. A parte rei Petrus, & Paulus sunt unum formaliter: ergo à parte rei natura humana

habet unitatem formalem Petro, & Paulo communem. Añs. confat ex dictis supra q. 4. nam Petrus, & Paulus à parte rei non distinguuntur formaliter. Conseq. vero prob. Id, in quo aliqua sunt unum, debet esse illis communem. alias in isto non conveniret: ergo si Petrus, & Paulus à parte rei sunt unum in natura humana, hęc à parte rei est illis communis.

Resp. (juxta id quod in q. citata jam diximus) dist. añs. sunt unum formaliter per conformitatem, & similitudinem, conc. añs. per identitatem, neg. añs. & conseq. ad prob. dist. añs. id, in quo aliqua sunt unum per identitatem, conc. añs. per conformitatem, sub dist. debet esse illis commune fundamentaliter, vel formaliter, conc. añs. formaliter præcise, neg. añs. Dicimus ergo, quod Petrus, & Paulus à parte rei sunt unum formaliter præcise per conformitatem, & similitudinem essentialēm duarum naturarum, quatenus natura unius, & si realiter divisa ab alia, est conformis, & similis naturae alterius: non autem sunt à parte rei unum formaliter per identitatem, aut per aliquam unitatem formalem, aut naturam à parte rei illis communem, nisi ad summum fundamentaliter; quia in quantum habent duas naturas essentialiter inter se similes dant fundamentū intellectui, ut abstrahendo id, in quo sunt similes, à conditionibus individualibus, cōcipiat unam naturam illis positive

communem. Unde à parte rei nullatenus datur unitas, aut natura aliqua formaliter communis, sed solū fundamentaliter, vel per themam non repugnantiam, ut per intellectum fiat universalis.

Obje. 3. A parte rei datur fundamentaliter relationis realis similitudinis in natura inter Petrum, & Paulum; sed hujusmodi fundamentum debet esse unitas formalis ejusdem naturae Petro, & Paulo communis: ergo à parte rei datur in natura humana unitas formalis pluribus communis: ergo Mai. patet: nam à parte rei inter Petrum, & Paulum datur ipsa relatio identitatis specificæ: ergo, & fundamentum illius. Min. vero prob. Tale fundamentum debet esse aliqua unitas formalis; sed in unitatibus formalibus proprijs utriusque, si una ab altera distinguatur, non fundatur relatio similitudinis, sed potius diversitatis: ergo.

Resp. conc. mai. neg. min. ad prob. conc. mai. de unitate formalis per conformitatem, dist. min. in unitatibus formalibus proprijs utriusque &c. quatenus materialiter differunt, conc. min. quatenus inter se sunt conformes, neg. min. & conseq. Dicimus ergo, quod fundamentum hujusmodi relationis est unitas formalis per conformitatem duarum naturarum Perri, & Pauli, quæ licet materialiter, & numerice inter se distinguantur, sub qua ratione fundant relationem diversitatis

numericæ: quatenus tamen inter se essentialiter non distinguantur, sed sunt inter se conformes. fundant relationem realem similitudinis, seu identitatis specificæ: immo illam fundare non possent, si una esset à parte rei illis natura communis: nam relatio realis non solum petit extrema realiter distincta; sed quod in illis etiam ratio fundandi, seu proximum fundamentum realiter multiplicetur. Quia ratione in divinis inter Patrem, & Filium (cette D. Th. l. p. q. 42. ar. 1. ad 4.) non est relatio realis æqualitatis; quia in illis ratio fundandi, natura scilicet divina non est realiter distincta, & multiplicata.

QUÆST. VII.

VTRUM A PARTE REI DE-
tur universale forma-
liter?

HUJUS resolutio facile ex præcedentibus deducitur; ad vertendo prius, quod universale potest accipi dupliciter: fundamentaliter videlicet, & formaliter. Et fundamentaliter adhuc dupliciter: fundamentaliter remote, & fundamentaliter proxime. Universale fundamentaliter remote est natura, in qua plura conve- niunt: & hoc universale, sæpe ja-

diximus, à parte rei reperiri. Universale vero fundamentaliter proxime, quod respective ad universale fundamentaliter remote, dicitur etiam universale formaliter, est natura una, & communis pluribus: & quæ prout sic saltem est universalis metaphysice. In præsenti autem solum de hoc universalis inquirimus, an independenter ab intellectu detur à parte rei; non vero de 2. intentione universalitatis, in qua formalissime ipsa universale consistit, & quod propriæ universale Logicum nominatur: hæc enim, cum sit intentionis rationis, solumque habens esse objectivum in intellectu, certum est, quod à parte rei formaliter non reperitur. Unde.

2 Resolutorie est dicendum: non dari à parte rei universale formaliter; sed solum illud fieri per operationem intellectus. Concl. hæc cum D. Th. c. 4. de ente, & essent. & cum cōmuni fere omnium sententia præter Scotistas, traditur à nostr. Auth. q. 2. univ. Prob. que 1. authoritate Phil. 1. de anima text.

8. adversus. Platonem dicentis: Universale autem nihil est, aut posterius est. Pro cuius intelligentia advertenda est cum nostr. Auth. q. 1. univ. divisio universalis in universale ante rem, in re, & post rem: universale ante rem est universale ante singula: qualiter illud ponebat Plato. Universale in re est natura in singularibus existens, in qua plura convenient. Et de-

denique universale post rem est natura à intellectu à singularibus abstracta. Quo notato, in predicto testimonio voluit dicere Phil. quod universale, aut nihil est, à singularibus videlicet distinctum; aut posterior est: id est post illud, quod convenit naturae à parte rei; per illud scilicet, quod naturae competit per intellectum: ergo juxta Arist. non datur universale formaliter nisi per intellectus operationem.

3. 2. Pro ratione. Universale formaliter est unum in multis, & de multis; sed à parte rei nulla natura est una in multis, nec pre-dicabilis de multis; sed id solum habet per operationem intellectus, illam à singularibus abstractentis: ergo à parte rei nulla natura est universalis formaliter. Mai. patet ex dictis in q. 1. hujus libri. Min. vero prob. Natura una in multis requirit, quod una, & eadem sit pluribus communis; sed (ut ex precedentibus constat) à parte rei non datur natura, quæ una, & eadem sit pluribus communis; sed solum id habet per intellectum concipientem rationem genericam sine specificis differentijs, & naturam specificam sine conditionibus individualibus, à quibus provenit tota determinatio opposita communitatii: ergo. 2. Poterat prob. concl. ratione ex D. Tho. desumpta c. 4. de ente, & essent. quæ, quia in q. antec. est repetita, & faciliter ad

præsentem concl. applicatur: ideo illam omittimus.

4. Obijc. 1. Juxta Phil. 1. Per herm. cap. 4. rerum aliae sunt universales, aliae particulares; sed particulates dantur à parte rei: ergo, & universales. Confirm. Universale, ut universale, est correlativum particularis: ergo sicut particulare datur à parte rei: ita, & universale; sed à parte rei datur particulare: ergo.

Resp. ad arg. dist. min. res particulates dantur à parte rei fundamentaliter, conc. min. formaliter, neg. min. & hoc in sensu conseq. Dicimus ergo cum D. Tho. ibi lect. 10. quod cum Philosophus loqueretur, tunc de universali, & particulari secundum quod significantur per nomina, accipit universale, & particulare formaliter, prout videlicet utrumque habet suam intentionem universalitatis, & particularitatis per intellectum. Vel si loquitur de illis à parte rei, accipiuntur fundamentaliter non vero formaliter: in quo sensu veram est tam universale, quam particulare dati à parte rei. Ex quo ad confirm. neg. min. in sensu formaliter. Particulare enim, seu singulare non est correlativum universalis, nisi prout habet rationem subiectibilis respectu illius: quam rationem non habet, nisi per intellectum illud comparantem. ut inferius ad universale.

5 Obijc. 2. Quod convenit naturæ secundum se independenter ab intellectu convenit; sed naturæ secundum se convenit esse universale formaliter: ergo independenter ab intellectu est universale formaliter. Min. prob. Natura non determinata est communis pluribus, & universalis formaliter, prout hic sumimus universale, licet non sit universale Logicum, quod per ordinem positivum ad plura constituitur; sed naturæ secundum se competit esse non determinatam: ergo. Prob. min. Natura secundum se non est determinata: ergo natura secundum se est non determinata. Añs. patet; nam ejus contradictoria, scilicet ista: natura secundum se est determinata, est falsa: alias natura nec in intellectu posset esse indiferens. Conseq. autem prob. Arguitur à negativa ad affirmativam, variato prædicato penes finitum, & infinitum: ergo est bona conseq.

Resp. neg. utramq. min. Natura enim secundum se, nec est determinata, nec non determinata; sed utrumque ei accidit, 1. in singularibus 2. in intellectu. Unde ad prob. conc. añs. neg. conseq. ad prob. dist. añs. Arguitur cum appellatione, conc. añs. sine illa neg. añs. & conseq. Licet enim prædicata conseq. à negativa ad affirmativam absque appellatione esset bona: cum appellatione tamen non tenet, sicut non tenet ista; Petrus essentialiter non est al-

bus: ergo essentialiter est non albus.

6 Sed contr. etiam cum appellatione valet conseq. ab affirmativa ad negativam variato prædicato penes finitum, & infinitum: ergo cum simili appellatione valebit etiam consequentia à negativa ad affirmativam. Consequentia videtur tenere à paritate. Añs. prob. Hec est bona consequentia: natura secundum se est non determinata: ergo secundum se non est determinata, sicut & ista: Petrus essentialiter est non lapis: ergo essentialiter non est lapis; sed in his datur appellatio de ly secundum se, & de ly essentialiter: ergo.

Resp. conc. añs. neg. conseq. Dicimus enim, quod appellatione ejusque variatio aliquando vitiat consequentiam, aliquando vero illam ædificat: sicut hæc (ut docetur in Summulis) venientem cognosco: ergo cognosco venientem, est mala consequentia. Econverso autem hæc, cognosco venientem: ergo venientem cognosco, est bona. Sic etiam in præsenti à negativa ad affirmativam cum appellatione præveniente ab illa particula secundum se est mala consequentia, quia ob eam appellationem arguitur virtualiter à disjunctiva ad partem. Nam illa negativa: natura secundum se non est determinata, potest indifferenter verificari, vel per id, quod natura secundum se sit non determinata, vel per hoc, quod secundum se, nec sit determinata, nec non

determinata. Unde prædicta propositio est virtualiter disjunctiva, cuius pars est illa affirmativa: *natura secundum se est non determinata*: & ita arguendo à prædicta negativa ad istam, arguitur virtualiter ratione appellationis de *ly secundum se ad disjunctiva ad partem*, quæ consequentia semper est mala. Econverso autem ab affirmativa ad negativam, ratione appellationis arguitur virtualiter à parte disjunctivæ ad totam, quod consequentiam ædificat.

7. Obijc. 3. Universale formaliter præcedit operationem intellectus: ergo à parte rei datur. Prob. aīs. Objectum alicujus potentiae operativæ debet præcedere operationem talis potentiae; si quidem specificat, & movet illam ad operandum; sed universale est objectum intellectus: ergo. *Confirm.* A parte rei debet dari objectum specificativum scientiarū realium, & potentiarum etiam sensitivæ, visivæ v. g. sed illud est universale: ergo à parte rei datur universale. Mai. patet: nam à parte rei dantur scientiæ ipsæ reales, sicut, & quælibet potentia sensitiva: ergo. Min. autem prob. Nec scientiæ reales à singularibus, nec potentia visiva à colore determinato, sed à colore in communi, specificantur: ergo harum objectum est universale.

Resp. ad arg. neg. aīs. ad prob. dist. min. universale fundamentaliter, conc. min. formaliter, neg. min. & dist. conseq. Universale

sale formaliter præcedit operationem intellectus, ut existens, neg. conseq. ut possibile, conc. Dicimus ergo, quod objectum intellectus est universale fundamentaliter, & existens in rebus, quamvis conditio, ut attingatur ab intellectu, sit abstractio per intellectum agentem à conditionibus individualibus. Immo, & si universale Logicum formalissime esset objectum intellectus, non præsupponeretur existens ante omnem operationem intellectus: sed sufficeret, quod supponeretur possibile, quia potentia, sicut & ars factiva sui objecti, non illud ad omnem suam actionem supponit existens. Ars enim dominatoria v. g. quia factiva sui objecti, dominus videlicet, non supponit ad omnem suam actionem dominum existentem, sed solum ut possibilem.

Ad confirm. dist. min. sed illud est universale fundamentaliter, conc. min. formaliter, neg. min. & sub eadem dist. conseq. Ut enim quælibet potentia sensitiva, & scientiæ habeant sua specificativa à parte rei, sufficit, quod à parte rei detur universale fundamentaliter remote. Nec amplius probant ea, quæ in prædicta confirmatione insinuantur, immo, nec plura alia argumenta, quæ communiter in hac difficultate congerantur.

Obijc. 4. Natura secundum se est indifferens, & indeterminata: ergo & universalis formaliter

ter : ac proinde independenter ab intellectu datur universale formaliter. Añs. prob. Natura secundum se habet aptitudinem ad essendum in pluribus: ergo secundum se est indifferens, & indeterminata. Conseq. patet: nam quod est aptum esse in pluribus, ut sic non potest esse alicui appropriatum. Añs. autem prob. Natura secundum se non petit esse determinate in hoc, vel illo individuo: ergo secundum se habet aptitudinem yage ad omnia illa: hoc est, ut possit esse in hoc, vel illo indeterminata.

Resp. neg. utrumque añs. ad prob. conc. añs. dist. conseq. concl. Secundum se habet aptitudinem remotam, & per non repugnantiam, conc. conseq. alias aptitudinem, neg. conseq. Dicimus ergo, quod ad universale formaliter non sufficit, quod non petat determinate esse in hoc, vel illo individuo; sed quod una existens æqualiter respiciat omnia individua. Hoc autem non habet natura secundum se, sed solum in intellectu, per cuius actionem abstracta ab individuis, una, & eadem natura æqualiter saltem negative se habet ad omnia illa, & æqualiter ad illa potest comparati. Unde natura ante hunc statum tantum habet aptitudinem remotam; quatenus non repugnat, quod per intellectum abstractatur, & ad talem indifferenciam, & communitatis statum reducatur.

QUÆST. VIII.

PER QUAM ACTIONEM INTELLECTUS fiat universale formaliter?

Cum à parte rei non detur (ut diximus) universale formaliter, sed hoc beneficio intellectus resultet, inquirimus modo per quam actionem intellectus fiat. Pro quo notandum est 1. quod duplex in nobis datur intellectus, agens videlicet, & possibilis. Intellectus agens est ille, qui abstrahit species à phantasmibus, & qui ut talis cognoscitus non est. Unde ejus actio est, & dicitur abstractio; quia à singularibus representatis per phantasmatata (qua sunt quedam species feasibiles) format species immateriales representantes solum naturas rerum, absque singularitate. Intellectus autem possibilis est ille, qui recipit species abstractas ab intellectu agente, intelligiturque naturas per tales species representatas: & quia in recipiendo species patitur; ideo intellectus passibilis, seu possibilis nominatur.

2. Actio autem suo operatio intellectus possibilis, quo ad presentes multiplex potest esse. 1. est cognitio, qua intellectus attingit naturam abstractam, non cognitis illius conditionibus individualibus: & hæc solet dici abstractio præcisiva intellectus possibilis,

ad differentiam alterius cognitionis, quæ subsequi potest ad 2. operationem intellectus pertinens, qua cognoscitur natura removendo illam ab aliquo, quæ dicitur abstractio negativa. Ceterum hæc abstractio negativa, praeterquam quod non semper subsequitur ad abstractionem præcisivam, ad resultantiam universalis nullatenus conductit. 2. *Actione* intellectus possibilis est, quando supra naturam jam præcisive cognitam intellectus se reflectens, eam, à quibus est abstracta, vel ab alia inferiora comparat. Ad hanc autem actionem comparativam potest subsequi alia, qua talis comparatio sic facta ad modum respectus naturæ ad ea, ad quæ fuit comparata, expresse, & in actu signato per reflexionem cognoscatur. Et hæc utraque actio ad 1. intellectus operationem pertinet, diciturque simplex comparatio, ad differentiam alterius actionis, quæ, quia media illa natura de suis inferioribus prædicatur, dicitur comparatio composita.

3. 2. Supponendum est, quod universale est duplex: unum metaphysicum, aliud vero Logicum. Universale metaphysicum est natura abstracta, & præcisa à singularibus, & negative communis ad omnia illa: quatenus nullum singulare in particulari respicit, nec ut alicui appropriata repre-

sentatur. Vocaturque hoc universale metaphysicum; quia metaphysica considerat res universalissimas, & abstractas à conditionibus individualibus. Universale Logicum est natura positive respiciens inferiora tanquam terminum, ad quem talis respectus terminatur. Hoc autem universale potest accipi, vel formaliter, pro ipsa videlicet relatione ad inferiora, qua formalissime constituitur; vel fundamentaliter proxime; pro illo videlicet, quo posito, statim intellectus potest tribuere intentionem universalitatis; vel denique potest accipi universale Logicum fundamentaliter remote pro eo scilicet, quod non ita accedit ad formam universalis talis, ut statim possit naturæ tribuiri relatio ipsa rationis. His ergo suppositis.

4. Dico 1. Universale metaphysicum fit per abstractionem intellectus agentis: perfectius tamen, & expressius per abstractionem præcisivam intellectus possibilis. I.

Pars prob. in primis authorit. Div. Thom. qui 1. part. quest. 79. ar. 5. ad 2. affirmit: quod intellectus agens facit universale quod est unum in multis; sed hoc non potest esse universale Logicum formaliter, ut ipsi contrarij nobiscum affirmant: ergo intellectus agens facit universale metaphysicum.

R. Fas.

5 Ratione autem prob. Per abstractionem intellectus agentis fit natura una, indifferens, & communis saltem negative ad plura; sed per hoc constituitur (ut prænotavimus) universale metaphysicum: ergo. Mai. prob. Per intellectum agentem fit species impressa repræsentans naturam, ut unam, & communem negative ad plura: ergo. Prob. a. s. Per talēm speciem repræsentatur natura, ut abstracta à singularibus, & conditionibus individualibus: ergo repræsentatur, ut una communis pluribus negative. Prob. conseq. Pluralitas opposita unitati, & contracção, seu appropriatio opposita communitati unice provenit à singularibus, & conditionibus individualibus: ergo, si ut abstracta ab illis natura repræsentatur, repræsentatur etiā, ut una, & communis saltem negativa, seu ut nulli appropriata, & determinata. Confirm. Eo modo talis species repræsentat naturam, quo cognoscitur ab intellectu possibili cognitione præcisiva, tam positiva, quam negativa; sed ab intellectu possibili cognoscitur, ut una, & communis pluribus negative: ergo etiam sic repræsentatur per speciem abstractionem ab intellectu agente: prindique per ilium fit hoc universale metaphysicum.

2. Pars concl. prob. Per illam actionem formalius fit universale metaphysicum, per quam perfectius, & expressius redditur natura una, & communis pluribus

bus negative; sed per actionem præcisivam intellectus possibilis perfectius, & expressius fit natura una, & pluribus negative communis: ergo per hanc actionem formalius fit universale metaphysicum: quam per actionem intellectus agentis. Prob. min. Perfectiori, & expressiori modo repræsentatur natura, ut una, & pluribus communis in specie expressa per actionem præcisivam intellectus possibilis producta, quam in specie impressa per intellectum agentem formata: ergo.

6 Dices 1. ex doctrina tradita sequitur dari duplex universale metaphysicum: unum factum per abstractionem intellectus agentis, & aliud per cognitionem præcisivam intellectus possibilis; sed hoc videtur inconveniens: ergo conclus. quoad utramque partem nequit esse vera. Dices. 2. Per abstractionem intellectus agentis natura non sit una, nec unitate reali, nec unitate rationis: non unitate reali; quia alias talis unitas conveniret naturæ à parte rei: nec unitate rationis, quia intellectus agens, cum cognoscitus non sit, eam unitatem nequit naturæ tribuere: ergo per abstractionem intellectus agentis nullatenus fit universale. Confirm. Per abstractionem intellectus agentis nihil habet natura, quod non habeat secundum se; sed secundum se non est una, nec plures: ergo nec per abstractionem. Mai. prob. Per abstractionem intellectus agentes

Solum repræsentatur natura secundum sua prædicata essentialia; sed hoc idem habet natura secundum se: ergo.

Resp. ad 1. quod nullum est inconveniens in eo, quod detur duplex universale metaphysicum penes magis, vel minus perfectum: immo diverse etiam rationis, unum videlicet in esse repræsentativo, & aliud vero incognoscendo. Per abstractionem ergo intellectus agentis sit universale in esse objecti repræsentati: quatenus repræsentatur natura, ut una cum non repugnantia, & communitate negativa ad plura: & per cognitionem præcisivam sit universale in esse cogniti: quatenus per eam cognitionem cognoscitur natura cum tali unitate, & aptitudine. Ad 2. Resp. Quod per abstractionem intellectus agentis natura sit una unitas præcisionis, quatenus per speciem abstractam ab illo repræsentatur natura sine diversitate inferiorum. Hæc tamen unitas non est actualis unitas rationis, cum hæc sine cognitione nequeat actualiter dari: nec est unitas realis intrinseca; alias illam haberet à parte rei, quod implicat: sed est unitas realis extrinseca conveniens naturæ ex vi abstractionis ab individuis, à quibus multiplicabatur; quod sufficit ad universale metaphysicum in repræsentando.

Ad confirm. neg. mai. & ad prob. dist. mai. solum repræsentatur secundum prædicata essentialia;

lia positive abstracta à singularibus, conc. mai. ut cumque considerata, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Natura enim secundum se permissive se habet ad esse unam, vel plures, ad esse abstractam, vel non esse abstractam: & solum dicit positive v. g. natura hominis esse animal rationale. Per abstractionem tamen intellectus agentis repræsentatur positive, & determinate abstracta, & ut una saltem exercite; licet signate non repræsentetur talis unitas, & abstractio. Unde licet natura secundum se non sit universalis metaphysice: bene tamen ab intellectu agente abstracta.

Dico 2. Fundamentum proximum universalitatis Logice non ponitur in natura nisi per actionem simplicem comparativam. Concl. hæc, licet plures illam negent, hac ratione, meo videri, efficaciter prob. Per illam duntaxat actionem sit universale Logicum fundamentaliter proxime, per quam habet natura, quod intellectus immediate possit illi tribuere determinatam specificam intentionem universalitatis; sed hoc non habet per abstractionem intellectus agentis, nec per cognitionem præcisivam intellectus possibilis: bene vero per actionem simplicem comparativam ergo per istam, & non per alias ponitur fundamentum proximum universalitatis Logicæ. Mai. patet: Nam dum intellectus informatione 2. intentionis universalitatis

tatis tribuit illâ alicui naturę determinatę, illam etiam debet cōficiere in specie aliqua determinata, & ad id proximum determinatum habere fundamentum: ergo. Min. vero prob. Abstracta natura ab intellectu agente, & cognita præcisive per intellectum possibilem, adhuc manet indifferens ad hanc, vel illam 2. intentione universalitatis: ergo. Prob. aſis. Abstracta natura abediniſ v. g. & ſic cognita præcisive ab intellectu possibili, adhuc manet indifferens, ut comparetur ad Petrum, & Paulum, vel ad hoc, & illud album; ſed ſi comparetur ad Petrum, & Paulum eſt denominabilis à determinata 2. intentione *accidentis* quinti prædicabilis; ſi vero comparetur ad hoc, vel illud album, eſt denominabilis à 2. intentione *speciei* prædicabilis: idemque dicendum de rationalitate, & reſibilitate abstracta, & præcisive cognitorum: ergo natura abstracta, & præcisive cognita, adhuc manet indifferens ad hanc, vel illam 2. intentionem universalitatis: conſequenterque per tales actiones non poniſtur fundamentum proximum universalitatis Logicæ; ſed per ſolam actionem simplicem comparativam, per quam in ordine ad determinata inferiora, natura comparatur: & ratione cuius redditur immediate capax relationis constitutivæ universalis.

8. Contr. hanc concl. dices 1. Per eandem numero actionem nō potest poni fundamentum proxi-

mum intentionis universalitatis, & fieri formaliter ipsa relatio, ſeu 2. intentio universalitatis; ſed per actionem simplicem comparativam (ut statim dicemus) fit universale Logicum formaliter, ſeu ipsa relatio universalitatis: ergo non per iſtam actionem, ſed antecedenter debet poni ejus proximum fundamentum. Mai. prob. Fundamentum debet aliqualiter præcedere relationem: ergo. 2. Per abstractionem intellectus agentis tollitur impedimentum, ſelicet singularitas, quod habet natura ad 2. intentionem universalis: ergo per talem abstractionem ponitur fundamentum proximum ad universale Logicum. 3. Per cognitionem faltem præcivam intellectus possibilis natura redditur ultimo, & immediate capax relationis universalitatis Logicæ: ergo faltem per iſtam actionem ponitur tale proximum fundamen- tum. Aſis. prob. Per cognitionem præcivam attingitur natura in ordine ad individua, ut ad terminum a quo fuit abstracta; ſed hoc ipſo nihil deficit natura, ut possit proxime comparari ad individua, ut ad terminum ad quem, in quo relatio constitutiva universalis Logicæ conſtituit: ergo.

Rcp. ad 1. diſt. mai. per eamdem actionem &c. ſub eadem conſideratione, & formalitate, conc. mai. ſub diuersa, neg. mai. & conc. min. neg. conſeq. Dicimus enim, quod in actione simplici comparativa poſſumus diſtinguere dupli-

cem formalitatem, unam quodāmodo priorem altera, videlicet comparationem naturæ ad sui inferiora, & cognitionem in exercitio reflexivam talis cōparationis: & secundum quod comparat naturam ad sua inferiora, ponit fundamentum proximum universalitatis: secundum autem quod in exercitio cognoscit talem comparationem ad modū respectus realis ponit formam constitutivam universalis; & consequenter ipsum universale formaliter. *Ad 2. dicimus*, quod per abstractionem intellectus agentis tollitur impedimentum inadæquatum præcise, nimirum singularitas: non tamen impedimentum adæquatum; quia deficit cognitio naturæ, & i. intentio rationis, quæ ad universale Logicum, tam fundamentaliter proxime, quam formaliter indispensabiliter necessariæ sunt.

Ad ultimum Resp. neg. aīs.
Licut enim per cognitionem præcivam ponatur ad universale Logicum fundementum mediatum, immo proximum respective ad id, quod habet natura ante talē cognitionem, utpote magis accedens ad relationem ipsam universalis: non tamen ponitur fundementum proximum proximius, seu immediatum, ratione ejus natura sit immediate capax relationis; quia hoc solum habet per illam actionem, per quam tollitur indifferētia ad determinatam specificā intentionem universalitatis, quę actio, ut jam diximus est sola actio

simplex comparativa, qua natura cognoscitur, ut relata ad determinata inferiora, in quibus potest esse, & non præcisive, ut à quibus est abstracta. Unde adhuc admissō, quod per cognitionem præcivam cognoscatur natura in ordine ad individua, ut ad terminum, à quo fuit abstracta: non sequitur quod per illam fiat, nec formaliter universale, ut infra dicemus, nec etiā fundamentaliter proxime.

9. Dico 3. Universale Logicum formaliter tantum fit per actionem comparativam: non compositam, sed simplicem. **i.** Pars concl. manifeste prob. ex D. Tho. pluribus in locis, sed præcipue i. p. q. 28. a. 1. ubi sic: *Aliquando respectus significatus per ea, que dicuntur ad aliquid, est tantum in ipsa apprehensione rationis conferentis unum alteri: & tunc est relatio rationis tantum, sicut cum comparatio rationis hominem animali, ut speciem ad genus. Ex quibus verbis sic formatur l. ratio probativa.*

10. Per illam actionem fit universale Logicum formaliter, per quam ponitur ejus forma constitutiva; sed hæc tantum ponitur per actionem comparativam: ergo & ipsum universale Logicum formaliter. Prob. min. Forma constitutiva universalis Logici est relatio rationis naturæ ad sua inferiora tanquam ad terminum ad quem; sed hæc relatio tantum ponitur per actionem comparativam: ergo. Prob. min. Relatio rationis ponitur necessario

per sui cognitionem practicam, sicut quodlibet ens rationis; sed omnis relationis cognitio practica est comparativa in ordine ad terminum: ergo. Prob. min. Omnis cognitio practica relationis debet esse non comparata, ut comparati; sed omnis cognitio non comparata, ut comparata est comparativa: ergo. Min. per se patet. Mai. vero prob. Omnis cognitio practica relationis debet esse cognitione aliter, ac est in se: ergo debet esse cognitione alicuius, ut comparati, quod ex se non erat comparatum, ac proinde talis cognitionis comparativa est.

¶ 1112. Prob. ratione tadem pars. Per nullam actionem praecedentem cognitionem comparativam sit universale Logicum formaliter: ergo per solam actionem comparativam. Prob. ahs. Universale Logicum formaliter solum sit per actionem, per quam attingitur natura cum aliquo ordine, & habitudine ad sua inferiora; sed per nullam actionem praecedentem comparativam cognitionem sic attingitur natura: ergo. Mai. patet: nam universale est unus respicies plura, seu quid respectivum, & ad plura coniuncte. Min. vero prob. Tam cognitionis praecisiva intellectus possibilis, quam abstractio intellectus agentis attingit naturam secundum sua praedicata essentialia absque aliquam habitudine ad inferiora: ergo ante cognitionem comparativam non attingitur natura cum ordine

ad inferiora. Ahs. prob. Intellectus possibilis, ante quam conferat, & comparet naturam abstractam, solum illam attingit secundum quod per speciem ab intellectu agente abstractam representatur; sed per hanc speciem solum representatur natura secundum praedicata quidditativa, & absque omni habitudine ad sua inferiora, non solum tanquam ad terminum *ad quem*, sed nec tanquam ad terminum *ad quo* talis abstractionis: ergo. Mai. patet: nam antequam intellectus convertendo se ad phantasmata, in quibus representantur inferiora singulatia, conferat naturam cum illis in tali regressu ab intellectu attactis, solum est in illo similitudo speciei ab intellectu agente abstracta: ergo. Min. autem manifeste prob. exemplo jam supra ex D. Tho. à nobis adducto. Intellectus abstractans in pomo colorē à sapore format speciem representantem colorē absque omni prorsus habitudine ad saporem: & sic media tali specie cognoscitur color, ut omnino absolutus à respectu ad saporem: ergo similiter in specie naturæ abstracta à singularibus non solum non representantur ipsa inferiora, sed nec representatur natura, ut dicens aliquem ordinem ad illa: ac proinde media tali specie ab intellectu possibili cognoscitur natura, ut omnino abolita à respectu ad inferiora.

¶ 12. Confirm. dato, & non conc.
quod

quod per abstractionem aliquam præcisivam intellectus possibilis attingatur natura cum aliqua habitudine ad sua inferiora , à quibus est abstracta , talis utique habitudo esset ad illa , ut ad terminum à quo nullatenus tamen , ut ad terminum ad quem ; sed universale Logicum formaliter est relativum secundum esse : formaliterque constitutum per relationem naturæ ad inferiora , tanquam ad terminum ad quem : ergo nec per abstractionem intellectus agens , nec per aliquam cognitionem præcisivam intellectus possibilis , sed præcise per actionem comparativam sit universale Logicum formaliter . Cætera constant , & mai. prob. Ut natura attingatur cum ordine ad sua inferiora , ut ad terminum ad quem , necessario requiritur , quod per reflexionem cognoscatur naturam esse abstractam à talibus inferioribus , & cōparetur ad illa , ut propria sibi inferiora , & de quibus potest prædicari : sed hoc excedit spharam actionis cuiuscumque præcisivæ , & non comparativæ : ergo cum tali ordine nequit attingi natura per aliquam actionem pure præcisivam , & non comparativam .

13. 2. Pass. concl. sic breviter prob. Per illam actionem sit universale Logicum formaliter , per quam ponitur sub existentia forma illius constitutiva ; sed hæc ponitur per actionem simplicem comparativam , non vero per compositam ; ergo & universale Logicum

cum formaliter. Prob. min. Forma constitutiva universalis Logici est aptitudo positiva , & relativa ad essendum in multis : & consequenter ad prædicandum de multis ; sed hæc aptitudo ponitur per natura per simplicem comparationem ; non vero per compositam : ergo. Mai. patet ex diffinitione universalis , scilicet *unum in multis* , & de multis : nam verba in diffinitione posita non dicunt actum , sed aptitudinem. Min. etiam quoad 1. partem patet : siquidem per simplicem comparationem referatur natura ad sua inferiora , ut in quibus potest esse. Quoad 2. vero sic prob. Actio comparativa composta consistit in actuali prædicatione naturæ de suis inferioribus ; sed actualis prædicatio , utpote passio , immo exercitium universalis necessario supponit ipsam formam , & aptitudinem ad essendum , & prædicandum de multis : ergo per comparationem compositam non ponitur aptitudo , & forma constitutiva universalis , sed supponitur jam facta per simplicem comparationem : ac proinde per istam , & non per illam sit universale Logicum formaliter .

14. Obijc. 1. Juxta D. Tho. pluribus in locis universale , vel intentio universalitatis fit , vel sequitur ad abstractionem intellectus sive agentis , sive possibilis : ergo contra ipsum asterius universale formaliter non fieri nisi per actionem comparativam . Ans. prob. D. Tho. 1. p. q. 79, ar. 5. in 2. arg.

hic ait: *Intellectus agens facit universale, quod est unum in multis: quam propositionem non negat in solut. sed potius illam sepe repetit; sed universale Logicum est unum in multis: ergo Idem Ang. Præc. 1. p. q. 85. ar. 2. ita afferit: Quod humanitas apprehendatur sine individualibus conditionibus, quod est ipsum abstrabi, ad quod sequitur intentio universalitatis, accedit humanitati: ergo juxta D. Th. universale, vel intentio universalitatis fit, vel sequitur ad actionem abstractivam, & non præcise ad comparativam.*

15 Resp. dist. aīs. universale &c. metaphysice sumptum, conc. aīs. Logice sumptum sub dist. fit, vel sequitur mediate, vel fundamentaliter, conc. aīs. immediate, & formaliter, neg. aīs. & conseq. Dicimus enim, quod cum sit duplex universali, unum metaphysicum, & objectivum, & alterum universale Logicum; quotiescumque D. Th. videtur assere per abstractionē intellectus fieri universale, loquitur de metaphysico, non autem de universali Logico formaliter sumpto; alias Angel. P. esset sibi contrarius; cum in pluribus alijs locis clarissime assertat, illud fieri per comparationem intellectus conferentis unum alteri. Quare in 1. testim. adducto loquitur de universali metaphysico: quod per intellectum agentē fit unum negative in multis: quatenus natura abstracta, ut nulli appropriata representatur. Non

tamen intendit D. Th. quod per intellectum agentem natura sit una in multis positive, nec positive indifferens ad plura, quod ad universale Logicum requiritur. In 2. autem testim. vel loquitur præcise de universali metaphysico, & fundamentaliter, seu de 1. intentione universalitatis, vel si loquatur (ut verius videtur de universali formaliter, & Logico intelligēdus D. Th. non de immediata sequela, sed mediata: hoc est mediante alia consideratione comparativa, qua natura cognoscitur cum ordine ad inferiora, ut ad terminum ad quem.

16 Objc. 2. Natura abstracta per intellectum agentem, vel cognita præcisive per intellectū posibilem est una in multis, & de multis: ergo per quamlibet ex his abstractionibus fit universale Logicum formaliter. Consequentia tenet à diffinitione ad diffinitum, aīs. vero prob. Natura sic abstracta, & cognita, representatur, & cognoscitur, ut una, & differens, seu ut apta assendum in pluribus: ergo. Prob. aīs. Talis natura representatur, & cognoscitur, ut nulli appropriata, & absque aliquo illam diversificante: ergo.

17 Resp. neg. aīs. & ad prob. dist. aīs. representatur, & cognoscitur, ut indifferens, & apta negative ad essendum in pluribus, cōc. aīs. positive, neg. aīs. & conseq. Dicimus ergo, quod universale Logicum consistit in indifferētia, & aptitudine formali, & positiva, qua

qua natura respicit inferiora, ut potens esse in illis. Natura autem abstracta, vel pure præcisiæ cognita, & non comparata, solum est apta ad essendum in multis negative: quatenus ut sic nulli individuo est appropriata; sed æquilitate negative se habet ad omnia, non tamē est apta, & indifferens positive; siquidem repræsentatur per speciem, & cognoscitur præcisiæ naturæ, non repræsentatis, & cognitis in actu signato, nec in exercitio conditionibus individualibus, nec aliqua habitudine naturæ ad inferiora.

18 Sed cōtr. replic. Natura abstracta, & præcisiæ cognita debet repræsentari, & cognosci cum aliqua habitudine ad individua à quibus est abstracta, saltem ut ad terminum à quo talis abstractionis; sed hoc ipso, quod sic repræsetur, & cognoscatur intellectus cognoscens naturam esse abstractam ab aliquibus inferioribus, cognoscit etiam in exercitio eam dicere habitudinem ad ea, ut ad illa, de quibus potest prædicari: ergo natura per abstractionem intellectus agentis fit apta positive, saltem inchoative: & per cognitionem præcisiæ formaliter, & complete. Min. videtur certa. Nam non potest cognosci naturam aliquam esse abstractum ab individuis, quin saltem in exercitio cognoscatur, illam esse realiter in illis; sed semel quod in exercitio cognoscitur naturam esse realiter in individuis, etiæ inexcitio

cognoscitur habitudo illius ad individua, ut in quibus est, & de quibus potest prædicari: ergo Mai. autem princip. prob. Si natura abstracta per intellectum agentem non repræsentaretur, nec præcisiæ cognosceretur saltem in exercitio cum aliqua habitudine ad ea, à quibus est abstracta, non habebit intellectus aliquod principiū ad comparandum talem naturam ad ea magis, à quibus est abstracta, quā ad qualibet alia, à quibus abstracta non est; sed hoc ī. non potest admitti ab opposita sententia, cum in ea postea natura comparetur ad illa, à quibus est abstracta: ergo nec ī.

Relicta solutione aliquorū, qui hac replica cōvicti cōcedūt in natura abstracta hujusmodi habitudinem ad in inferiora, ut ad terminum à quo: relicta inquam; quia, ut recte probat argumentum etiā attingeretur natura cum ordine ad inferiora, ut ad terminum ad quem: sicque sine alia actione directe comparativa fieret universale. Rēsp. neg. utramque mai. Sicut enim visus in pomo percipit colorem, non solum non attracto sapore, sed nec percepto colore cū aliqua habitudine ad saporem; quia sine tali habitudine repræsentatur color per speciem, qua videatur: sic & eodem modo quantum ad hoc (ut colligitur ex D. Tho. 1.p. q.85. ar.2.) se habet species abstracta naturæ per intellectum agentem, & simplex, ac præcisiæ cognitio media tale species

quod videlicet solum repræsentatur, & cognoscitur natura, non repræsentatis, aut cognitis individuis, nec aliqua prorsus habitudine ad illa. Et quamvis hoc ita sit postea tamen intellectus possibilis convertendo se ad phantasmatum, à quibus intellectus agens naturam abstraxit, & contemplando per reflexionem eadem phantasma comparat naturam ad singularia, in quibus realiter est aut potest esse, & de quibus perinde potest prædicari: & sic conficit universale Logicum.

19 Ex quo habetur, quod circa universalis formationem non est necesse ponere inter cognitionem, seu abstractionem præcisivam intellectus possibilis, & cognitionem simplicem comparativam saltem in actu exercito, aliam actionem medium, quæ præcisio, seu abstractione possitiva nominari solet. Nam hæc ante conversionem reflexivum intellectus ad phantasma non potest dari; cum tunc nullatenus cognoscantur inferiora singularia, nec aliqua habitudo in natura ad illa: unde solum potest poni, dum intellectus post talem conversionem contemptatur per reflexionem phantasmatum, in quibus representabantur ipsa inferiora, quibus natura fuit abstracta. Ceterum tunc cognitione attingens naturam, ut abstractam ab inferioribus, & ipsa inferiora, ut terminum à quo talis abstractionis, etiam in exercitio comparat, vel potest comparare naturam ad

illa, ut in quibus realiter est, aut potest esse, ut supra diximus: ac proinde talis cognitione non est præcisiva, sed potius comparativa; siveque indistincta ab actione simplici comparativa saltem in actu exercito.

Obje. 3. Eodem modo per abstractionem fit universale: ac per contractionem fit singulare; sed per contractionem naturæ ad singularia, fit ipsa singularis formaliter: ergo per abstractionem naturæ à singularibus, fit natura universalis formaliter. Resp. conc. mai. dist. min. fit singularis formaliter metaphysice, & realiter, conc. min. Logice, neg. min. & sub eadē dist. conseq. Dicimus enim, quod per contractionem solum fit singulare metaphysicum, & reales non vero singulare Logicum: sed illud fit formaliter per comparationem duntaxat intellectus comparantis illud, ut inferius ad naturam specificam: & sic illi tribuit intentionem subiectibilis, per quæ in ratione singularis Logici formaliter constituitur. Et ita proportionabiliter, per abstractionem à singularibus solum fit natura universalis metaphysice: & per comparationem illius ad inferiora, fit universale Logicum.

21 Obje. 4. Natura abstracta per intellectum habet in eo statu, quidquid haberet, si realiter separata à singularibus existaret; sed tunc esset natura à parte rei universalis: nam esset una indifferenter se habens ad plura: ergo

natura per abstractionem de facto fit universalis. *Resp. neg. mat.* Natura enim realiter separata à singularibus à parte rei existens, in ea impossibili positione participetur realiter ab illis, illaque essent illius effectus in genere causæ realis exemplaris: unde natura tunc diceret aliquam habitudinem realem positivam ad illa. Consequenterque esset universalis formaliter, eo modo, quo per comparationem intellectus natura accipiens positivum ordinem ad inferiora dicitur, & fit universalis. Natura autem defacto, & revera realiter indistincta à singularibus, nullatenus dicit positivū respectum ad illa, nisi media actione comparativa, qua concipiatur aliquid admodum relationis ad sua inferiora. Quapropter antecedenter ad hoc non fit universale Logicum formaliter.

22 Ultimo obije. Universale Logicum non fit per actionē primam, seu in actu exercito comparativam: nec per aliam reflexive, & in actu signato comparativam: ergo vel per abstractionem, vel compositam comparationem. *Añs. quoad 1. part. prob.* Ad universale Logicum non sufficit comparare naturam ad inferiora, sed requiritur comparare etiam ipsa inferiora ad naturam, ut superiorem: insuper & cognoscere ipsam comparationem admodum relationis comparati ad ea, ad quæ comparatur; sed hoc totum non videtur posse fieri per 1. compa-

rationem: ergo Quoad 2. vero part. sic prob. Actio 2. reflexive, & signate comparativa solum videtur speculari, & signate contemplare, id quod fecit 1. actio exerceite comparativa: ergo nullatenus efficit ordinem, seu formam constitutivam Logici universalis.

Resp. neg. añs. quoad utramque part. & ad prob. 1. part. dist. min. hoc totum non videtur posse fieri signate, vel exerceite cognoscendo, neg. min. signate præcise cognoscendo, conc. min. & neg. conseq. Dicimus ergo, quod cum intellectus in sui cognitionibus sit saltem in exercitio reflexivus, eadem 1. cōparatione, qua cognoscit, & comparat naturam in ordine ad inferiora, cognoscit, & cōparat inferiora ad naturam: & ipsam utramque comparationē cognoscit etiam in exercitio: quod sufficit, ut non solum per illam actionem ponatur fundamentum proximum universalitatis, & subiectibilitatis; sed etiam ut ipsa utramque intentio formaliter ad tales actionem resuget: licet formalius, & expressius tales intentiones sint, cum per 2. actionem comparativam magis reflexe, expresse, & in actu signato cognoscuntur. Unde.

Ad prob. 2. part. *añs. neg. etiā añs.* Licet enim intellectus signate attingendo 2. intentiones secundum se, & in abstracto, qualiter attingit, dum eas diffinit, & explicat per terminos 1. intentionis: videlicet *specieitas, universalitas, &c.*

non faciat illas, sed pure speculetur: secus tamen, dum in concreto, & ut sufficientes determinatam naturam eas signate attingit, & sic signate, & reflexe adinveniendo, naturæ jam exercite comparatae eas tribuit expressius: non per affirmationem, & comparationem ad 2. intellectus operationem pertinentem; ut cum dicitur, *homo est species*; quia hæc composita comparatio supponit ipsam aptitudinem relativam constitutivam speciei: & eā nullatenus facit; sed per simplicem, & signatam comparationem præcedentem, eas expressius tribuit pure apprehensive naturæ denominatae: quatenus illas 2. intentiones jam exercite sufficientes naturā, ut erant in exercitio formatæ per 1. comparationem, postea hæc 2. & magis reflexa comparatio illas signatae in concreto

cognoscit admodum respectus, & relationis realis ipsius naturæ ad inferiora sīta tamen quod non solum intellectus per hanc 2. comparationem cognoscit tales intentiones habere esse admodum relationis ex parte objecti, & ex vi 1. comparationis; sed etiam ex vi ipsius 2. comparationis ille accipiunt novum, & distinctū esse objectivū intrinsecū formalius, & expressius, quod respective ad aliud esse exercitū, quod ex vi 1. comparationis restitrat; se habet ut extrinsecum, & accidentale. Ex quo solum habetur, quod non sit idem numero ens rationis: sicut nec ipsæ intentiones, & relationes: esto ex parte subjecti denominati, naturæ, scilicet sint idem. Et hæc de hoc

3. libro universarium.



INCIPIT LIBER QVARTVS

LOGICÆ.

IN hoc quarto libro post duas quasi Proemiales questiones super singula capita Porphyrius questiones, quæ se offendunt exagitavimus; & cum in qualibet questione opus sit praemittere quæ in textu asterit Porphyrius, & in examen vocamur. Ne eadem inutiliter repetamus in eisdem questionibus in qualibet videlicet, quæ ad illam attinet totam doctrinam Porphyrii perstringere conabimur omnes tamen questiones hujus libri eundem istet se Ordinem observabunt. Pro quo sit.

QUÆST. I.

UTRUM UNIVRSALIS
adæquate dividatur in quinque
prædicabilia?

QUAMVIS Porphyrius differit universale in quinque solam prædicabilia, scilicet genus, speciem, differentiam, proprium, & accidentem; aliqui ob diversa fundamenta infra proponenda judicant talém divisionem insufficiēt esse, dum alij plura, alij pauciora, quam quinque, putant

esse prædicabilitia.

A Pro explicatione tamen veritatis, & resolutione questionis est maximè notandum, quod cum universale sit unum in multis prædicabile, ex consequenti est unum aptum prædicari de multis; quod quidem non debet intelligi de omnibus illo, quod de aliquo potest prædicari, ut cuncte; sed intelligitur de illo, quod potest de suis inferioribus prædicari prædicatione superioris de inferiori.

3 2. Pro resolutione questionis est notandum, universale hic accipi non pro quocunque etiam ut superiori de aliis prædicabili, sed sumitur hic universale, pro eo, quod est unum in multis. Unde ut aliquid sit vere prædicabile alias debet observare conditiones.

1. Requiritur, quod sit univocum, & omnino unum defectu cuius equivoca, & Analogia, licet de pluribus prædicatione superioris aliqualiter prædicentur, non continentur sub diviso, nec sub aliquo membro hujus divisionis. **2.** Requiritur quod non sit prædictum transcendens. Tum quia prædictum transcendeus importat Analogia

giam, tum etiam quia, cum non possit, perfecte à suis interioribus præcindi, non est omnino unum.

3. Ad rationem prædicabilis requiritur, quod non sit prædicatum negativum, ut non lapis, non homo, q̄ siā hujusmodi prædicata negativa importat in primis quādam trāscendentiam, & int̄p̄ cum non dicant de inferioribus quid sint, sed potius, quid non sint, non dicunt de illis aliquam naturam determinatam, ac proinde non dicunt proprie *aliquid unum*. 4. Requiritur quod sit unum *incomplexum*, & *simplex*: completum tamen, defectu cujus orationes, propositiones, & entia incompleta à ratione prædicabilis excludantur; quia, cum complexa ex pluribus resultant, non habent unitatem simplicetē, quibus observatis inquitimus, an prædicabilia sint tantum quinque? Et non inquirimus de naturis, quae prædicantur, quia iste certus est esse plures, quam quinque, sed de intentione prædicabilis, quibus suppositis sic nostra conclusio.

Optimè, O adæquate dividitur universale tanquam in species infirmas in quinque Prædicabillia.

4 **H**æc conclus. præter autho-
ritatem Porphyrii illam
tradentis, confirm. à
D. Tho. opusc. 48. probaturq. i.
proportione sumpta à composito
naturali. In composito naturali

tantum inveniuntur quinque; ni-
mirum compositum substantiale,
materia, forma, propria passio, &
accidens commune: ergo pariter
in composito metaphysico, solum
quinque inveniuntur videlicet,
compositum, quod est *species*, ma-
teria, quæ est *genus*, forma, quæ
est *differentia*, proprium, quod est
propria passio, & accidens com-
mune. Patet conseq. Siquidem com-
positum Metaphysicum funda-
tur supra Physiscum, & cuius illo
debet proportionari, conseq-
uerterque si in compósito naturali tan-
tum inveniatur quinque, incom-
posito Metaphysico quinque etiam
inveniuntur prædicabilia.

2. Eadem sufficientia, & magis à priori prob. prædicabilia sunt
quinque, & non sunt plura quam
quinque: ergo sunt tantum quinque. Conseq. est legitima quia arg.
ab exponentibus ad expōnibilem.
Ans. verò pr. Quidquid ut superius
univocè de alio prædicatur, vel
prædicatur essentialiter, vel acci-
dentialiter; si prædicatur essentialiter,
& dicit totam essentiam com-
positam ex genere, & differentia,
ut homo; tunc est *species*. Vel præ-
dicatur dicendo partem essentie
determinabilem, ut animal, &
tunc est *genus*: vel prædicatur di-
cendo partem essentie determinan-
tem. V. g. rationale & tunc est
differentia; si vero illud quod de
alio, ut superius prædicatur, præ-
dicetur accidentaliter, vel prædi-
catur, ut accidens proprium diman-
ans ab essentia, & tunc est *pro-
prium*

pium quartum prædicabile; si prædicatur denique dicendo accidens commune, & contingens est *accidens* quintum prædicabile; sed præter illos modos non est alias modus prædicandi: ergo modi prædicandi seu prædicabilia sunt quinque, & non sunt plura quam quinque.

5 Obijc. 1. Tantum dantur quatuor prædicata: ergo & tantum dantur quatuor prædicabilia. Conseq. patet quia prædicabile, & prædicatum idem sunt. Añs. verò probat. ex Arist. 1. Topicorum cap. 4. ubi tantum quatuor assignat prædicata, videlicet, génus, distinctionem, proprium, & accidentis: ergo prædicata sunt tantum quatuor.

Resp. ad arg. dif. añs. Prædicata sunt tantum quatuor, prædicata *topicæ*, seu *dialectica*, conc. añs. Prædicata *Logica*, neg. añs. & conseq. Dicimus ergo, quod est distincta ratio prædicati topicæ, seu dialectici, ac prædicati Logici; nam prædicata dialectica sunt illa qua prædieantur de specie, & cum species non possit de se ipsa prædicari; hinc sit, quod prædicata dialectica sint tantum quatuor; at vero prædicata Logica sunt illa, que de inferioribus verè prædicantur cumque species verè de suis inferioribus prædicetur, hinc est, quod prædicata Logica sunt quinque, ac proinde, & quinque sunt prædicabilia.

6 Obijc. 1. Prædicabilia distinguuntur; ex diversis modis prædi-

candi; sed multò plures dantur modi prædicandi de inferioribus quam quinque: ergo prædicabilia sunt plura, quam quinque. Prob. min. Diversus modus prædicandi sumitur ex diverso modo essendi; sed modi essendi sunt plures quam quinque, decem videlicet, decem constituentes prædicamenta: ergo & modi prædicandi de inferioribus sunt plures quam quinque scilicet decem.

Resp. conc. mai. neg. min. ad cuius prob. dif. mai. Diversus modus prædicandi sumitur ex diverso modo essendi rei in re, neg. mai. ex diverso modo essendi rei in inferioribus, conc. mai. & sub eadem distinctione, mai. neg. cons. Dicimus ergo quod licet modi essendi entis in re sint decem, decem constituentes prædicamenta, omnes tamen illi de materiali se habent ad rationem universalis, & prædicabilis; quia ratio prædicabilis sumitur à diverso modo essendi in inferioribus essentialiter, vel accidentaliter; cumque hijs modi essendi sint tantum quinque, ut manet probatum: hinc est, quod tantum sint quinque prædicabilia, & si dentur decem prædicamenta.

7 Obijc. 3. Anima, & puncum sunt verè prædicabilia; & tamen non pertinent ad aliquod ex assignatis: ergo prædicabilia sunt plura quam quinque, prob. mai. Anima univocè prædicatur de hac, & illa Anima, & puncum de hoc, & illo puncto: ergo sunt verè prædicabilia.

Nec valer dicere, quod *Anima*, & *punctum* sunt entia incompleta, & ideo non pertinent ad aliquod ex prædicabilibus, nec speciale constituent prædicabile. Contra namque replicatur. *Differentia* namque, & *genus* sunt aliquid incompletum possitam non dicitur, sed ad latus prædicamenti; & tamen veram habent rationem prædicabilis ergo hanc rationem non tollit ratio entis incompleti.

Resp. Nihil taliter solutione data, & ad replicam, Resp. Quod est longa disparitas inter genus, & differentiam, & inter punctum, & *Animam*, quia cum genus, & differentia, ut sunt partes actualis constituentes species, sunt entia incompleta, dicunt tamen partem essentiae, & sunt tota potentialia; at vero punctum, & *Anima* cum prædicerentur, non ut dicunt partem essentiae, sed totam essentiam, & hanc, quia aliquid incompletum sunt, propriè non importent; hinc sit quod non habeant rationem prædicabilis.

Obijc. 4. Individuum vagum v. g. *aliquis homo*, est verè prædicabile, & tamen ad nullum ex quinque assignatis prædicabilibus pertinet: ergo datur aliud distinctum prædicabile. Mai. constat quia iste sunt verè prædications. Petrus, et quidam homo. *Franciscus* est quidam homo: ergo individuum vagum est verè prædicabile. Mai. vero sic prob. Si ad aliquod pertinet ex quinque prædicabilibus maxime ad *speciem*; sed ad *speciem*

non pertinet: tum quia non dicitur essentia hominis, sed modum particularem existendi, tum quia diversa rationis est hec prædicatio. Petrus est quidam homo, ab illa, Petrus est homo: ergo si illa est prædicatio speciei, prima debet esse prædicatio alterius prædicabilis. Et idem arg. sic de personis, & super possum.

Resp. ad arg. conc. mai. dist. min. Et tamen individuum vagum ad nullum ex quinque prædicabilibus pertinet directe, conc. mai. Reductio, neg. mai. & cons. Dicimus ergo quod individuum vagum non pertinet directe ad aliquod ex quinque prædicabilibus, nec speciale prædicabile constituit, non quia sit quid equivocum, Analogum vel transcendentia, ut aliqui recte Cayetano dixerunt, quia ut inquit D. Tho. q. 9. de Perten. ar. 2. ad 1. Individuum vagum dicit aliquem modum particulariter existendi communem omnibus individualiis, ac proinde abstractibilis est modus particularis existenti cum omnimoda unitate à modo existendi hujas, vel alterius individus: individuum ergo vagum, hypostasis, & persona aliquid univocum importare communae omnibus individualiis; unde solum excludetur directe à ratione prædicabilis, quia non dicit in recto aliquam naturam, vel partem naturæ, nec aliquod accidentis illius, sed modum incompletum naturæ; ideoque non pertinet ad aliquod prædicabile, sed reducitur ad illud prædicabile.

Zujs naturæ modum existendi importat. V. g. individuum speciū, ut *aliquis homo* ad speciem, & generiū, ut *aliquid Animal* ad genus.

9 Obijo. 5. Universale adæquate dividitur in duo prædicabilia, scilicet, imprædicabile *inquit*, & in quale: ergo male dividitur in quinque prædicabilia. Dices verum esse universale adæquate dividi in duo prædicabilia alijsignata, tanquam in species sub alternas divisibiles in alias species infimæ, & de his infimis speciebus, alterius est quinque species universalis.

Contra hoc est. Species infime prædicabilis plures sunt, quam quinque: ergo solutio data nulla est, prob. ahs. Differentia sub alterna, & infima v. g. *sensibile*, & *rationale*. Constituant distinctum prædicabile: ergo species infimæ prædicabiles plures sunt, quam quinque, prob. ahs. Differentia sub alterna prædicatur de pluribus de differentibus specie, & infima de pluribus differentibus numero: ergo constituant distinctum prædicabile, prob. hæc conseq. Quia genus prædicatur de pluribus differentibus specie, & species de pluribus differentibus numero, genus, & species distinctum constituunt prædicabile: ergo idem dicendum de differentia sub alterna, & infima.

Resp. ad hoc arg. solutioñem datam esse optimam, & ad replicam disting. ultim. ahs. Quia genus prædicatur de pluribus diffe-

rentibus specie, & species de pluribus differentibus numero, constituant distinctum prædicabile *quæ* præcise, neg. ahs. Quia, & quia habent diversum modum prædicandi, conc. ahs. & neg. conseq. Dicimus ergo, quod genus, & species non constituant distinctum prædicabile, præcisè quia unum prædictetur de pluribus differentibus specie, & aliud de pluribus differentibus numero, sed quia non retinent eundem modum prædicandi, quia genus prædicatur inquit de suis inferioribus dicendo partem essentie determinabilem, & speciei prædicatur dicendo totam essentiam; cumque differentia sub alterna, & infima semper habeant eundem modum prædicandi, dicendo, videlicet partem essentie determinantem. Hoc sit quod non constituant distinctum prædicabile, & exemplum est in ipso genere, quod quidem, sive sit supremum, sive intermedium, sive ultimum, distinctum prædicabile non continuit, quia eundem retinet modum prædicandi, dicendo partem essentie determinabilem.

10 Obijo. ult. Omnia membra dividentia hujus divisionis, coincidunt cum specie: ergo cum in bona divisione, membra dividentia debeant esse formanter apposita, hæc divisio non videtur esse bona divisio, prob. ahs. Omnia membra hujus divisionis, respectu universalis, sunt species, ut qualitate sequenti videbimus: ergo omnia coincidunt cum specie.

Resp.

Resp. dist. ahs. Omnia membra dividentia coincidum cum specie accidentaliter, & denominative, conc. ahs. essentialiter, neg. ahs. & conseq. Dicimus ergo, quod in hujusmodi intentionibus rationis, quamvis, sint inter se essentia-
liter distinctæ, quod sufficit, ut sit bona divisio, una species potest sub altera contineri, & ab illa de-
nominiari, & hoc patet in divisione
termini in univocum, & equivo-
cum, quo bona divisio est, & ta-
men terminus equivocus acciden-
taliter, & denominative sub uni-
voco continetur; cumque quatuor
prædicabilia essentialiter ab specie
distinguuntur, & solam coincidunt
cum illa accidentaliter, & denomi-
native: hinc est quod divisio uni-
versalis in quinque prædicabilia,
tanquam in species infimas, sit bo-
na, & adæquata.

QUÆST. II.

*UTRUM UNIVERSALE SIT
GENUS AD QUINTQUE PRÆDICABILIA?*

Hoc dubium non procedit de universalí, & prædicabili sumptis pro naturis mate-
rialiter sumptis, quia cum istæ, alia sint substantiæ, alia vero acci-
dentiæ, alia reales, alia vero ra-
tionis, non potest illis assignari
aliquid commune univocum, quale debet esse genus; unde solum
inquirimus an secunda intentio
universalis sumpta inconcreto, sit
genus ad quinque intentiones præ-

dicabilium, sumptis etiam incon-
creto, & ut talia universalia sunt?
In qua difficultate aliqui dixerunt
universale genus non esse ad quinque
que prædicabilia, existimantes uni-
versale esse prædicatum Analogum
ad quinque prædicabilia, vel quia
includitur intime in ultimis differ-
entijs illorum, nec ab illis posse
perfectè præscindi. His tamen non
obstantibus, sit nostra conclus.

*Universale est Genus ad quinque
prædicabilia, non supremum, nec
infimum, sed intermedium.*

Hæc conclus. habet duas pa-
tes probandas, & quoad
1. prob. sic. Genus est, quod
prædicatur univoce, & inquit de
pluribus differentijs specie; sed
universale prædicatur univocè, &
inquit de quinque prædicabilibus
specie differentijs: ergo univer-
sale est verè genus ad quinque præ-
dicabilia. Mai. est definitio generis,
min. etiam quantum ad 2. part.
constat, siquidem omnia prædicabili-
lia habent diversum essentialiter
modum prædicandi. Quantum ad
1. vero part. prob. eadem min. sic.
Itæ prædicationes sunt veræ, &
essentialies, genus est universale;
species est universalis, & sic de alijs
prædicabilibus: ergo universale
prædicatur inquit de quinque præ-
dicabilibus specie differentijs, &
consequenter est genus ad illa.
2. vero pars conclut. etiam
prob. Datur aliud genus universalis
superius, in quo prædicabilia uni-

vocè convenientiunt, & aliud genus illis datur magis infimum: ergo universale non est genus supremum, nec infimum ad quinque prædicabilia, sed intermedium, prob. aīs. *ens rationis*, & 2. inten-
tio rationis est genus universali tu-
perius, in quo prædicabilia uni-
vocè convenientiunt; alias inter illud,
& prædicabilia mediat aliud genus,
nempè prædicari *inquit*, ad duo
prædicabilia, & prædicari *in qua-
le*, quod est immediatum genus ad
differentiam, & mediatum ad pro-
prium, & accidens, cum immediatum
genus illorum sit prædicabile
accidentaliter divisibile in quale in-
separabiliter, & separabiliter: ergo.

3. Contra 1. part. conclus. Ob-
ijc. 1. Universale est Analogum ad
quinque prædicabilia: ergo non
potest esse genus ad illa, prob. aīs.
Ad prædicari essentialiter, & præ-
dicari accidentaliter, non potest
dari aliquid commune univocum;
sed tria priora prædicabilia, præ-
dicantur essentialiter, & alia duo
accidentaliter: ergo universale non
univocum, sed Analogum est ad
quinque prædicabilia, prob. mai.
Substantiæ, & accidenti, nihil po-
test dari commune univocum: er-
go nec ad prædicari essentialiter, &
prædicare accidentaliter.

Resp. ad hoc arg. neg. aīs.
ad cuius prob. neg. mai. & ad ejus
prob. dist. aīs. Substantiæ, & ac-
cidenti nihil potest dari commune
univocum. 1. *intentionaliter*, &
in effectis, conc. aīs. 2. *inten-
tionaliter*, & *in ratione prædicabilis*,

neg. aīs. & conseq. Dicimus ergo
quod non est idem esse accidens
prædicabile, ac esse accidens præ-
dicamentale: imò nec est idem
prædicati essentialiter, ac esse sub-
stantiam; quia non solum substanci-
a, sed etiam accidentia, & entia
rationis prædicantur de aliquibus
sibi inferioribus essentialiter. Unde
licet substantiæ, & accidenti in es-
se entis consideratis, non possit
dari aīquid commune univocum,
cum unum sit ens simpliciter, &
aliud secundum quid; potest ta-
men dari aliquid con munere univo-
cum, ad prædicari essentialiter, &
prædicari accidentaliter; quia tamen
prædicabile essentialiter, quam
prædicabile accidentaliter partici-
pant simplicitate rationem univer-
salis, & univocè convenientiunt in
hoc, quod est prædicari de suis in-
terioribus per modum superioris,
ac proinde, ad prædicati essentialiter,
& prædicari accidentaliter
datur aliquid commune univocum,
scilicet, *universale*.

4. Obijc. 2. Si universale esset
genus ad quinque prædicabilia con-
tineretur sub genere primo prædi-
cabili; sed universale, non potest
sub genere primo prædicabili con-
tineri: ergo nec esse genus ad quin-
que prædicabilia. Min. coofat. Si
quidem superius nequit sub suo in-
teriori contineri. Mai. vero sic pr.
Si universale in communi esset ge-
nus ad quinque prædicabilia esset
prædicabile *inquit* de pluribus dif-
ferentibus specie, scilicet, de quin-
que prædicabilibus; sed omne præ-
di-

dicabile *inquit* de pluribus differentibus specie, continetur sub genere primo prædicabili: ergo universale coartinetur necessariò sub genere primo prædicabili.

Resp. ad hoc arg. dist. mai. Si universale est genus ad quinque prædicabilia continuaetur sub genere primo prædicabili *accidentaliter*, & *denominativè*, conced. mai. *essentialiter*, neg. mai. & sub eadem est. n in neg. conseq. Dicimus ergo, quod ex eo, quod universale sit genus ad quinque prædicabilia tantum sequitur, quod continetur sub genere primo prædicabili, ut quod *a. cidentaliter*, & *denominativè*, tanquam substratum denominabile à secunda intentione illius: sicut *animal* sub genere etiam denominativè continetur; non tamen sequitur, quod universale continetur sub genere primo prædicabili, ut quo, & *essentialiter*, quia universale essentialiter distinguatur à genere, & id quo aliquid est universale non est id quo aliquid est genus; cum 2. intentio constitutiva universalis essentialiter distinguatur à secunda intentione constitutiva generis. Ex qua doctrina nullum sequitur inconveniens; benè enim potest superius sub suo inferiori accidentaliter, & denominativè contineri, ut patet in termino superiori essentialiter ad univocum, & equivocum, qui accidentaliter, & denominativè sub univoco continetur.

5 Advertis tamen istam solutionem replic. ex illa sequitur unus

versale sub se ipso denominativè concineri, & denominativè de se ipso prædicari; sed hoc videtur impossibile: ergo. Prob. sequela. Universale est essentialiter superior ad genus primum prædicabile: ergo de quocumque prædicatur denominative genus, prædicatur denominative universale; cumque de universalis prædicetur denominative genus, de eodem universalis prædicabitur denominativè ipsum universale. Conseq. patet: Nam justa regulam ante prædicamentalem; cum quidpiam de quo piam prædicatur, ut de subiecto, de quocumque prædicatur subiectum, prædicatur etiam prædictum, sicut si *Album* denominative prædicatur de *homine*, etiam *cotoratum*; quia est superior essentialiter ad *Album*, de ipso homine accidentaliter, & denominativè prædicatur.

Resp. tamen ad istam replic. dist. mai. sequeretur, quod universale sub se ipso continetur, & de se ipso prædicaretur accidentaliter, & denominativè: universale *suum* *tam*, ut quo, & *essentialiter*, neg. mai. *sumptum*, ut quod, conc. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod in divisionibus rationis, idem potest habere eandem denominationem essentialiter, & accidentaliter sub diversa consideratione, propter reflexionem intellectus; unde universale essentialiter est universale, & cum accidentaliter sit genus, & genus etiam sit universale, universale accidentaliter sit universale;

quod

Quod quidem nullum est inconveniens, quia solum sequitur, quod universale, ut quod, & ut est peculiare subiectum, seu substratum 2. intentionis generis continetur accidentaliter, & denominative habet se ipso, ut universale est, & accidentaliter praedicetur de se ipso, sub diversa ratione consideratione. Et exemplum est in termino communis, qui quidem, ut est particulare substratum termini univisi, sub se ipso accidentaliter continetur, & de se ipso accidentaliter predicatur.

6. 3. Si universale esset genus ad quinque praedicabilia, omnia praedicabilia essent species; sed hoc est impossibile: ergo, & quod universale sit genus ad quinque praedicabilia; major est certa, siquidem illa, qua sub aliquo genere continentur immediate sunt species illius. Min. vero sic prob. Si omnia praedicabilia essent species, omnia illa continerentur sub specie, secundum praedicabile, sub qua omnes species continentur; sed hoc est impossibile, cum membra alicujus divisionis unum sub altero contineri nequeant: ergo etiam est impossibile, quod omnia praedicabilia sint species.

Repl. ad arg. dist. mai. Omnia praedicabilia essent species accidentaliter, & denominative, conced. mai. essentialiter, neg. mai. & si eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod quamvis impliceat omnia praedicabilia esse species essentialiter; non tamen impli-

cat, quod sint species accidentaliter, & denominative, bene enim potest una species sub altera accidentaliter, & denominative contineri, ut patet in termino equivoco, qui accidentaliter, & denominative sub uno loco continetur.

7. Sed contra hanc solutionem replicabis primo; nam genus, sed differentia essentialiter continentur sub universalis; alias universale non esset genus ad illa: ergo essentialiter, & non solum denominative sunt species. 2. Repl. Una species distincta essentialiter ab altera, non potest, adhuc denominative praedicari de illa: ergo si species praedicatur denominative de omnibus praedicabilibus, praedicabilia non sunt essentialiter distincta, & proinde nec universale potest esse genus ad illa. 3. Repl. Contra praedictam solutionem ex illa sequitur hanc praedicationem esse accidentalem, differentia est universale: ergo universale non esset genus ad differentiam. Conseq. patet, quia si universale esset genus ad differentiam, non accidentaliter, sed essentialiter praedicaretur de illa; abs. vero prob. Nam universale est superioris essentialiter ad speciem, ergo si species praedicatur denominative de differentia, tamen universale praedicabitur accidentaliter de illa.

Repl. tamen ad 1. repl. conc. ans. neg. conseq. Nam quamvis aliquis sub aliquo genere essentialiter continetur, accidentaliter &c. tamen denominatur species;

homo namque, & *equus* essentialiter continentur sub animali, accidentaliter tamen denominantur species, ita ut istæ prædicaciones sint accidentales: *homo* est species; *equus* est species: ergo possunt etiam genus, & differentia essentialiter contineri sub universalis, & nihilominus esse denominative species.

Ad 2. Resp. dist. ahs. Una species distincta essentialiter ab altera, non potest adhuc denominative prædicari de illa; si sit species *abstantialis*, conc. ahs. si sit *accidentalis*, neg. ahs. & conseq. Dicimus ergo, quod ahs. tantum est verum de speciebus substantiis, & ita *homo*, v. g. nec denominative potest prædicari de *equo*. Deinde tamen contingit in speciebus accidentalibus inconcreto, ut videri est in hac propositione *Album* est dulce, in qua dulce, species qualitatis essentialiter distincta ab *Albo*, denominative prædicetur de illo. Et ratio omnium est, quia species substantialis constituitur per formam substantialiem; cumque duæ formae substanciales non possint esse simul: hinc est, quod una forma substantialis nequit sub altera contineri, nec de illa prædicari. At vero species accidentalis constituitur per formam accidentalem, cumque duo accidentia specie distincta possint esse simul in eodem subiecto, secundum diversas considerationes: inde est, quod una species accidentalis potest sub altera accidentaliter contineri.

neri, de illaque accidentaliter praedicari.

Ad 3. denique replic. Resp. Sequitur ex solutione hanc prædicationem, esse accidentalem: *differentia est universale*, differentia lumen, ut quod, conc. ahs. sumpta, ut quo, neg. ahs. & conseq. Differentia namque duplicitate potest sumi, ut *quod*, ut substractum est intentionis speciei, & prout sic verum est universale prædicari accidentaliter de illa; 2. potest sumi differentia *ut quod*, & secundum se, & prout sic non prædicatur universale accidentaliter de illa, sed essentialiter, sicut, & de alijs prædicabilibus; quod sufficit, ut universale sit superioris essentialiter, & genus ad omnia prædicabilia.

CAPUT DE GENERE.

QUÆST. III.

QUODNAM SIT DIFFINITIONE cum indistinctione Generis?

Genus diffinitio Porphyrius sic est quod de pluribus differentiis specie, in eo quod quid prædisatur. De bonitate hujus definitionis, quæ sequenti argumento, modo solum, quodnam sit illius diffinitionis investigamus, quod quidem equaliter potest inquiri de diffinitione cuiuslibet concreti accidentalis reals, vel rationis: unde quod hic dixerimus, de diffinitione, & diffinitione cuiuslibet concreti accidentalis proportionabilitatis.

ter est dicendum.

Pro resolutione tam
en est notandum primò, quod in
quolibet concreto accidentalí re-
pertur natura ipsa substracta, &
forma realis, vel rationis, qua na-
taram, ut materiale afficit, & de-
nominat; ut in *Abbo* v. g. materia-
le est *corpus* substrans Albedini, &
Albedo ipsa est forma afficiens, &
denominans *corpus*. Ita pariter in
hoc concreto *Genus*, natura est sub-
tractam, seu materiale denominab-
ile à secunda intentione generis,
& ipsa secunda intentio illud deno-
minans est *forma*. Et hinc insurge
difficultas inter Authores, dum alii
qui assertunt, diffinitum prædictæ
definitionis esse solam naturam, ut
denominatam à secunda intentione
generis, alij solam secundam
intentionem generis, alij aggrega-
tum ex natura, & secunda inten-
tionis diffinitum esse talis definitionis
affirmant.

2. Pro resol. veritatis est no-
tandum, quod in his definitioni-
bus concreti accidentalis, & datur
diffinitum quo, & diffinitum quod.
Diffinitum quo formale, & princi-
pale est id, ratione cōjus aliquā
diffinitur, O ei convenit diffini-
tio. Diffinitum vero quod, seu ma-
teriale est illud pro quo supponit
diffinitio, O de quo diffinitio ve-
rificatur; & de utroque diffinito
procedit difficultas, maximeque
variae Authores, dum aliqui cum
Cajetano erūgunt secundam in-
tentionem generis esse diffinitum
non solum quo, sed etiam quod

hujus definitionis. Alij vero tan-
tum esse diffinitum quo affirmant.
Quid vero nos in hac parte tentia-
mus aliquibus conclusionibus ex-
plicabimus. Sit ergo.

2. Dico igitur 1. Substractam
seu materiale generis, secundam
se, non est diffinitum hujus defini-
tionis. In hac conclusione omnes
debent convenire, & prob. manifes-
te. Subtracta, & materialia intentionis
generis secundum se sumpta,
non pertinent ad Logicam; sed
diffinitio generis, Logicalis est:
ergo subtractam, seu materiale
generis, secundam se sumpta,
non est diffinitum definitionis ge-
neris. Min. cum conseq. patet mai-
vero sic prob. Subtracta, & mate-
rialia intentionis generis solum
pertinent ad Logicam formaliter
acepera, & ut à secunda intentione
generis denominantur; agit cuius
Logica, ut ait Avicena, de secun-
dis intentionibus adjunctis primis
ergo subtracta, & materialia in-
tentionis generis, secundum se
sumpta, non pertinent ad Logi-
cam.

3. 2. prob. hoc idem. Omnis
diffinitio explicat naturam sui dif-
finiti; sed per prædictam diffinitio-
nem generis, nullus substracti ge-
neris, nec aliquis communis ad
omnia substracta generis, secun-
dam se, natura explicatur: ergo
nullum substractum generis, secun-
dam se sumptum, potest esse
diffinitum prædictæ definitionis.
Min. est certa min. vero prob. Sub-
tractum generis, v. g. *animal*, se-

secundum se sumptum, non explicatur bene, immo nec explicari potest per praeditari de pluribus, cum hoc illi, secundum se sumpto minimè conveniat, sed recte explicatur digendo, quod est vivens sensibile: ergo per prædictam definitionem generis, nullus substracti generis, nec aliquius communis ad omnia substracta, secundum se sumpta, natura explicatur.

Confirm. & roberantur dicta. Definitiones, sicut scientia nondantur de particularibus, sed incommuni, ut optime probat nos, ter Author q. unic. de gener. art. 2. sed non datur aliquid commune omnibus substractis secunda intentionis generis, quod possit unica definitione diffiniri: ergo nec diffinire possit definitionis potest esse substratum, seu materiale generis, secundum se sumptum. Prob. min. Substracta intentionis generis secundum se sumpta, alia sunt substantiae, alia accidentia, alia entia realia, alia entia rationis; sed his omnibus secundum proprias naturas, & secundum se sumptibus, nihil potest dari communione, sufficientem unitatem habens, ut unica definitione diffiniantur: ergo nec in particulari, nec in communi, substracta intentionis generis, secundum se sumptum, potest esse hujus definitionis diffinitem.

XoX

Agregatum ex substracto, & secunda intentione Generis non potest esse diffinitem propter difficultatem diffinitionis.

* **H**ÆC conclusio prob. sic Aggregatum ex natura, & secunda intentione, ex aequo, & in recto ingredientibus, non est diffinibile unica definitione: ergo. Prob. ans. Si tale aggregatum esset diffinibile unica definitione, talis diffinatio explicaret eaque principaliter naturam utriusque partis; cum aggregatum, ut tale utramque partem in recto, & eaque principaliter importet; sed hoc est omnino impossibile: ergo impossibile est tale aggregatum diffiniri unica diffinitione. Prob. min. Impossibile est, tandem diffinitionem explicare naturas diversas; sed aggregatum, ut aggregatum importat diversas naturas, cum natura intentionis generis sit aliquid rationis, & natura substracti in particulari aliqua sit realis, aliqua rationis, & in communi abitacione à reali, & rationis: ergo impossibile est, quod aliqua diffinitorum explicetur simul, & eaque principaliter naturas pastium illius aggregati.

3. Dices, quod in his concreteris accidentalibus, nec sine aggregata ex naturis diversi generis possunt diffiniri unica diffinitione, quia partes non se habent omnino disparates, & absque aliquo ordine, sed unum, ut materia, & alterum, & forma. Ac proinde sub hoc oratione

gl.

Tine possunt una dissinitione explicari, & difficiari.

Sed contra hoc sic insurges. Et si partes aggregati, cum tali ordine ingrediantur, vel intenditur definiti utriusque partis natura, ut ab altera parte distincta, vel solum intenditur definiti pars materialis, non ut talis est, & habet distinctam naturam à forma, sed præcisè, secundum eam formalitatem, quam habet à forma; si hoc secundum dicatur est nostra sententia, ut in ultima conclusione dicemus, si primum dicatur, hoc dicimus esse impossibile; cum esset definire aggregatum, ut aggregatum: ergo, & si partes ingrediantur cum ordine, si semper regent speciales, & diversi ordinis nature, impossibile est per unam dissitionem explicare utriusque partis naturam.

DICO. III.

Definitum quo formale, & principale hujus dissitionis est secunda intentionis generis.

HANC conclusionem retinet expressè, noster Author in prædicta questione de gener. art. 1. conclus. 1. & prob. ratione sic. Illud est definitum quo, ut diximus in principio, cuius ratio principaliè intenditur in dissitione explicari, & ratione cuius definitum materiale definitur, cique convenit definitio; sed per dissitionem generis, quod intenditur explicari est natura secunda intentionis generis, & ratio illius definitur substantium, &

denique ratione secundæ intentionis generis definitio substantio, seu materiali convenit: ergo definitum quo formale, & principale dissitionis generis est secunda intentionis generis. Prob. min. per dissitionem generis non intenditur explicari natura, secundum se sumptu alicujus materialis, v.g. *Animalis*, sed quod illi convenit ratione secundæ intentionis: ergo quod per dissitionem generis intenditur explicari est natura secunda intentionis generis, ratione cuius definitur substantium, seu materiale, & illi convenit generis definitio.

DICO. IV.

Secondæ intentionis generis etiam, ut denominans substantium, seu materiale, non est definitum quod hujus dissitionis.

OPPONITUM hujus conclusionis tenet Caspitanus in cap. de gener. Sed conclusionem tenet proculdubio noster Author loco citat. conclus. 2. cum alijs pluribus, & sic prob. Illud est definitum quod aliquius dissitionis, ut supra diximus, pro quo supponit definitio, & de quo definitio verificator; sed de secunda intentione generis, etiam, ut denominans substantium, seu materiale, non verificatur definitio generis, ac proinde, nec pro illa supponit: ergo secunda intentione generis, etiam, ut denominans substantium, seu materiale, non est definitum quod in dissitione generis. Min. quantum ad sec-

etiam partem constat, siquidem diffinitio solum supponit pro illo de quo verificatur. Quod 1. vero sic prob. Licer secunda intentio generis sit id, quo mediante substrata prædicantur in eo quod quid, de pluribus differentibus specie, si que proinde diffinitum quo formam 1.; & principale hujus definitionis, non tamen est id, quod prædicatur in eo quod quid de pluribus differentibus specie: ergo secunda intentione non verificatur diffinitio. Prob. ans. Secunda intentionis generis non prædicatur in eo quod quid de pluribus differentibus specie, de substratis generum, nec de secundis intentionibus generum: ergo cum de nullo alio possit prædicari nullatenus prædicatur in quid de pluribus differentibus specie. Ans. Quantum ad primam partem constat; nam quiavis secundi intentio generis inconcreto predicitur de substratis generis, v.g. de *Animali*, *collore*, & *sapore*, & haec specie differunt inter se, non tamen prædicatur de illis inquit, sed denominativè, & accidentaliter: ista enim predicationes accidentales sunt: *Animal est genus*, *color est genus*. Quantum ad secundam vero sic prob. Secunda intentiones generum, non differunt species, sed numero, alias genus non est species *albina*, sed sub altera: ergo secunda intentio generis de nullo potest prædicari in re quod quid, ut de pluribus specie differentibus, & proinde, nec diffinitio generis potest pro illis legi;

ponere, nec de illa verificari.

8 Dices cum Cajetano quod prædicari de pluribus potest accipi tripliciter. 1. pro eo, quod est convenire pluribus, quod est prædicari de illis fundamentaliter. 2. pro prædicari, & affirmari de pluribus, quod est exercitium intrinsecum relationis prædicabilitatis. 3. pro eo quod est referri ad plura, & hoc est prædicari formaliter, & exercitium intrinsecum, & essentiale prædicabilium per quod debent explicari, & diffiniri; cumque 2. intentio generis hoc tertio modo prædicetur de pluribus differentibus specie in eo quod quid; hinc est, quod illi convenit generis diffinitio.

9 Adversus hanc tamen doctrinam in quo tota sent. Cajetani suadatur. Sic replic. 1. prædicari de pluribus in predicta diffinitione, non sumitur formaliter pro referri ad plura, sed pro affirmari de illis; sed prædicari sic sumpto, diffinitio de secunda intentione verificatur: ergo semper manet vera, quod secunda intentio, non est diffinitum quod in diffinitione generis. Min. ab ipso Cajetano conceditur. Mai. vero sic prob. 1. Concreta accidentalia rationis, quamvis sint formaliter relativa, non diffiniuntur per eorum intrinsecum exercitium referendi ad aliud, sed per aliud eorum, licet minus intrinsecum magis tamquam exercitium. Ut patet insigne, quod non per relationem ad signatum, sed perdyctis poten-

etiam in cognitionem signati diffiniuntur; & propositio, non per relationem ad signatum totale, sed significare verum, vel falsum etiam diffinatur: ergo & definitio generis, licet possit duci per exercitium formale relationis, videlicet, per referri ad aliud, defacto tamen non datus, nisi per exercitium magis notam, scilicet, pro affirmari, seu praedicari de pluribus in eo quod quid, quod 2. intentioni generis minimè convenit.

2.0 2. prob. eadem min. Illa particula *in quid* posita in definitione determinat aliam, scilicet, *praedicari de pluribus*: ergo non potest praedicari de pluribus, accipi pro referri, sed pro praedicari, seu affirmari de pluribus. Prob. hec conseq. Nihil dici potest referri ad aliud *in quid*, vel *in quale*, benevero affirmari: ergo si illa particula *in quid* positur ad determinandum aliam, scilicet, *praedicari de pluribus*, ly praedicari non potest sumi pro referri, sed pro affirmari. Prob. aas. Praedicari *in quid*, vel *in quale* non sunt differentiae relationis, bene vero affirmationis: ergo nihil dicunt referri ad aliud *in quid*, vel *in quale*. Consequenter illa particula praedicati de pluribus, ut determinata per aliam, scilicet, *in quid* non potest sumi pro referri ad aliud, sed pro affirmari de alio.

3. prob. eadem min. Secunda intentio generis non refertur ad plura differentia specie: ergo in praedicta definitione generis, illa

particula *praedicari*, non potest intelligi pro referri. Prob. aas. Secunda intentio generis, solum potest referri ad secundas intentiones speciei, quibus correlativa generis denominantur species; sed tales intentiones speciei non differunt inter se specie, sed solum numero, cum secunda intentione speciei, qua *homo* denominatur species, non sit distincta specie, ab illa, qua *aqua* species denominatur, alias secundum praedicabile speciei non esse unam species à Thoma: ergo secunda intentio generis, non refertur ad plura differentia specie.

Denique. Prob. eadem min. Dato, & non concessio, quod illa particula *praedicari de pluribus* intelligatur pro referri ad plura, illaque, prout sic adaptetur particula *in quid*, & determinis talis relationis verificetur esse plura specie distincta; adhuc definitio generis non verificaretur de secunda intentione, nec pro illa supponeret: ergo adhuc secundum eam definitionis explicationem, & intelligentiam, secunda intentio non est definitio quod. Prob. aas. Licet secunda intentio generis sit, id quod sublatrum generis ad summum correlativum referatur, non tamen ipsa secunda intentio est quae refertur: ergo secunda intentio generis, adhuc in tali definitionis intelligentia, erit ad summum a definitum quo, non tamen verificaretur de illa definitio, nec esse definitio quod. Prob. aas. Nulla iustatio refertur, sed est

forma, & ratio ad hoc, ut relati-
vum referatur ad aliud: ergo licet
secunda intentio generis sit id,
quo substratum generis ad suum
correlativum referatur, non ta-
men ipsa secunda intentio est que-
refertur; & consequenter quomo-
dumque diffinitio generis intel-
ligatur, non supponit pro secunda
intentione, nec secunda intentio
ri potest convenire.

¶ Dico ultimo. Diffinitum
quod hujus diffinitionis est sub-
stratum, seu natura, non secun-
dam se sumptum, sed formaliter, ut
substrat intentionis generis, & ab illa
denominantur. Conclus. est expressa
notti Authoris qui q. unic. de ge-
ner. art. 1. conclus. 2. in fine sic
concludit: Itaque ut in summa di-
cam diffinitioni secundam intentionem
est diffinitioni res in quantum subs-
trant secundæ intentionis. Sunt er-
go Sapientia. Mag. quod intentum
hujus diffinitionis, est diffinire, &
explicare naturam secundæ inten-
tionis generis; quia tamen illa in
concreto diffiniatur, diffinitum
quod fuit res ipse non secundum
se sumptus, sed formaliter, & qua-
tenus à secunda intentione generis
denominantur.

Prob. etiam conclus. ex dictis
à sufficienti numeratione. In hac
diffinitione sicut in qualibet alia
diffinitione concreti accidentalis,
debet assignari, non solum diffini-
tum quo, sed etiam diffinitum,
quod, illud, videlicet, pro quo
supponit intentione, & de quo dif-
finitione verificatur; sed manet of-

tensum, & probatum, quod diffi-
nitum quod hujus diffinitionis, non
potest esse substratum intentionis
generis, secundum se sumptum,
nec aggregatum ex substrato, &
secunda intentione, utroque in
recto ingrediente, nec denique ip-
sa secunda intentione generis in ab-
stracto, nec in concreto, & ut dis-
cens ordinem ad substratum: ergo
restat quod sit diffinitum quod hujus
diffinitionis substratum gene-
ris, non secundum se sumptum,
sed formaliter, ut substrat secunda
intentionis generis, & ab illa forma-
liter denominatur.

Conform. dicta. Diffinitum
quod in diffinitione aliquas con-
creti, est formaliter constitutum
ex diffinito formali quo, & diffini-
to materiali; sed constitutum for-
maliter per diffinitum quo hujus
diffinitionis, est substratum, ut
substrat secunda intentionis generis,
ad quod constituendum ingreditur
ipsa secunda intentio, ut quo, &
ut formale constitutivum: ergo
substratum generis formaliter, ut
substrat intentionis generis, est dif-
finitum quod hujus diffinitionis.
Prob. mai. Ubi diffinitum quo est
ratio formalis diffiniendi, diffini-
tum quod erit constitutum, ut for-
maliter constitutum ex diffinito
quo, & materiali, à tali ratione
denominato, in quo sensu intel-
ligitur. Avicena, quando affirmat,
Logicam agere de secundis inten-
tionibus adjunctis primis: ergo
diffinitum quod in diffinitione gen-
eris, & cuiuscumque concreti

cidentalis, est formaliter constitutum ex diffinito formalis quo, & diffinito materiali quod.

12 Adversus propositas conclus. que possunt obijci, jam sunt obiter proposita. Unde solum ad Versus hanc ultimam conclus. Obijc. Illud est diffinitum quod aliquis diffinitionis, cui essentialiter competit diffinitio; sed substrato intentionis generis, adhac ab ipsa intentione denominato, non convenit essentialiter, sed accidentaliter hæc diffinitio: ergo substratum intentionis generis, adhac à 2. intentione denominatum, non potest esse diffinitum quod in predicta diffinitione generis. Prob. min. Eo modo convenit substrato, diffinitio generis, quo convenit illi, à secunda intentione generis denominari; sed denominari à secunda intentione generis, non convenit illi essentialiter, sed omnino accidentaliter: ergo substrato intentionis generis adhac ab ipsa 2. intentione denominato, non convenit essentialiter, sed accidentaliter predicta generis diffinitio.

Resp. tamen ad hoc arg. confess. mai. dist. min. Sed substrato intentionis generis, non convenit essentialiter, sed accidentaliter generis diffinitio, substrato specificativi sumpto, conc. min. Reduplicativi sumpto, neg. min. & coateq. Licet namque substrato denominato ab intentione generis specificativi sumpto accidentaliter competit generis diffinitio, i. q. si

tamen formaliter, & reduplicativi sumpto, ut videlicet substrat intentioni generis, essentialiter convenit diffinitio, nam hæc prædicatio essentialis est: substratum generis, ut substrat intentioni generis, prædicatur inquit de pluribus differentibus specie: immo cum in propositione in qua prædicatur diffinitio de diffinito, prædicatum appellat supra significatum formale subjecti, & si non ponatur reduplicatio ex parte subjecti in actu signato hæc propositio: Genus prædicatur inquit de pluribus differentibus specie est essentialis. & equivalent huic: Substratum generis formaliter, ut substrat intentioni generis prædicatur inquit de pluribus differentibus specie.

QUÆST. IV.

UTRUM DIFFINITIO GENERIS sit bona?

Genus primum prædicabile diffinit Porphyrius sic: est illud, quod prædicatur de pluribus differentibus specie, in eo quod quid. Quam diffinitionem, cum communi sententia bonam esse dicimus: quod sic breviter prob. Prædicta diffinitio generis, constat genere, & differentia: ergo bona est. Prob. atq. Illa particula prædicari de pluribus est genus, quia in hoc, quod ut prædicari de pluribus convenit genus, cum alijs prædicabilibus: illa particula differentibus specie ponitur

ad differentiam speciei, qua non prædicatur de pluribus differentiis specie, sed de differentiis numero. Denique illa particula, *inquit* ponitur ad excludendam differentiam, proprium, & accidentem, qua non prædicanter *inquit*, sed *in qualitate*: ergo prædicta diffinitio constat genere, & differentia: ac proinde est recte assignata. Contra illam tamen aliqua propositus argumenta, ut ex illorum solutione, & bonitas distinctionis, & ejus explicatio patet.

2 Obijc. ergo 1. Prædicari *inquit* convenit alijs à genere: ergo non est propria differentia generis. Prob. aīs. 1. Eas non est genus; tum, quia transcendens est; tum, quia sic esset genus, tantum daretur unum genus supremum, scilicet *ens*; & tamen *ens* de quolibet ente prædicatur *inquit*: ergo prædicari *inquit* convenit alijs à genere. Prob. min. *Ens* est prædicatum essentiale cuiuslibet entis, & inquirenti *quid sit* aliquid? Recte resp. *quod est ens*: ergo *ens* de quolibet ente prædicatur *inquit*. 2. prob. idem aīs. Diffinitio de omnibus, quibus competit prædicatio *inquit*; nam inquirenti, *quid est homo?* Recte resp. *quod animal rationale*; & tamen diffinitio non est genus: ergo 3. prob. idem aīs. Differentia prædicatur *inquit*, ut assit Aīs. 7. Topicorum cap. 3. et si prædicatum essentiale speciei: ergo de illa, & illius individuis, differentia *inquit* prædicatur.

tur. 4. Denique prob. idem aīs. *Species* de individualiis prædicatur *inquit*: non ergo prædicari *inquit*, est ita proprium generis, ut alijs convenire nequeat.

3 Resp. ad hoc arg. neg. aīs. ad eius 1. prob. dist. min. & tam ea de quolibet ente prædicatur *inquit*, Analogie, conc. min. univocè, neg. min. & conseq. Dissemus ergo, quod ens non prædicatur *inquit*, sicut est de ratione generis, quia de ratione generis est prædicari *inquit* univocè, & per modum universalis, ac proinde, ut *quid* omnino unum univocum, & non transcendens; cumque totum hoc deficit enti, utpote Analogum, & transcendens: hinc est, quod non conveniat, illi prædicari *inquit*, sicut est de ratione generis. Præterquamquod, *ens* non prædicatur propriè *quiditatib*; nam licet sit prædicatum essentiale, quia tamen est prædicatum transcendens, imbibitum in omni re, sive pertinente ad quiditatem, sive non, non potest conceptum quidditativum constituer, sed ad illum præsupponitur, & aequaliter ad interrogacionem *quid pertinet*, quam ad *quale*; sicut enim interroganti: *quid est homo?* recte resp. *quod est ens*, ita, & inquirenti *qualis sit homo?* Recte resp. *quod est ens*.

4 Ad 2. prob. aīs. Resp. dist. mai. Diffinitio prædicatur *inquit*, ut quid unum, & incomplexum, & dicendo solum partem essentie determinabilem, neg. mai. Prædi-

Catur, ut quid complexum, & dicendo totam essentiam illorum, de quibus prædicatur, conc. mai. & conc. etiam min. neg. conseq. Licet namque diffinitio propriissimè prædicetur *inquit*, non tamen prædicatur *inquit*, ut est de ratione generis; quia genus prædicatur, ut quid omnino unum incomplexum, & dicendo solum partem essentiae determinabilem; cumque totum hoc non habeat diffinitio, sed oppositum, cum sit quid complexum, & dicat totam essentiam illorum de quibus prædicatur: hinc sit, quod non prædicetur *inquit*, sicut de ratione generis.

5. Ad 3. prob. Resp. dist. ans. Differentia prædicatur *inquit*, ex parte rei, quæ prædicatur, conc. ans. ex modo prædicandi, neg. ans. & conseq. Dicimus ergo, quod de ratione generis est prædicari *inquit*, tam ex parte rei, quæ prædicatur, quam ex modo prædicandi, dicendo partem essentiae determinabilem, quia significat aliquid per modum determinabilis, & ut fundatum totius quidditatis, qua ratione inquirenti, quid sit homo? Proprie respondemus per genus, vel per diffinitionem dicendo: quod est *Animal*, vel quod est *Animal rationale*; at vero differentia, licet secundum rem prædicetur *inquit*, ex modo tamen prædicandi prædicatur *in quale*, quia ex modo prædicandi prædicatur admodum qualitatis; nam sicut per accidentia qualificatur, & determinatur actualiter subjectum,

ita suo modo qualificatur, & determinatur essentialiter genus, per diffinitiones. Genus enī, quia determinabile, se habet, ut materia; & differentia, quia determinans, ut forma. Et in hoc sensu explicat noster Author in hoc cap. de gener. quest. unic. in solutione ad 2. illud dictum Porphyrii, quod genus sumitur à materia, & differentia à forma; id est, quod genus comparatur materia determinabili per formam, & differentia formam, determinanti materiali. Ideoque cum alias prædicetur differentia dicendo partem determinantem illorum, de quibus prædicatur; non convenit differentia prædicari *inquit*, sicut est de ratione generis.

6. Ad ultim. tandem prob. ans. ex dictis patet solutio dicimus: namque, quod per prædicari *inquit* indiffinitione generis, intelligitur prædicari *inquit*, non dicendo in actu totam essentiam illorum de quibus prædicatur, sed partem essentiae determinabilem, cumque species prædicetur de suis inferioribus dicendo totam essentiam illorum, de quibus prædicatur, ut patet *in homine* respectu Petri. Hinc est, quod speciei non convenit prædicari *inquit*, sicut est de ratione generis.

7. Objec. 1. Genus non prædicatur *inquit*, sed *in quale*: male ergo dicitur *in ejus diffinitione*, quod prædicatur *inquit*. Prob. ans. 2. Genera, & species in prædicione substantia, vocantur secundum

de substantia; sed de his dicit Philosophus in cap. de substantia text. 7. significare quale quid: ergo genus prædicatur in quale. 2. prob. idem aīs. Genus importat formam speciei, cum ratio generica, & specifica componant formam totalem, quæ materiali compofitum informat, sed forma prædicatur in quale: ergo utraque pars talis formæ totalis, sicut ex modo prædicandi, prædicatur in quale. 3. prob. idem aīs. Hæc prædictio: *Album est coloratum*, est prædictio generis; Et tamen prædicatum dicitur in quale de subiecto: ergo, genus prædicatur in quale. Prob. min. Subiectum prædictæ propositionis, supponit materialiter pro corpore; sed respectu corporis, colloratum dicit qualitatem: ergo.

3. Resp. ad arg. neg. aīs. ad eu-
jas 1. prob. conc. mai. dist. min.
Sed de secundis substantijs dicit Phil. significare quale quid. Com-
parativè ad primas substantias, conc. min. Comparativè ad naturam, seu quidditatem, neg. min. & cons. q. Dicimus ergo, quod quando Philo ophus dixit, secundas substantias significare quale intelligitur, non respectu naturæ, quam constitutæ, sed respectu primæ substantie: ut importat suppositum, quia respectu suppositi omnis forma quamvis essentialis, se habet ad modum qualitatis; cumque genus in natione generis non constituant in ordine ad suppositum, sed in ordine ad naturam, & in ordine ad illam non dicat quale, sed.

quid. Optime per prædicari inquit diffinitor.

Ad 2. prob. Resp. dist. mai. Genus importat formam determinabilem, conc. mai. Per modum determinantis, neg. mai. & dist. min. Sed forma prædicatur in quale forma determinans, conc. min. Forma determinabilitis, neg. min. & cons. Dicimus ergo, quod licet genus dicat formam, quia ramen dicit formam determinabilem, dicit illam per modum ma- teriae, & primi fundamenti quid. didativè; ac proinde, & quoad rem, & quoad modum, prædicatur inquit, & non sicut differentia, quæ quia importat formam per modum determinantis, sicut, quoadmodum prædicatus in quale.

Ad 3. aīs. prob. pariter Res-
pond. conc. mai. dist. min. & ta-
men prædicatum dicitur in quale
de subiecto materialiter sumpto,
conc. min. formaliter et sumpto, neg.
min. & cons. Dicimus ergo, quod licet colloratum respectu materia-
lis, quod connotat *Album*, secun-
dam se sumpti, dicat formam ac-
cidentalem; respectu tamen Albi
formaliter, ut *Album* est, dicit
formam quidditativam, & identi-
talem; & sic ista prædictio: *cor-
pus est coloratum* est accidentalis
semper, & quinti prædicibilis,
hæc tamen est prædictio generis,
& prædictio inquit: *album est
coloratum*; quia colloratum re-
spectu corporis tenetur ad eius, &
respectu tamen Albi tenetur sub-
stantivè.

¶ Obijc. 3. Prædicari de pluribus differentiis specie, convenit alijs à genere: ergo non est differentia generis. Prob. ahs. Differentia sub alterna v. g. *sensibile*, & proprium subalternum, prædicantur de pluribus differentiis specie: nimirum de *bonino*, & *quo*; & tamen, similius accidentis de ceteris prædicatur dicendo: *homo est Albus*: *aqua est Albus*; ied omnia illa nec sunt genera, nec prædicatione generis prædicantur: ergo prædicari de pluribus differentiis specie, convenit alijs à genere.

20. Ad hoc arg. potest Resp. ex dictis in principio quæstionis, quod illa particula, *de pluribus differentiis specie* posita in definitione generis, debet sumi, & intelligi, ut modificata, & determinata per alteram, scilicet *in qua*: & dicendo solum partem essentiaz determinabilem; cuoque prædicari de pluribus differentiis specie, nulli prædictarum competit, cum omnia prædicitur *in qua*, & dicendo partem essentiaz determinantem, vel accidentis proprium, aut commune: hinc est, quod non convenit illis prædicari de pluribus, ut est de ratione generis. 2. Resp. dist. ahs. Prædicari de pluribus differentiis specie, convenit alijs à genere, *materialiter*, conc. ahs. *formaliter*, & ex propria ratione ipsorum, neg. ahs. & conseq. Dicimus ergo, verum esse prædicari de pluribus differentiis specie competere alijs à genere, *materialiter* tamen, &c. con-

secundum propriam rationem illorum; quia nec differentia, nec proprium, nec accidentis petunt ex sua ratione formalide pluribus differentiis specie prædicari; alias hoc necessario conveniret omni differentia proprio, & accidenti, quod est falso; at vero genus, cum dicat naturam determinabilem per differentias specificas, formalissime petit prædicari de pluribus differentiis specie, ita, ut absque hoc nequeat ratio generis reperiri, quia est aliquid ab ipsa ratione generis petitum, & exactum.

11. Obijc. 4. Prædicari de pluribus differentiis specie, non convenit omni generi: ergo male talis particula indefinitione collocatur. Prob. ahs. 1. Genus suum primum, v. g. *substantia*, licet mediata prædictetur d. homine, & aequo, qui species differunt, immo immediate tamen prædicatur de substantia corporis, & incorporei, v. g. de corpore, & Angelo; sed substantia corporis, & incorp., non differunt species, sed generi: ergo prædicari de pluribus differentiis specie, non convenit omni generi, talem immediatè, à quo termino debet semper attendi ratio prædicabilis. 2. prob. idem ahs. Animal, v. g. prædicatione generis prædicatur, non solum de species, sed etiam de differentiis, ut sunt *rationale*, & *irrationalis*; sed differentiae non differunt species, sed sunt primo diversæ; igitur in aliqua prædicatione gene-

tis, genus non prædicatur de pluribus differentiis specie.

12. Resp. ad arg. neg. a. & ad ejus 1. prob. conc. mai. dist. min. Sed substantia corporea, & incorporea non differunt specie, sed genere, respectu specierum inferiorum, quas costruunt, conc. min. Ipsa ut constituantur per propria genera, & differentias, neg. min. & conseq. Dico ergo cum nolito Authore hic in solutione ad 2. quod quamvis genera intermedia respectu specierum inferiorum, quas costruunt, habeant rationem generis, ipsa vero quatenus constituantur per sua propria genera, & differentias, habent rationem speciei sub alterna, & scilicet differunt: unde cum genus superior de illis prædicatur, vere prædicatur illis, quatenus differunt specie, & non quatenus differunt generes; immo impropter dicitur aliqua differre genere, quia vel sunt ejusdem prædicamenti, vel diversi; si sunt ejusdem prædicamenti, differunt specie infima, vel sub alterna, & si sunt diversi prædicamenti, non dicuntur differre genere, sed Analogie tantum convenire.

Ad 2. prob. dist. mai. Animal, non solum prædicatur prædicatione generis de speciebus, sed etiam de differentiis propriis, & directè, neg. mai. *Improprie*, & *indirectè*, conc. mai. & conces. etiam min. neg. conseq. Dico, quod genus propriè prædicatione generis, tantum de speciebus, non autem de differentiis prædicatur; quia

propria prædicatio generis est directa, & de his quorum dicit in actu solam partem essentia. Et cum differentia sit quid simplex, Animal non potest dicere partem essentia illius, nec directè de illa, ut genus de specie prædicari; cum hoc tamen sit, quod prædictio generis de differentiis per quas est contrahibilis, reducatur ad prædicationem generis, quatenus de illis, ut quid essentialiter superior, & essentialiter per illas determinabile prædicatur. Ad quem modum reductionis sufficit differentias differe specie, ut quo seu esse principium differendi specie naturas, de quibus genus propriè, & directè prædicatur.

13. 5. arg. Genus non potest prædicari de specie, quam constituit: ergo, nec potest prædicari de pluribus differentiis specie. Prob. a. & s. Pars non potest prædicari de toto; sed genus est pars speciei: ergo genus nequit prædicari de specie. Dices quod licet pars Physica non possit prædicari de toto, quod componit, qua ratione materia prima, nequit prædicari de hominæ dicendo: *homo est materia*. I. bene tamen potest prædicari de toto pars Metaphysica, quæ est totum potentiale inclusus imponens quidquid includit totum.

Contra hoc tamen replico. Genus non prædicatur de specie, secundum quod est totum potentiale: ergo solutio est nulla. Prob. a. Genus prædicatur de specie,

secundum quod componit illam; sed non componit illam, secundum quod est totum potentiale: ergo nec prædicatur de illa, secundum quod est totum potentiale. Prob. min. Genus componit speciem, secundum quod distinguitur à differentia, sed potius includit illam: ergo ut totum potentiale, nec componit speciem, nec prædicatur de illa.

¶ 4. Resp. tamen solutionem datam esse optimam pars enim *Physica*, cum nullo modo sit totum, non includit omnia, quæ continentur in toto, & ideo non potest verè de illo prædicari; at vero pars *Metaphysica*, quia simul est totum potentiale, imo esse totum potentiale est conditio, ut sit pars *Metaphysica*; licet in actu, & explicitè non includat quid quid est in toto; includit tamen illud impotentia, & implicitè; ac proinde potest quam optimè de toto, quod componit verè prædicatim ad veram prædicationem sufficit, quod prædicatura includat implicitè, & in potentia quidquid in subiecto continetur. Unde ad replic. neg. aīs. & ad ejus prob. conc. mai. neg. min. Genus enim prædicatur de specie secundum quod componit illam, cumque illam componat, ut totum potentiale, etiam de ipso prædicatur, ex quo minimè sequitur, compositionem ex genere, & differentia non esse veram compositionem, & distinctionis, quia ad hanc sufficie distinctio rationis extremorum,

quæ inter genus, & differentiam reperitur.

15. Ultimò tandem obijc. Genus prædicatione generis prædicatur de pluribus differentiis numero: ergo non est propriam generis prædicari de pluribus differentiis specie, prob. aīs. Animal, v. g. prædicatur *inquit* de Petro, & Paulo, & dicendo partem essentie illorum determinabilem: ergo genus prædicatione generis prædicatur de pluribus differentiis numero.

Resp. dist. aīs. Genus prædicatione generis prædicatur de pluribus differentiis numero: media-
te, conc. aīs. *immediatè*, neg. aīs. & conf. Verum namque est, quod Animal prædicatione generis prædicatur de Petro, & Paulo, non tamen immediatè, sed mediatis; hoc est mediante specie prædicatur; cumque prædicabilia, non in ordine ad terminum mediatum, sed immediatum consiliuantur: hinc est, quod genus in ordine ad plura specie differentia, diffinatur, de quibus immediatè prædicatur.

+ Contra hoc tamen replicab. Censis immediatè prædicatur de pluribus differentiis numero: ergo solutio est nulla prob. aīs. Animal immediatè prædicatur de boe, & illo Animali; sed hoc, & illud animali uno numero different : ergo genus immediatè prædicatur de pluribus differentiis numero: & conseqüenter indifferenter debet diffiniri, scilicet, per prædicari de pluribus specie, vel numero.

+ Rcp. tamen ad istam replic. diff. ahs. Genus immediate predicator de pluribus differentibus numero, predicatione *speciei*, conc. ahs. Prædicatione *generis*, neg. ahs. & conseq. Verum namque est, quod Animal predicatur de hoc, & illo Animal, quæ sunt illius propria individua, immediate, & similiter verum est, quod sunt individua solo numero distincta, cum non sint contraria per aliquam differentiam specificam; ceterum Animal non predicatur de illis prædicatione generis, sed prædicatione speciei dicendo totam essentiam illorum, & hoc non est peculiare generis, sed commune omnibus prædicabilibus, quæ de suis proprijs individuis prædicatione speciei dicuntur. Unde non admittimus genus, ut genus immediate predicari de pluribus differentibus numero.

QUÆST. V.

UTRUM COMPOSITIO EX genere, & differentia sit vera compositione. & an sit realis, vel rationis?

AD investigandum, & cognoscendum qualis sit compositione ex genere, & differentia oportet praemittere, quatenus partes talis compositionis genus, scilicet, & differentia inter se distinguantur, quia cum compositione sit distinctione unius, eo pro-

LIB. IV. QUÆST. IV.

Ius modo erit compositione; quo fuerit distinctio, unde si genus, & differentia distinguuntur realiter, compositione ex illis erit vera, & realis; si vero solum distinguuntur per rationem, compositione, & si vera, ex ratione.

2. est valde notandum, quod in hac quæst. loquimur de genere, & differentia unius individui, Petri v. g. nam genus unius individui realiter differat à differentia, immo, & à genere alterius individui, certissimum est: sicut, & differentia unius ab alterius differentia. Unde solum est difficultas de genere, & differentia ejusdem individus, v. g. de *Animalitate*, *Operationalitate* Petri. De quibus est difficultas, qualiter inter se distinguantur? Et ex consequenti, quam compositionem faciant? In qua difficultate aliqui dixerunt genus, & differentiam ejusdem individui, realiter actualiter saltim formaliter distinguiri, & consequenter assertur, compositionem ex genere, & differentia esse realem: ita communiter tribuitur Scoto: alii vero per oppositum affirmant, genus, & differentiam ejusdem individui, solum distinguiri à parte rei fundamentaliter, & virtualiter. Actualiter vero solum per operationem intellectus cum fundamento iudicari. Consequenterque tenent compositionem ex illis resultantem, esse compositionem rationis, & si vera. Quam sententiam ut communem, & veritati conformem sequimur. Unde,

Dico 1. Genus, & differentia non distinguntur actualiter à parte rei, sed solum distinctione rationis ratiocinata per intellectum. Hec conclusio est expressa D. Thom. pluribus in locis præcipue i. p. q. 46. art. 3. ad. 4. ubi ait: *Quod genus, & differentia solum differunt secundum diversas considerationes: utraque ergo pars nostra conclusionis est de mente D. Thom.*

Ratione vero prob. prima pars conclusionis sic. Genus, & differentia non distinguitur actualiter à parte rei. Prob. ahs. Genus, & differentia ejusdem individui identificatur realiter actualiter cum uno tertio: ergo realiter actualiter identificantur inter se. Conseq. patet; nam, quæ sunt eadem cum uno tertio, sunt eadem inter se. Ahs. vero prob. Genus, & differentia ejusdem individui identificantur realiter actualiter cum una forma: ergo. Prob. ahs. Sunt effectus ejusdem formæ; sed effectus formalis formæ, est ipsam formam communicata: ergo genus, & differentia ejusdem individui identificantur realiter actualiter cum una forma. Prob. mai. Animalitas, v. g. & rationalitas Petri, proveniunt ab Anima Petri, quæ secundum quod dat esse intellectivum, sensitivum, & vegetativum eadem formaliter est, ut ostenditur i. p. q. 76. art. 3. ergo. Genus, & differentia ejusdem individui sunt effectus unius formæ: ac proinde non distinguntur realiter actualiter ab

uno tertio; & consequenter, nec distinguntur realiter actualiter inter se.

2. prob. hæc eadem pars. Si genus à parte rei actualiter distinguatur, realiter formaliter à differentia, ut vult Scotus, genus non posset prædicari de illa, nec de specie: conseqvns est falsum: ergo & ahs. prob. sequela. Si genus distingueretur actualiter formaliter à differentia, non includearet formaliter, quidquid includit differentia, & species: ergo non posset formaliter prædicari de illis. Patet conseq. Nam in prædicatione formalis, prædicatum debet includere formaliter; licet non explicitè, quidquid est in subjecto: ergo si genus non includeret quidquid includit differentia, & species, non posset de illis verè prædicari.

3. a. vero pars conclusionis manifestè prob. Illa, quæ realiter actualiter sunt idem, & tribuunt intellectui fundatum ad actualē distinctionem, solum distinguuntur per intellectum distinctione rationis ratiocinata, sed genus, & differentia realiter & realiter sunt idem, tribuuntque fundatum intellectui ad distinctionem: ergo genus, & differentia ejusdem individui distinguuntur solum distinctione rationis ratiocinata. Min. quantum ad i. partem constat, manetque in prima parte conclusionis probata. Q. ad 2. vero partem sic prob. Intellectus videns ex diversis effectibus re-

petiri in bruto vivere, & sentire, non tamen intelligere; & in homine dati vivere, sentire, & intelligere, invenit fundamentum, ut in eadem forma indivisibili hominis, distinguat gradum vivendi, & sentiendi, in quo, & à quo ratio generica sumitur à gradu rationandi, à quo sumitur differentia hominis à bruto: ergo genus, & differentia ejusdem individui, quamvis realiter actualiter sint idem, tribuunt tamen intellectui fundamentum, ut rationem genericam à differentiali actualiter distinguat: ac proinde genus, & differentia solum per intellectum actualiter distinctione rationis ratione distinguantur.

4. Dico 2. Compositio ex genere, & differentia non est realis, sed rationis. Hac conclusio etiam est expressa in D. Thom. cap. 3. de ente, & essentia §. ex hoc patet, ubi ait: *Quod haec compositio, non est sicut ex duabus rebus tercia res, sed sicut ex duabus intellectis tertius intellectus*: ergo sentit D. Thom. compositionem ex genere, & differentia non esse compositionem realem, sed rationis.

Ratione vero prob. conclusio sic, illa est compositio rationis, cuius extrema tantum distinguntur per rationem; sed Animalitas, & rationalitas tantum per rationem actualiter distinguntur: ergo compositio ex genere, & differentia non est compositio realis, sed rationis. Min. cum conseq. patens ex dictis. Mai. vero sic prob. Com-

positio est distinctorum unio: ergo eo modo, quo aliqua fuerint distincta, & unita facient compositionem. Consequenterque, si unio, ex animali, & rationali est unio distinctorum per rationem, talis unio erit compositionis rationis.

5. Dico 3. Licet compositione ex genere, & differentia sit compositionis rationis, est tamen vera compositione. Hac conclud. prob. à priori, & à posteriori. A priori sic: vera compositione, est vera unio distinctorum; sed unio ex animali, & rationali, est vera unio distinctorum per rationem: ergo est vera compositione, eti rationis. Prob. min. Unio ex Animali, & rationali facit compositionem Metaphysicam hominis; sed compositione Metaphysica hominis est vera compositione: ergo, & compositione ex animali, & rationali erit vera compositione. Prob. min. Compositione, in qua unum se habet, ut potentia determinabilis, & aliud, ut actus determinans, est vera compositione; sed in compositione Metaphysica hominis, unum se habet, ut potentia determinabilis, nempe genus, & aliud, ut actus determinans, nempe rationale: ergo compositione Metaphysica hominis est vera compositione: ac proinde, & compositione ex genere, & differentia.

A posteriori etiam prob. hoc idem. Compositio ex genere, & differentia repugnat Deo, qua ratione, nec potest denominari species, nec in prædicamento collati; sed si non est ea & rigua-

posa compositione, non repugnaret Deo: ergo est vera, & riguosa rationis compositione. Prob. min. **Compositione rationis**, quæ vera compositione non est, ut compositione ex iustitia, & misericordia: ex intellectu, & voluntate Deo concedatur, & illi non repugnat: ergo si compositione ex genere, & differentiatione non esset vera compositione rationis, Deo non repugnaret.

6. Contra 1. & 2. conclusionem obijc. 1. De ijs quæ realiter identificantur, contradictionia simul verificari non possunt; sed de genere, & differentia ejusdem individui, contradictionia simul verificantur: ergo genus, & differentia ejusdem individui, non identificantur realiter, sed actualiter, distinguuntur. Prob. min. de genere ejusdem individui verificatur esse rationem convenienti cum alijs, & quod non sit principium differendi; sed de differentia ejusdem individui, omnino contradictionia verificantur: ergo de genere, & differentia ejusdem individui, contradictionia simul verificantur.

Resp. dist. mai. de his, quæ realiter identificantur, contradictionia simul verificari non possunt, secundum eandem rationem, conc. mai. Secundum diversam rationem, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus, quod, licet de eadem re, non possint contradictionia simul verificari, secundum eandem rationem, bene vero secundum diversas rationes,

Exemplum est clarum in divinis, in quibus propter distinctionem solam virtualem, & eminentem **essentia Divina, & Paternitatis**, dicimus, quod essentia est communicabilis tribus divinis personis, quod tamen negamus de Paternitate. Sic pariter dicimus in casu argumentum. de genere, & differentia, quod licet realiter actualiter identificantur, distinguuntur tamen virtualiter, seu fundamentaliter à parte rei, & actualiter per rationem, quod sufficit ad verificanda contradictionia, sine contradictione.

7. Obijc. 2. Genus, & differentia sunt primo diversa; sed, quæ sunt 2. diversa, realiter saltim formaliter actualiter distinguuntur: ergo genus, & differentia independenter ab intellectu realiter, saltim formaliter actualiter distinguuntur. Min. cum conseq. patet mai. vero sic prob. Ea, quæ se ipsis differunt sunt prima diversa; sed differentia differt à genere per se ipsam: ergo genus, & differentia sunt primo diversa. Mai. vero sic prob. Differentia, non differt à genere per aliam differentiam; alias daretur processus in infinitum: ergo differentia, differt à genere per se ipsam, & consequenter genus, & differentia sunt 2. diversa.

Resp. ad hoc arg. neg. mai. Differentia enim, non differt à genere, nec per se ipsam, nec per aliam differentiam; quia si considerentur, ut sunt à parte rei genus;

& differentiis, non differunt proprie, & acto iliter, sed solum differunt fundamentaliter, & ita non est investigandum per quid differant; si vero considerentur praecisive, distinguuntur actualiter; ceterum hanc distinctionem actualem, seu differre actualiter, habent per considerationem intellectus.

8. Obijc. 3. Differentiae, non sunt essentia generis: ergo distinguuntur, sicut formaliter ab illo. Ans. Praterquamquod est Philosophi 3. Metaphysicae text. 2. ubi sit expressa: *Differentiam esse extrivationem generis.* Prob. Differentiae dividentes genus sunt inter se opposita: ergo amba non possunt esse de essentia generis; alias, nec una illarum, cum non sit major ratio unius, quam alterius: ergo.

Resp. ad hoc arg. supponendo, et diximus in principio, quod hic loquimur de genere, & differentia ejusdem individui, Petri v. g. quo supposito dicimus, quod inter animalitatem Petri, & ejus rationalitatem à parte rei proprietate nulla est comparatio, in usum sit, vel non sit de essentia alterius, quia non est à parte rei actualiter unum, & alterum; si vero loquamur praecepsive, de genere videlicet abstracto ab omnibus differentiis, sic concedimus totum, quod intendit arg. videlicet, nullam differentiam prout sic esse de conceptu essentiali generis, & hoc voluit assertio Phil. in p̄r̄ alegato loco; ceterum, ex hoc solum sequitur, quod unum haec exklatio differentiarum

essentia generis, si solum per considerationem intellectus, non ar- gut genus, & differentiam distin- guit à parte rei formaliter actualiter, sed solum convincitur distinc- tio virtualis, seu fundamentalis à parte rei, quæ sit formalis, per considerationem intellectus.

9. Obijc. 4. Genus, & differen- tia ejusdem individui desumuntur à rebus realiter distinctis: ergo etiam genus, & differentia ejusdem individui realiter distinguun- tur. Conseq. patet: siquidem res, quæ proveniunt ab una forma identificantur: ergo, è contra, res, quæ à diversis rebus desumuntur, debent realiter distingui. Ans. ve- ro sic prob. Justa Porphyrij, & commune Philosophorum Axioma, in substantijs materialibus genus desumuntur à materia, & differentia à forma; sed forma, & materia ejusdem individui realiter inter se distinguuntur: genus, & differentia ejusdem individui, sumuntur à rebus realiter distinc- tis. Confirm. arg. Omnis composi- tio ex genere, & differentia, suppo- nit, ut radicem, à qua desumuntur, aliquam compositionem reslem: ergo genus, & differentia semper desumuntur à partibus alicuius compositionis realis. Prob. ans. Ideo compitio ex genere, & dif- ferentiis denegatur Deo, quia in illo non datur compitio realis, in qua fundetur: ergo.

10. Resp. ad arg. neg. ans. & ad ejus prob. dist. mai. justa com- mune Axioma: Genus sumuntur à materia, & differentia à forma, r̄t.

gurost, neg. mai. similitudinari, conc. mai. & conc. etiam mia. neg. conseq. Dicimus, quod quando communiter dicitur, quod genus sumitur à materia, & differentia à forma; non debet intelligi rigorosè, quia rigorosè loquendo, genus, & differentia; immo, & omnes gradus in eodem individuo respetti, proveniunt ab unica illius forma substantiali, ut probatum relinquimus; unde prædictam Axiomam debet intelligi, ut explicat noster Author in hoc cap. de Generis quæst. unic. solutione ad 2. quo l. genus desumitur à materia, & differentia à forma similitudinari, in hoc sensu, quod cum materia sit primum in genere potentialitatis, & determinabilitatis, omnis potentialitas, & determinabilitas ad materiam, ut ad exemplar reducitur. Unde cum genus, ut genus, dicat potentialitatem, & determinabilitatem per differentias, & differentiaz determinantur, ut forma; ideo dicitur, quod genus sumitur à materia, & differentia à forma.

Ad confirm. Resp. neg. ahs. ad ejas prob. dist. ahs. Ideo compositione ex genere, & differentia denegatur Deo, quia in illo non datur compositione realis in qua fundetur, quia præcisè, neg. ahs. quia, & quia alias arguitivè est suspicatur, conc. ahs. & neg. conseq. Verum quidem est, quod in eo, in quo compositione realis ex esse, & essentia non reperitur, ut contingit in Deo, non potest, nec per intellectu-

tum reperiri, compositionem Metaphysicam; hoc tamen non est, eo quod compositione Metaphysica fundetur propriè, & radicetur in ea compositione reali, nec ex eo quod à partibus ejus, partes compositionis Metaphysicæ propriè realiter desumantur, sed quia argumentativa colligitur, quod, id in quo non est realis compositione ex esse, & essentia, est suum esse, ac proinde actus purus: & consequenter, quod unus illius conceptus, non potest excludere alium, quod ad compositionem ex genere, & differentia erat necessarium.

11. Adversus 3. conclus. Objec.
1. In omni vera compositione, unum debet se habere, ut determinans, & aliud, ut determinabile; sed in hac compositione, hoc nequit reperiri: ergo. Prob. mai. Genus, & differentia sunt idem realiter; sed idem non potest determinare se ipsum: ergo incompositione generis, & differentiaz unum non potest se habere, ut determinans, & aliud, ut determinabile.

12. Repl. ad hoc arg. dist. mai. Unum debet se habere, ut determinans, & aliud ut determinabile realiter, vel per rationem, conc. mai. Repl. præcisè, neg. mai. & dist. min. sed in compositione ex genere, & differentia, unum non se habet, ut determinans, & aliud, ut determinabile, realiter, conc. min. Per rationem, neg. min. & dist. conseq. ergo non est vera compositione, realis, conc. conseq. rationis, neg. conseq. Dicimus

ergo, quod licet realiter genus, & differentia, unum non se habeat, ut determinans, & aliud ut determinabile, quia prout sic, ut bene probat arg. sunt idem; per rationem tamen distinguuntur, & unum concipitur, ut determinabile v. g. *Animal*, & aliud, ut determinans, scilicet *rationalis*, quod sufficit ad verā compositionē rationis; determinatio enim generis per differentiam, non est realis, nec compositio ex illis, est realis, licet tā determinatio, quam compositio à parte rei fundamentaliter reperiantur: sicut species, diffinitio, & prædicatione: & hęc omnia fiunt actualiter, & formaliter per operationem intellectus.

13 Obijc. 2. Genus, & differentia, non se habent, ut partes respectu speciei: ergo nullo modo illam verè componunt. Prob. ahs. Genus, & differentia prædictantur de specie; sed partes non possunt prædicari de toto: ergo genus, & differentia non sunt partes speciei. Coafirm. Nam vel genus, & differentia sumuntur cum præcisione unius ab alio, vel sine tali præcisione; si absque præcisione, sunt ipsum totum, & non partes; si cum præcisione, non possunt prædicari de specie, fallum est enim dicere *animal* p̄ *animatum* à *rationali*, est homo: ergo nullo modo prædantur, ut partes de specie.

14 Resp. ad arg. iusta dicta q̄ est. p̄ *specie*. Iolut. ad 5. quod licet partes *Physicæ*, non possint

prædicari de toto, quia iste non continent, nec actu, nec potentia, id, quod continet totum; bēnē tamen possunt prædicari de toto partes *Methaphysicæ*, quia licet una non includat alteram in actu, includit tamen illam in potentia, quatenus est totum potentiales; quod sufficit, ut una de altera, & utraque de specie verè prædiceatur.

+ Ad confirm. dicimus, quod genus, & differentia componunt speciem, non cum præcisione unius ab altero, maximē in actu signato possita dicendo: *homo* est *animal* cum præcisione à *rationali*; hoc enim esset dicere, quod homo est solum animal, & non rationalis, quod est fallum; unde genus, & differentia componunt speciem cum præcisione negativa, & quasi exercita, non dicendo videlicet genus in actu, sed tantum impotentia, quod in actu dicit differentia, & similiter differentia, non dicente in actu, sed tantum implicite, & impotentia, quod explicite, & actu dicit genus, quod sufficit, ut intellectus, genus à differentia distinguat, & ad invicem, & utrumque de specie verè prædicentur, illamque componant.

15 Obijc. 3. Distinctio rationis inter aliqua extrema, non sufficit ad veram compositionē; sed genus, & differentia, per nos, solum per rationem distinguuntur: ergo non faciunt veram compositionē. Prob. mai. 1. *ens* ratione ratiocinata distinguuntur ab omnibus

bus particularibus entibus; & tamen cum nullius entis differentia, veram facit compositionem; alias rationem generis respectu illorum habet: ergo distinctio rationis, inter aliqua ad veram compositionem, non sufficit. 2. prob. eadem mai. In Deo plura praedicata distinctione rationis ratiocinatae distinguuntur; & tamen ex illis non potest fieri vera compositione, adhuc rationis; alias Deus est species composita, & impredicamento collocaretur: ergo. 3. prob. mai. Si ad veram compositionem rationis, distinctio rationis sufficeret, in homine v. g. plures possent fieri compositiones rationis, quam in lapide; sed hoc videtur inconveniens: ergo. Prob. mai. In homine sunt plura genera, & plures differentiae ratione distinctae, quam in lapide: ergo.

16. Resp. dist. mai. Distinctio rationis non sufficit ad veram compositionem, distinctio rationis, penes *implicitum*, & *explicitum*, conc. mai. Penes *exclusens*, & *exclusum*, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Verum quidem est, quod non qualibet distinctio rationis est sufficiens ad veram, & rigurosam compositionem rationis, sed requiritur necessaria distinctio rationis, penes exclusens, & exclusum, cum rigurosa compositione fiat, per additionem rigurosam unius praedicari ad aliud: cumque genus, & differentia distinctione excludentis, & exclusi distinguantur, minime ve-

ro ens à suis inferioribus: Hinc est, quod ex genere, & differentia sit vera, & riguosa compositione rationis; fecus tamen ex ente, & aliquo ejus inferiori. Et per hoc patet ad 1. prob. mai. Imò, & ad secundam, nam, & si in divinis, propter nostrum imperfectum modum concipiendi, ratione distinguamus unum praedicatum ab alio, quia tamen, quodlibet praedicatum divinum est actus purus, & omnia, quæ sunt in Deo dicant sumam simplicitatem, non possumus, ita praescindere unam ab alio, quin in illo essentialiter, & intimè non includatur implicitè, & ideo, non possumus inter praedicata divina, veram compositionem, etiam per intellectum facere.

Ad 3. denique prob. mai. Resp. admittendo sequilam. Ex quo nullum sequitur inconveniens, immo arguit in homine majorem perfectionem, quia cum hujusmodi compositiones, non inveniantur à parte rei formaliter, sed soluam fundamentaliter, & eminenter, habere plures compositiones, arguit majorem eminentiam. Propter quod tamen non est absolute admittendum, hominem non esse unum compositum Metaphysicum, nec unam speciem, quia, ut absolute denominetur unum, sufficit unitas identica, & formalis illius for-
ma.



CAPUT DE SPECIE.

QUÆST. VI.

**UTRUM DIFFINITIO SPECIES
SUBIJCIBILIS EST bona?**

DUplicem respectum dicit species, alterum ad genus, quod, ut superior de illa prædicatur; alterum ad individua, quatenus, ut superior respicit illa. Secundum primum respectum, dicitur species subijcibilis, & diffinitio à Porphyrio sic: Species est, quæ subijcitur generi. Ode qua genus in eo quod quid prædicatur. Justa secundum respectum dicitur species præcabilis, & sic ab eodem Porphyrio describitur est, quæ prædicatur de pluribus differentiis numero in eo quod quid. In hac tamen quæstione diffinitio speciei subijcibilis examinabimus, quia de illa, ut præcabilis est, in quæst. sequenti est tractandum. Inquirimus ergo utrum diffinitio speciei subijcibilis, sit recte à Porphyrio assignata?

2 Ad quod breviter dicimus, prædictam diffinitionem esse recte assignatam. In primis, quia species, ut subijcibilis est correlativa generis, quatenus est inferior illo, & genus de illa, ut superior in eo quod quid prædicatur; sed non melius explicatur hæc inferioritas speciei, quam per subiunctionem ad genus: ergo cum sic per prædictam diffinitionem explice-

tur, optimè à Porphyrio natura speciei subijcibilis, ut talis explicatur. Tum etiam, quia talis diffinitio constat genere, & differentia: ergo est bona. Prob. aūs. Per hoc, quod est subijecti generi convenit species, cum individuo; & per hoc, quod est subijecti generi immediate differt ab illo, ut ex solutioie argumentorum contabitis ergo optima est talis diffinitio.

3 Conta illam tamen obijc. I. Prædicta diffinitio convenit individuis specificis v. g. Petro, & Paulo; sed diffinitio, quæ convenit alijs à diffinitio, bona non est ergo talis diffinitio, non est recte à Porphyrio assignata. Prob. mai. Petrus, & Paulus subijectuntur generi, v. g. Animali, & Animal de illis in eo quod quid prædicatur: ergo illis convenit diffinitio speciei subijcibilis à Porphyrio assignata. Dices, quod Petrus, & Paulus subijectuntur generi immediate, hoc est, mediante specie, non tamen subijectuntur generis immediatis; cumque diffinitio speciei subijcibilis, debeat intelligi de subjectione immediata generi: hinc est, quod individuis specificis, nullatenus convenit diffinitio speciei subijcibilis à Porphyrio tradita.

Sed contra replic. individua generica, v. g. hoc Animal, & illud Animal immediata subijectuntur generi, & genus de illis inquit immediata prædicatur; sed individua generica, non sunt species subijcibiles: ergo semper verificatur, quod definitio Porphyrii con-

venit alijs à diffinito. Prob. mai. hoc Animal v.g. non subiicitur generis mediante aliqua specie determinata; cum non sit major ratio unius, quam alterius, nec subiicitur generi medijs omnibus speciebus, cum unum individuum nequeat esse individuum omnium specierum: ergo talia individua generica subiiciuntur generi immediate.

4 + Resp. tamen solut. datam esse optimam, & ad replic. aliqui, ut difficultatem arg. effugiant, negant dari talia individua generica, eo quod individua non reperiuntur nisi determinata per differentias specificas, ac proinde implicat, quod detur hoc Animal, nisi per hanc rationalitatem, vel irrationalitatem determinatum. Gratis tamen hoc individua generica negantur, nam sicut non obstante, quod à parte rei substantia, corpus, vivens, Animal, & homo sint idem realiter, possumus tamen per intellectum abstrahere rationem substantie, vel Animalis ab homine, & hominem à Petro, & Paulo, sic similiter licet à parte rei sia idem hoc Animal, & hoc rationale, possumus per intellectum abstrahere hoc Animal ab hoc rationali, & Animal de hoc Animali prædicare, & non prædicare illud, de hoc rationali: admida ergo talia individua generica, & alijs solutionibus minus ad rem omisis.

5 + Ad replic. Resp. dist. mai. Genus immediate prædicitur de

individuis genericis, prædicatione speciei, conc. mai. Prædicatione generis, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod individua ista generica subiiciuntur generi, non quatenus genus est, sed quatenus species est. Animal enim si comparetur ad speciem, & individua specifica comparatur, ut genus, quia comparatur, ut contrahibile per differentiam, & ut dicens in actu solam partem essentia speciei, & individuum ejus. Si tamen Animal comparetur ad individua propria, & immediata, ad hoc videlicet, & ad illud Animal, comparatur ut species, quia prout sic, non sumitur formaliter, ut contrahibile per differentias, & dicitur actu totam essentiam talium individuorum. Animal enim acta dicit vivens sensibile, quod est tota essentia hujus Animalis: unde non mirum, quod genera prout sic conveniat prædicari immediate de individuis genericis, quia respectu istorum non est genus, sed species. Nec hoc est peculiare in genere, sed omnia prædicta abstrahere iaduca comparentur, v.g. rationale ad hoc, & illud rationale, habent rationem speciei, & à secunda intentione speciei denominantur.

7 Obje. 2. Species non potest diffiniri per genus: ergo prædicta diffinatio bona non est. Prob. ahs. Genus est quid ignotius specie, alias genus non diffiniretur per speciem, sicut defacto diffinitur;

sed notius non potest per ignotius diffiniri : ergo species nequit per genus diffiniri. *Conseru. arg.* Si species posset diffiniri per genus, species ipsa posset ingredi sui definitionem ; sed hoc est contra præcepta diffiniendi : ergo species nequit diffiniri per genus. *Prob. se-*
*qua*la iusta *Phil. 2. Top. cap. 5.* in definitione, loco cuiusvis partis, licet posere definitionem illius, ut in definitione hominis, loco *Animatis*, licet posere *vi-*
voris sensibili : ergo licet hoc etiam dicere in definitione speciei, dicendo *species est, quæ subiectur* *et sub quo collectatur species*, & sic species in sui definitione ingrediatur.

S. *Resp. ad arg. neg. ans. & ad ejus prob. conc. mai. dist. min.* Sed notius non potest per ignotius diffiniri, tanquam per partem *in-*
trinsicam, conc. min. tanquam per partem *extrinsicam*, neg. min. & conseq. Non enim est necessarium, quod omnes partes definitionis sint notiores diffinitio, si sint partes *extrinsecæ*, & de connotato ingredientes. Ut patet, nam unum relativum, per aliud correlatum recte diffinitor, & terminus per propositionem, & tamen, nec unum relativum est notius altero, nec propositionis est notior termino, quia non ingrediuntur, ut partes *intrinsecæ* explicantes, sed, ut partes *extrinsecæ*, & solum de connotato ingredientes. *Ad confirm. pa-*
ritez Resp. neg. mai. & ad ejus prob. dist. ans. in definitione loco

partis, licet posere definitionem illius. Loco partis *intrinsecæ*, con-
ced. ans. loco partis extrinsecæ,
neg. ans. & conseq. Præceptum enim Philosophi, de partibus tan-
tum intrinsecis est intelligendum,
non de extrinsecis, quale est ge-
nus respectu speciei, unum relati-
vum, respectu alterius, & propo-
sitio respectu termino.

QUÆST. VII.

UTRUM DIFFINITIO SPECI-
EI PRÆDICABILIS SIT BONA?

Diximus quæst. præced. spe-
ciem, secundum respec-
tum, quem dicit ad sua
inferiora, in ratione prædicabilis
diffiniti à Porphyrio sic : *Eß quæ*
*prædicator de pluribus differenti-
bus numero in eo quod quid. Et de
hac definitione inquirimus ; an sit
*reste assignata?**

Et optimè assignatam om-
nes uniformiter admittunt, meri-
to quidem, quia cum hic diffinie-
*tur species, ut universalis, opti-*mè* in ordine ad inferiora, in quo
cum omnibus universalibus con-
venit diffinitur. Unde suadetur ra-
tione generali sic. Prædicta diffini-
tio constat genere, & differentia;
ergo est optimè assignata. Prob.
ans. Per prædicari de pluribus
convenit species, cum alijs prædi-
cabilibus : per illam particulam
differentias numero : differi à ge-
nere, quod quidem, ut supra di-
*ximus, immediate prædicator de**

plus

pluribus differentibus specie. Per prædicari inquit. Distinguuntur species à differentia, proprio, & accidenti, quæ omnia solum prædicantur in quale: ergo prædicta diffinitio conllat genere, & differentia: sc proinde est optimè à Porphirio assignata. Contra illam tam.

Obijc. 1. Prædicta diffinitio speciei, convenit generi: ergo non est rectè assignata. Prob. ans. Genus immediate, & inquit prædicatur de speciebus, quæ non solum differunt specie, sed etiam numero. Insuper genus inquit prædicatur de individuis specificis, ut Animal de Petro, & Paulo. Et denique immediate, & inquit prædicatur de individuis genericis, ut Animal de hoc, & illo Animali: ergo prædicta diffinitio speciei couvenit generi.

Resp. ad hoc arg. neg. ans. Quia licet genus prædicetur de speciebus, quæ differunt numero, non tamen differunt solo numero, sed etiam specie, & dicendo de illis solum partem essentie determinabilem; & diffinitio speciei debet intelligi de prædicari de pluribus, solo numero differentibus, & dicendo totam essentiam illorum, de quibus prædicatur. De individuis specificis genus prædicatur mediately, & non immediately sicut species. Et denique de individuis genericis prædicatur genus, non ut genus, sed ut species, ut diximus quælt. antec. ac proinde nunquam verificatur, quod generi, ut

genus est, conveniat diffinitio speciei.

3 Obijc. 2. Diffinitio Porphirij convenit differentiæ: ergo non est bona. Prob. ans. Nihil reperitur in tali diffinitione, quod differentia non conveniat: ergo talis diffinitio conveuit differentiæ. Prob. ans. Differentia v. g. rationale, prædicatur de pluribus differentibus numero inquit v. g. de Petro, & Paulo: ergo nihil reperitur in tali diffinitione speciei, quod differentiæ non conveniat.

Resp. ad arg. dist. ultim. ans. Differentia prædicatur de pluribus differentibus numero, ut quid incompletum, & dicendo solum partem essentie determinantem, conc. ans. ut quid completum, & dicendo totam essentiam inferiorum, neg. ans. & conseq. Dicimus ergo, quod de ratione speciei est prædicari, ut quid completum, dicendo totam essentiam illorum, de quibus prædicatur: cumque hoc differentiæ formaliter, ut tali non conveniat, nec prædicetur inquit, tam ex parte rei, quæ prædicatur, quam ex modo prædicandi, sicut species: hinc est, quod differentiæ non convenit diffinitio speciei prædicabiliſſ.

4 Obijc. 3. Deus prædicatur inquit de pluribus differentibus numero, scilicet de Patre, filio, & Spiritu Sancto; sed Deus species non est: ergo jam diffinitio speciei conveuit alijs à diffinito. Prob. min. Deus non est compositus ex genere, & differentia; ac

proinde nec in aliquo prædicamento collocatur : ergo Deus species non est.

Resp. dist. mai. Deus prædicatur de pluribus differentibus numero, per identitatem realem cum illis, conc. mai. per multiplicationem realis in illis, neg. mai. & conc. min. neg. cons. Dicimus ergo, quod ad rationem speciei prædicabilis requiritur, quod prædicetur de pluribus, in quibus sit partita, & multiplicata natura, quia ut inquit N. Ang. Mag. universale est unum, & multas, unum in abstractione, & multa in contractione; cùque hoc repugnet Deo, qui unus, & indivisibilis est in tribus divinis Personis, & ita proprie, & rigurose non differat numero: ut etiam docet D. Tho. I. p. q. 30. hinc est, quod nec Deo convenit speciei prædicabilis diffinatio.

Obje. 4. Punctum, anima, & individuum vagum, v. g. aliquis homo prædicantur inquit de pluribus differentibus numero; & tamen nullum illorum est species: ergo jam haec diffinatio alijs abspecie covenit, prob. mai. Omnia predicta sunt quid incompletū; sed species est quid completum: ergo nullum ex praedictis est species.

Re p. dist. mai. & tamen nullum illorum est species proprie, conc. min. reductio, neg. min. & conseq. Dicimus ergo, conformiter ad sup: a dicta q. i. quod omnia resulta in arg. solum proprie species, cum non dicant aliquid completū; reduci v: tamen sunt species, & sic

reductive solum convenient eis haec diffinatio.

QUÆST. VIII.

QUALITER IN SPECIE RES;
pectus subiectibilis, & prædicabili sint ex comparatione,
Q. 2. quem illorum sit universalis?

Supposito ex dictis, quod species duplē importat respectum ad genus, videlicet, ut subiectibilis, & ad individua, ut prædicabilis; nōodo inquirimus, an se secundum utrumque respectum sit universalis? Et qualiter isti duo respectus ad invicem comparantur, & se habeant? Et quid in hac parte sentimus aliquibus conclusionibus insinuavimus.

2 Dico I. Species formaliter, ut subiectibilis non est universalis, universalitate Logica; supponitamen maxime in speciebus in diversis inatitudinis multiplicationibus universalitatem Metaphysicam, ut fundamentum remotum ipsius subiectibilitatis. Hac conclusio habet duas partes prob. & quoad i. sic prob. universale Logicum constituitur formaliter per respectum formaliter nature ad inferiora, in quibus est; sed species, ut subiectibilis, non dicit ordinem ad inferiora in quibus sit: ergo species formaliter, ut subiectibilis, non est universalis, universalitate Logica, prob. min. Species formaliter, ut subiectibilis, solum respicit genus,

qui

cui subiicitur; sed species non respicit genus, ut inferioris in quo sit: ergo species, ut subiicibilis, non dicit ordinem ad inferiora in quibus sit, prob. min. Inferiora non sunt in superioribus, sed potius superiora in inferioribus sunt: ergo species, ut subiicibilis, non respicit genus, ut inferioris in quo sit. Et consequenter formaliter, ut subiicibilis generis, non est universalis, universalitate Logica.

3 2. vero pars conclus. etiam breviter prob. Naturæ saltim multiplicabili per plura individua, non convenit ratio species subiicibilis, nisi per intellectum sit abstracta ab individuis; sed natura abstracta ab individuis, est universalis Metaphysicæ: ergo natura subiicibilis, & multiplicabilis per plura individua, supponit universalitatem Metaphysicam, ut fundamentū remotum subiicitatis. Min. constat ex dictis lib. præc. q. 8. concl. 1. mai. vero sic prob. Ratio speciei subiicibilis non potest competere naturæ, ut in diversis individuis limitator: ergo solum potest competere illi, ut à singulatibus abstractæ, prob. ahs. Ratio speciei subiicibilis constituit in immediata subiectione ad genus; sed natura, ut in singulatibus limitata, non potest comparari ad genus, ut immediate illi superior, sed solum mediate: ergo ratio speciei subiicibilis non potest competere naturæ, ut in diversis individuis limitatur.

4 Dico 2. Species formaliter, ut prædicabilis, est universale Logi-

cum, & sub hac ratione constituit secundum prædicabile. Hæc concil. etiam habet duas partes probandas, & quæd 1. sic prob. Universale Logicum constituit formaliter per respectum, seu relationem rationis ad inferiora, in quibus est; sed species formaliter, ut prædicabilis, dicit specialem respectum ad inferiora: ergo formaliter, ut prædicabilis est universale Logicum, prob. min. Species formaliter, ut prædicabilis respicit sua inferiora, de illisque prædicatur *inquit*, & dicens totam essentiam illorum: ergo species formaliter, ut prædicabilis dicit specialem respectum ad inferiora; consequenter que formaliter, ut prædicabilis est Logica universalis.

5 2. pars concl. etiam prob. sub ea ratione species constituit secundum prædicabile, sub qua est superior, & constituit speciale membrum universalitatis; sed species formaliter, ut prædicabilis est superior, & constituit speciale membrum universalitatis: ergo formaliter, ut prædicabilis constituit secundum prædicabile, mai. constat: nam universale dividitur tanquam in species in quinque prædicabilia, mai. vero sic prob. Universale est *unum in multis*, & *de multis*; sed species formaliter, ut prædicabilis dicit speciale modū essendi, & prædicandi de suis inferioribus: ergo prout sic constituit speciale membrum universalis, & consequenter prædicabilis.

6 Dico 3. Quæst. 2. intentio speciei subiicibilis, & prædicabilis

materialiter coincident, una tamen non oritur ex altera; prius tamen connaturaliter intelligitur in specie ratio subiectibilis, quam ratio praedicabilis. 1. pars hujus conc. prob. Respectus subiectibilis, & praedicabilis in specie sunt respectus non solum diversi, sed quodammodo oppositi: ergo sicut materialiter coincident, una non oritur ex altero, prob. ahs. Tales respectus respiciunt terminos non solum distinctos, sed etiam oppositos: ergo & ipsi respectus non solum sunt distincti, sed etiam oppositi, prob. ahs. Species, ut subiectibilis respicit genus sibi superius, & ut praedicabilis respicit individua sibi inferiora: ergo tales respectus respiciunt terminos non solum distinctos, sed etiam oppositos.

7 2. pars conclus. prob. Prius intelligitur in specie, connaturaliter loquendo, respectus ad genus sibi operius, quam respectus ad inferiora de quibus praedicatur: ergo connaturaliter loquendo, prius intelligitur in specie ratio subiectibilis, quam ratio praedicabilis, prob. ahs. Species respicit genus sibi superius, ut partem sibi intrinsecam constitutivam, & essentialem; individua vero respicit, ut aliquid sibi extrinsecum, a quibus extrinsecus limitatur; sed connaturaliter loquendo prius est, quod comparetur species ad sibi intrinsecum, quam ad extrinsecum: ergo natura iter loquendo, prius intelligitur in specie, ratio

subiectibilitatis, quam rati o prædicabilitatis.

8 Adversus ea quæ in his conclusionibus diximus nihil speciale se offert solum circa id, quod in tota quæst. videretur supponi, scilicet, intentionem subiectibilis, & praedicabilis semper coincidere, potest esse dubium, an id universaliter sit verum? Et ratio dubitandi est quia natura Angelica est species subiectibilis, & in sentent. probabili non est species praedicabilis. Et è contra substantia respectu hujus, vel alterius substantiaz est species praedicabilis, & tandem utpote, genus supremum, non est species subiectibilis: ergo. Ad quod breviter dicimus, quod nos hucusque non diximus, rationem speciei subiectibilis, & praedicabilis esse ita connexam, ut una non possit invenire sine altera; sed solum ordinem quem observare debent, ostendimus, quando reperiuntur in eodem materiali. Vel 2. dicimus quod natura Angelica, ut infra dicemus non solum est species subiectibilis, sed etiam habet rationem species praedicabilis. Substantia etiam respectu suorum inferiorum est praedicabilis, & etiam subiectibilis, non quidem proprie, cum non habeat supra se aliud genus; sed improprie, & minus rigurose respectu entis, cui, ut inferior subiectetur.

(o)

QUÆST. VIX.

UTRUM GENUS IN UNICA SPECIE, & species in unico possit salvare individuo?

Cognita jam natura generis, & speciei, modo unum ad aliud comparamus. Et inquitimus, an genus possit salvari in una specie, dato, quod una tantum esset possibilis, & species in uno possit salvare individuo? In qua difficultate, ut certa ab incertis separémus, aliqua breviter notanda sunt. +

2. Est ergo supponendum, quod genus, & species possunt tripliciter considerari. Primo Logica, & secundo intentionaliter. 1. possunt considerari, secundum, quod sunt tota actualia. 3. denique considerari possunt, quatenus sunt tota potentialia.

3. Si primo modo considerentur, certum est, genus respicere plures species, & species plura individua; quia prout sic sunt universalia, & universale, quodlibet illud sit, semper respicit plura existentia possibilia, vel saltim non repugnantia in quibus sic, & de quibus possit praedicari.

4. Ut certum etiam ab omnibus admittitur, quod si genus, & species considerentur, ut tota actualia sunt, potest genus conservari in una specie, & species in unico individuo, & ratio est clara: nam Animal v. g. secundum quod est

totum actuale solam dicit vivens sensibile, quod totum in una specie salvatur, ut defacto post resurrectionem universaliter natura Animalis, ut totum actuale in unica reperitur specie. Similiter species v. g. homo, secundum quod est totum actuale tantum dicit Animal rationale, quod in unico v. g. Petro salvatur individuo. Ut defacto fuit species humana in parva illa temporis morula post formationem primi parentis, ante formationem Eva.

5. Unde difficultas questionis solum procedit de genere, & specie tertio modo consideratis, scilicet; ut tota potentialia sunt, & secundum sibi intrinca; genus videlicet, ut contrahibile per suas differentias, & species, ut per plura individua multiplicabilis, an possint secundum sibi intrinseca, & essentialia unum in unica specie, & aliud in uno individuo salvari? In qua difficultate alij utrumque concedunt, alij utrumque negant, & alij denique concedentes speciem possit salvare in uno individuo negant genus posse salvare in unica specie.

6. + Et ratio dubitandi statim se offert, quia sicut species respicit individua, sic genus respicit species: ergo aequaliter de utroque, ut totum potentiale est videtur in hac parte esse dicendum. Confirm. Quia genus etiam, ut totum potentiale, non distinguitur realiter ab specie: ergo si species, ut totum potentiale est, conservatur in unius

unico individuo, in illo etiam, ut totum potentiale est, conservabitur genus. H[ic] tamen non obstantibus.

7 Dico, quod genus, secundum sibi intrinseca, & essentialia; non potest salvare in unica specie, species tamen potest salvare secundum sibi intrinseca, & essentialia in unico individuo. H[ic] conclus. habet duas partes probandas, & quoad primam prob. in primis auctoritate D. Tho. i. post lect. 12. ubi sic loquitur: Non est possibile invenire aliquid genus, eni[us] una tantum sit species: ergo genus secundum Ang. Mag. nequit conservari in unica specie.

8 Ratione vero prob. h[ic] eadem pars sic. Genus, secundum sibi intrinseca, dicit potentialitatem ad omnes species, quas potest habere. Sed potentialitas non perficitur adæquate, nisi per sibi adæquatum actum: ergo nisi genus ad omnes quas potest habere species sit contractum, vel contrahibile, non erit intrinsece adæquate perfectum. Mai. constat siquidem genus, ut totum potentiale est, est quedam potentia Metaphysica respirationis, ut adæquatum actum omnes differentias per quas contrahatur ad species: ergo secundum sibi intrinseca, dicit potentialitatem ad omnes species quas potest habere. Min. vero sic prob. Quia potentialitas materia prima est ad omnes formas, tanquam ad suum actum adæquatum, & illi intrinseca, dum omnes tales formas non ha-

bet, manet semper materia intrinseca imperfecta: ergo potentialitas intrinseca, qualibet illa sit, non perficitur intrinsece adæquate, nisi per sibi adæquatum actum: consequenterque si genus secundum sibi intrinseca est potentia contrahibilis per plures differentias ad plures species, non salvatur ejus potentialitas intrinseca nisi sine saltim possibles tales species.

9 Dices, quod genus, v. g. Animal, semper invenitur conjunctum, cum aliqua differentia specifica; sed animal conjunctum cuncta differentia specifica, non habet potentialitatem ad alias differentias: ergo genus, secundum sibi intrinseca, non est totum potentiale, nec contrahibile ad plures species. Resp. tamen dist. mai. Genus semper invenitur conjunctum cum aliqua differentia specifica, genus physicè consideratum, conc. mai. Metaphysicè, seu Logice consideratum, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. In præsentि quæst. non loquimur de genere physicè considerato, quia prout sic est totum actuale, ac proinde in una specie salvatur; sed loquimur de genere considerato Metaphysice, seu Logice, v. g. Animali considerato sine suis differentijs: & prout sic dicimus, non potest salvare in unica specie, quia prout sic est totum potentiale, contrahibile per plures differentias: unde ad hoc, quod inventatur perfectum substantialiter, illas requirit saltim non repugnantes.

10. 2. vero pars conclus. sic breviter prob. Licet multiplicabilitas speciei non exauriatur, nisi in omnibus individuis, per quæ potest ab extinseco multiplicari, species tamen, secundū sibi intrinseca in uno tantum individuo salvati potest: ergo species secundum omnia sibi intrinseca in uno individuo potest salvati substantia liter perfecta. Ans. quantum ad primam partem constat, nam quavis aliqua species humana in Petro, & Paulo multiplicetur, si alias est multiplicabilis per alias materias, & conditiones individuantes, certum est, quod ejus multiplicabilitas non exaurietar, sed erit amplius, & amplius multiplicabilis. Quantum ad secundam vero partem, prob. ans. sic. Non advenit nova essentialis perfectio speciei, per hoc, quod in pluribus individuis reperiatur: ergo secundum sibi intrinseca in uno individuo potest salvati, prob. ans. Omnia individua sunt ejusdem speciei substantialis: ergo non advenit nova essentialis perfectio speciei, per hoc, quod in pluribus individuis reperiatur. Consequenterque cum species jam sit ultimo contracta, & determinata per differentiam specificam, potius dicitur multiplicabilis, quam contrahibilis.

11. Ex qua doctrina facilis colligitur solutio ad rationem dubitandi. Dicimus enim, quod licet genus, & species, si secundo intentionaliter accipiuntur omnino

equiparantur in eo, quod sicut genus respicit plures species, ita species respicit plura individua. Si tamen primo intentionaliter accipiuntur, genus, utpote totum potentiale respicit plures species, tanquam intrinsecæ in ejus potentialitate contentas, ac proinde, quoad totum intrinsecū potentiale, quod dicit, non nisi in omnibus illis salvati potest. Species vero quia est ultimo essentialiter contracta, & determinata, non est essentialiter ulterius contrahibilis, sed solum multiplicabilis ab extinseco ratione diversæ materiæ, ratio enim hominis nihil essentiale habet in Petro, quod non habet in Paulo, sed solum per diversam materiam ipsi extrinsecam multiplicatur. Consequenterque totum intrinsecum speciei potest in uno individuo salvati.

12. Ad confirm. etiam ex dictis patet solutio. Dicemus enim, quod potentialitas generis formaliter sumpta non convenit illi, ut cumque, sed prout in intellectu abstracta ab omnibus speciebus inventur, & ut sic indifferenter se habet ad omnes differentias, & per omnes est contrahibilis, si tamen natura generica physice, & in re consideretur, per aliquam differentiam contracta, & determinata, non habet potentialitatem ad plures differentias, sicut, & species ipsa, quia est ultimo contracta, & determinata talem potentialitatem formalem non dicit. Unde si de potentialitate formali

naturæ genericæ loquuntur, non identificatur cum specie, sed est aliquid naturæ genericæ per intellectum ab speciebus abstractæ convenientes: consequenterque, quamvis omne intrinsecum, quod dicit species, salvetur in uno individuo, non tamen intrinsecum, quod dicit genus, quia dicit intrínscé illam potentialitatem, fundamentaliter quidem, secundum se, illi convenientem, & formaliter, ut per intellectum abstrahitur.

QUÆST. X.

UTRUM NATURA CREATÆ,
cui habere plura individua repugnat, possit esse species
predicabilis?

IN triplici differentia naturas intervenimus creatas, quæ plura individua non habent, prima est natura p̄ficiis, cujus plura nunquam simul inveniuntur, sed successiye tantum; nam si naturalibus credimus, ex ceteribus de mortuæ pheniciis, alia, numero diversa renascitur. Et de hac pheniciis natura non est dubium, quod intentione et possit habere speciei predicabilis, quia potest abstrahi ab intellectu, & ad plura nos solum possibilia, sed, & futura, licet successiye comparari. Aliæ sunt naturæ incorruptibiles, ut Sol, Luna, & alia Altra celestia, & de his etiam naturis, communis, sententiæ tenet, posse etiam à secunda intentione speciei predicabilis.

denominari, quia licet naturaliter non possint habere plora, absolute tamen, & de potentia absoluta Dei non repugnant.

TAliæ denique sunt naturæ materia carentes, ut natura Angelica, quæ quia à materia non individualiter sentiuntur, non solum naturaliter non possunt plura individua in eadem specie inveniri, sed etiam iusta omnium Thomistarum sententiam, cum suo Ang. Præcept. 1. p. q. 50. art. 4. attenta potentia Dei absoluta omnino repugnat: qua sententia libenter admira inquirimus, an sicut natura Angelica Gabrielis, v. g. est species subiectibilis, quia immediatè sub genere omnibus naturis Angelicis communis collocetur, ita etiam possit à secunda intentione speciei predicabilis, secundum rationem tantum, denominari?

Pro ejus difficultatis resolutione est maximè notandum, quod universale est duplex, unum secundum rem, & rationem, & aliud secundum rationem tantum. Universale secundum rem, & rationem, est natura illa, quæ in re reperitur in pluribus, & per intellectum ad omnia illa comparatur. Sicut natura humana, universale secundum rationem tantum, est natura abstracta ab individuatione, quæ prout sic abstracta, non est singulatis, nec determinata ad unum, sed ex modo cōveniēt in intellectu, habet indifferētiā ad plura, quamvis illa in re non habeat. Et supposito, quod natura Ans.

Angelica non est universalis secundum rem, ut à nobis tamen concipitur, an possit denominari universalis, & species prædicabilis secundum rationem tantum inquisimus?

4. 1. est notandum quod natura Angelica duplicitate potest cognosci. Primo modo quidditative, adæquatè, & ut est in se, & sic cognita, certum est non posse denominaria 2. intentione speciei prædicabilis, quia prout sic cognita importat individuationem, & singularitatem, quæ obstant cotamunitati. 2. modo potest natura Angelica cognosci, inadæquatè, & connotative admodum rerum materialium, & si hoc modo cognoscatur, est disidem inter Thonistas, & varietas sententiarum, dum alij affirmant intentionem speciei prædicabilis repugnare natura Angelicæ, quomodo cumque cognoscatur à nobis. Alij vero teneant naturam Angelicam posse denominari à secunda intentione speciei prædicabilis, secundum rationem tantum, sic inadæquatè, & admodum rerum materialium cognoscatur. Hec est sententia magis communis, quia magis conformis doctrina D. Tho. unde.

5. Dico. Natura Angelica inadæquatè concepta, & secundum quod à nobis pro hoc statu ad modum rerum materialium cognoscitur, potest à 2. intentione speciei prædicabilis secundum rationem tantum denominari. Hec conclusio est expressa in D. Tho. pluribus

sue doctrinæ in locis, & præcipue i. p. q. 13. art. 9. in corp. ubi non solum conclusionem aperte videtur docere, sed etiam præcipuum ejus fundamentum insinuat; nam posquam naturam Solis, nec non, & Angelicam esse communes multis, secundum rationem tantum decernit, redendo rationem sic loquitur: Et hoc ideo quia intellectus intelligit naturam cuiuslibet speciei per abstractionem à singulari, unde esse in uno supposito singulari, vel in pluribus est præter intellectum naturæ speciei, unde servato intellectu naturæ speciei, potest intelligi, ut in pluribus existens. Ex quibus verbis iste clarissimus deducitur discursus. Intellectus noster iusta Ang. Mag. intelligit naturam cuiuslibet speciei per abstractionem à singulari, sed natura cognita per abstractionem à singulari, potest comparati ad plura singularia, etiam si illa non habeat, nec absolute in re possit habere; cum ex vi talis abstractionis, & conceptus in adæquati, maneat in potentia, & indifferens ad plura, utpote nulli singulari appropriata: ergo sentit D. Tho. quod natura angelica inadæquate concepta, & per abstractionem à singulari cognita, potest denominari à 2. intentione speciei prædicabilis, secundum rationem tantum.

6. Quam doctrinam constitut, & prosequitur D. Tho. quæst. de spiritualibus creaturis art. 8. ad 4. his clarissimis verbis: Sicut hæc albedo, non prohibetur habere sub-

se multa individua ex hoc, quod est Albedo; sed ex hoc quod est in hoc, quod pertinet ad rationem individui; ita natura hujus Argeli, non prohibetur esse in multis ex hoc, quod est natura in tali ordine rerum, quod pertinet ad rationem speciei, sed ex hoc quod non est nota recipi in aliquo subiecto, quod pertinet ad rationem individui. Ex quibus verbis prob. ratione fundamentali nostra conclusio.

7. Natura Angelica Gabrielis, v. g. inadæquate, & admodum rerum materialium cognita, cognoscitur à nobis sine singularitate; sed natura creatæ, sine singularitate cognitæ, potest intellectus tribuere secundam intentionem speciei prædicabilis, sicut secundum rationem tantum: ergo natura Angelica inadæquate, & admodum rerum materialium cognita, est species prædicabilis secundum rationem tantum. Mai. constat, siquidem unumquodque potest concipi sine illo, quod est de illius essentia; sed singularitas non est de essentia Metaphysica naturæ Angelicæ Gabrielis, cum non sit genus, nec specifica differentia: ergo natura Angelica Gabrielis inadæquate, & admodum rerum materialium cognita, potest à nobis cognosci, sine singularitate: min. vero principalis sic prob. Naturam angelicam sine singularitate cognitam, potest intellectus ad plura numero distincta comparare; sed ad actionem comparativa m. ad plura numero distincta, sequi-

tur secunda intentio speciei prædicabilis: ergo natura creatæ sine singularitate cognitæ, potest intellectus tribuere secundam intentionem speciei prædicabilis, sicut secundum rationem tantum, prob. Mai. Natura angelica sine singularitate cognita, utpotè nulli appropriata, manet quantum est ex se indifferens negativè, & per non repugnantiam ad plura: ergo potest ab intellectu ad plura comparari, prob. Ans. Natura angelica sine singularitate cognita, & nulli in particulari appropriata, & qualiter respicit singulare, in quo realiter erat, ac plura alia individua, si essent, & eodem modo de illis prædicaretur: ergo natura angelica inadæquate, & sine singularitate concepta, manet ex vi illius conceptus indifferens ad plura negative, & per non repugnantiam ergo potest ad illa plura ex vi illius conceptus, non repugnante, comparari. Et consequenter denominari species prædicabilis, secundum rationem tantum.

8. Dices quod licet natura angelica inadæquate concepta praescindat pro explicito à singularitate, non tamen potest ab illa praescindere pro implicito; cum sit ejus prædicatum essentiale; cumque singularitas implicita obstat universalitati: hinc est, quod natura angelica adhuc inadæquate concepta, non potest esse species prædicabilis. Sed contra replic. Quando unas gradus, non est de essentia alterius, potest ab illo, non.

solum pro expresso, sed etiam pro implicito praescindi; sed singularitas non est de conceptu specifico, & essentiali naturæ angelicæ: ergo potest ab illa, non solum pro expresso, sed etiam pro implicito praescindi: mai. patet, in Animali, & rationali: min. vero sic prob. Singularitas, ut supra diximus, nec est genus, nec differentia specifica, ex quibus Metaphysicæ, & essentialiter componitur species: ergo singularitas non est de conceptu Metaphysico, & essentiali naturæ Angelicæ: ergo poterit natura perfectè à singularitate praescindi.

9. + Dices cum alijs, quod hoc verum est, loquendo de singularitate formalis, non vero loquendo de singularitate radicali, à qua nunquam potest natura angelica adæquatè praescindere. Sed hæc solutio præter quam est contra D. Tho. sic rejicitur. Natura angelica, non solum à singularitate formalis, sed etiam à radicali perfectè potest praescindere: ergo ista solutio vim naturæ rationis non infingit: prob. ans. Potest natura angelica, concipi, ut radix gradus specifici, quin concipiatur, ut radix gradus individualis: ergo. Prob. ans. Ideo non posset concipi, ut radix gradus specifici, quin coacipiatur, ut radix gradus individualis, quia prædicti gradus proveniunt, & radicantur in eadem forma angelica; sed hoc non obstat: ergo potest forma angelica concipi, ut radix, conceptus specifici, quin con-

cipitur, ut radix conceptus individualis, prob. min. Conceptus genericus, & specificus proveniunt, & radicantur in eadem forma angelica, & tamen iusta contrarios potest concipi, secundum quod præstat, & radicat gradum genericum, quin concipiatur quatenus præstat, & radicat gradum specificum. Similiter gradus vivendi, sentiendi, & ratiocinandi, ab eadem anima proveniant, & in illa radicantur; & tamen potest concipi, quatenus præstat, & radicat gradum vivendi, quin concipiatur, quatenus præstat, & radicat gradum sentiendi, vel ratiocinandi: ergo pariter, licet gradus specificus, & individualis in Angelo proveniant ab eadem forma angelica, poterit concipi, ut radix unius gradus, quin concipiatur, ut radix alterius: ac proinde potest praescindi ab omni singularitate.

10. Obijc. 1. Natura angelica inadæquate, & ad modum rerum materialium cognita semper concipitur, cum positiva repugnantia ad plura: ergo non concipiatur, ut indiferens adhuc negativè ad plura, prob. ans. Natura angelica, ut à nobis inadæquate, & admodum rerum materialium concepta, semper concipiatur, ut irreceptibilis in materia; sed ob hanc rationem illi revera, & à parte rei plura repugnant: ergo etiam natura angelica inadæquate, & ad modum rerum materialium concepta, concipitur cum positiva repugnantia ad plura, prob. mai. Est formam ir-

irreceptibilem in materia est prædicatum esse naturæ Gabrie. lis v. g. ergo & si talis natura inadæquatè concipiatur semper concipiatur, ut irreceptibilis in materia. Confirm. esse formam irrecep. tibilem in materia est prædicatum genericum, commune omnibus Angelis; sed non potest natura angelica concipi, sine suo prædicto genericō: ergo adhuc inadæquatè concepta deber concipi, ut irreceptibilis in materia.

Resp. ad arg. dist. ult. aīs. esse formam irreceptibilem in materia, & prædicatum esse naturæ angelicæ per modum naturæ, neg. aīs. per modum principij individuationis, & singularitatis, conc. aīs. & neg. conseq. Dicimus ergo, quod licet esse formam irreceptibilem in materia, sic prædicatum, esse naturæ angelicæ, attamen sicut ipsa singularitas, non est prædicatum naturæ, sed individui, ita & naturam angelicam esse formam irreceptibilem in materia, non est prædicatum pertinens ad naturam, sed ad singularitatem, & modum individuandi, ut expresse asserit D. Tho. loco de spiritualibus creaturis jam supra citato, per hæc verba: Naturam angelicam non esse naturam recipi in aliquo; quod est idem ac esse irreceptibilem in materia; non pertinet ad rationem naturæ, sed ad rationem individui; cumque natura angelica inadæquatè, & per modum naturæ concipiatur à nobis, & non per modum indivi-

dū. Hinc est, quod concipitur si- ne positiva repugnantia ad plura: & dato, quod conciperetur, ut in materialis, & irreceptibilis in ma- teria, immaterialitate, & irrecep- tibilitate specifica, ex hoc non ori- tur repugnantia ad plura, cum ita indifferens maneat sicut ipsa natu- ra.

+ Ad confirm. dicimus, quod esse formam irreceptibilem in ma- teria, non est prædicatum generi- cum, propriè constituens naturam angelicam in esse naturæ, sed quo- dam principium commune omni- bus Angelis, ratione cuius conve- nit illis esse essentialiter singularis, ideoque cum magis pertineat ad individuationem, quam ad natu- ram, non est propriè prædicatum, genericum; ac proinde cum con- cipiatur à nobis natura angelica inadæquatè per modum naturæ non requiritur, quod, ut irrecep- tibilis in materia, concipiatur.

¶ Obijc. 2. Natura angelica est essentialiter singularis: ergo in nullo statu, etiam in intellectu po- test concipi absque singularitate. Prob. hæc conseq. dupliciter, & 1. sic secundum D. Tho. cap. 4. de ente, & essentia: Id quod essen- tialiter, & secundum se, aīcui convenit, semper, & in quo cum- que statu debet ei convenire: ergo si natura angelica est essentialiter singularis, in nullo statu, etiam in intellectu potest concipi absque singularitate. 2. prob. eadem con- seq. quia Petrus est essentialiter sin- gularis, numquam potest sine sin-

gularitate concipi: ergo pariter; si Angelus est essentialiter singularis, semper debet cum singularitate concipi.

Confirm. arg. Nulli naturæ, absque fundamento, potest tribuere intellectus secundam intentionem speciei; sed nullum est fundamentum in natura Gabrielis, ut illi intellectus intentionem tribuat speciei prædicabilis: ergo non potest intellectus talem secundam intentionem illi tribuere, prob. min. Natura Gabrielis est essentialiter singularis: ergo.

Resp. ad arg. conc. afis. neg. conseq. ad cuius r. prob. Resp. explicando D. Tho. *Id quod essentialiter, & secundum se convenit aliquid, in omnium statu debet ei convenire;* si concipiatur adæquate, conc. afis. si concipiatur inadæquate, neg. afis. & conseq. Dicimus ergo, quod illud axioma D. Tho. debet intelligi, quando res adæquate, & prout est in re concipiatur, non tamen quando concipiatur inadæquate; cumque natura angelica, prout in hoc statu, non concipiatur à nobis adæquate, sed inadæquate, & admodum rerum materialium: hinc est, quod, & si singularitas conveniat illi in re essentialiter, & secundum se, potest concipi à nobis sine singularitate. Ad 2. prob. Dicimus verum esse, quod Petrus nunquam potest concipi, ut universalis, & sine singularitate, sicut nec hic Angelus, quia prout sic significatur per nomen proprium individui, bene tamen.

pollunt concipi, ut universales, ut significatur nomine prædictivæ naturæ, quia prout sic non important singularitatem.

Ad confirm. Resp. conc. mai. dist. min. Sed nullum est, fundatum in natura Gabrielis, ut illi intellectus tribuat intentionem speciei prædicabilis, si consideretur *in se*, conc. min. ut à nobis pro hoc statu cognita, neg. min. & conseq. Licet namque in natura Gabrielis, nullum sit fundatum ad intentionem speciei prædicabilis, si *in se*, & secundum se consideretur; benè tamen secundum quod propter sui perfectiorem nostri intellectus à nobis pro hoc statu cognoscitur, admodum rerum compositarum materialium, & fundamentum, ut concipiatur, ut natura, non concipiendo ejus singularitatem, quod est sufficiens fundatum, ut illi tribuat intellectus secundam intentionem universalis, & speciei prædicabilis secundum rationem tantum.

Obijc. 3. Natura Gabrielis non potest habere relationem speciei prædicabilis: ergo nec potest denominari species prædicabilis, prob. afis. Relatio speciei prædicabilis, est relatio ad plura individua; sed natura Gabrielis, non potest habere plura individua, ad quæ referatur: ergo nec potest habere relationem speciei prædicabilis, prob. m:n. Natura Gabrielis non potest referri ad plura individua realia existentia, nec possibilia; alias nec potest referri ad plura in-

dividua facta, & rationis; cum na-
tura realis non possit de illis verè,
& univocè prædicari: ergo natura
Gabrielis non potest habere plura
individua, ad quæ referatur.

R esp. neg. a.ñs. &c ad illius
prob. dist. mai. Relatio speciei est
ad plura individua existentia, vel
absolutæ possibilia solum, neg. mai.
existentia, possibilia, vel sub con-
ditione concepta, conc. mai. & sub
eadem dist. min. neg. conseq. Li-
cet namque natura angelica non
possit referri ad plura individua
existentia, vel absolutæ possibilia,
& ideo non sit species prædicabilis
secundum rem, potest tamen re-
ferri ad plura individua realia, sub
conditione concepta, & non re-
pugnantia ex aliquo capite: intel-
lectus enim concipiens naturam
Gabrielis absque singulatitate, con-
cipit sub conditione plura indivi-
dua, non repugnantia ex aliquo
capite, ex illo videlicet conceptu
inadequato naturæ; quia si talia in-
dividua esse possent; natura illa
respiceret, & de illis, quantum
est ex i.e., & ex vi illius inadæquat
conceptus æqualiter, ac de indivi-
duo in quo realiter erat, prædicar-
etur, quod sufficit ad universale
secundum rationem tatum. Exem-
plum est in fine: quamvis enim fi-
nis in communi sentent. debeat es-
se aliquid reale, stat quod aliquis
ex errore appetat, quod nullam
existentem, aut possibilem habeat
bonitatem, in quo casu, licet non
finalicet illum actum aliqua boni-
tas realis existens, aut possibilis,

finalizat tamen illum, aliqua boni-
tas realis ab intellectu concepta, &
objecto falso applicata.

13 Obijc. 4. Si naturæ Angelicæ,
ut à nobis concipitur intentio-
nem possemus tribuere speciei
prædicabilis, etiam possemus il-
lam tribuere natura divina, etiam
ut à nobis concipitur; consequens
est falsum: ergo & a.ñs. prob. se-
quela. Ideo per nos possumus tri-
buere naturæ angelicæ intentionem
speciei prædicabilis, quia conci-
pimus illam, ut naturam, & non,
ut individuam; sed etiam possemus
naturam divinam concipere, ut
naturam, & non, ut individuam,
& singularem: ergo si naturæ an-
gelicæ possemus tribuere intentio-
nem speciei prædicabilis, etiam il-
lam possemus tribuere Deo:

R esp. ad arg. neg. sequela.
Et ratio est, quia ad rationem spe-
ciei secundi prædicabilis requiritur
necessario compositio ex genere,
& differentia, & consequenter,
quod verum prædicatum excludat
à suo conceptu aliud, cumque te-
tum hoc repugnat Deo, utpote
omino simplex, & actus purus,
non tamen hoc repugnat cuilibet
naturæ creatæ: hinc sic, quod, &
si naturæ angelicæ possumus tri-
buere secundam intentionem spe-
ciei secundi prædicabilis, nullo
modo illam possumus tri-
buere naturæ divina, etiam si ad
modum rerum materialium

concipia-

etur.

(o)

QUÆST. XI.
UTRUM DIFFINITIONES
individuali à Porphyrio assignatae
sint bona?

Cum individuum sit correlatum speciei, postquam de specie egimus, in ito incipimus in hac quæst. de individuo tractare. Individuum ergo potest duplicitate sumi, *Logice*, seu secundo intentionaliter; & *physice*, seu primo intentionaliter. Primo modo sumptum diffinitur à Porphyrio sic: *Est quod de uno tantum predicatur*. Secundo modo sumptum, sic ab eodem Porphyrio diffinitur: *Est cuius cōlectio proprietatum in uno reperta, in alio reperiri non potest*. Et de beatitudine utriusque definitionis dubitamus.

Unde pro explicatione veritatis, dico 1. *Individuum Logicum dicit relationem subiectibilis ad speciem*, & *predicabilis ad se ipsum*: hoc tamen nomen individuum, equivocum est respectu subiectibilis, & predicabilis. Hęc conclusio habet tres partes probandas, & quoad primam prob. breviter sic. Species dicit relationem subiectibilis ad genus: ergo individuum dicit etiam relationem subiectibilis ad speciem. Prob. hęc conseq. Ideo species dicit relationem subiectibilis ad genus, quia immediate subiectitur generi, & genus de illa in eo quod quid predicatur sed etiam individuum immediate subiectetur speciei, & species de il-

lo in eo quod quid predicatur: ergo si species dicit relationem subiectibilis ad genus, etiam individuali dicit relationem subiectibilis ad genus, etiam individuali dicit relationem subiectibilis ad speciem. Unde prout sic: optime diffinitur, est quod immediatè subiectitur species, & de quo species in eo quod quid predicitur.

Secunda etiam pars conclusionis est certa, siquidem individuum verè predicatur de se ipso dicendo: Petrus est Petrus: ergo necessario dicit relationem predicabilis ad se ipsum, non quidem relationem, qua est parsio universalitatis, hęc enim est ad plura, sed relationem predicabilis de unotantum. Et secundum istam considerationem diffinitur à Porphyrio, prima definitione assignata. Prob. denique 3. pars conclusionis. Hoc nomen species equivocum est, ad speciem subiectibilem, & predicablem: ergo etiam hoc nomen individuum equivocum est ad individuum subiectibile, & predicable. Ahs. est communе. Conseq. vero prob. Ideo hoc nomen species equivocum est, ad speciem subiectibilem, & predicablem, quia species subiectibilis, & predicable solum habent nomen communе; sed etiam individuali subiectibile, & predicable solum habent nomen communе ergo sicut nomen species est equivocum, ad speciem subiectibilem, & predicable, ita nomen individuali equivocum est, ad individuum predicable, & subiectibile.

3 Dico 2. Licet per primam distinctionem Porphyrii, ut diximus, distinguitur individuum, secundo intentionaliter; cum distingatur per predicari, & per secundam, primo intentionaliter proprietates reales individui, utraque tamen distinctione est bona; quod sic ostenditur: illa est bona distinctione, quæ constat genere, & differentia; sed utraque distinctione, hoc habet: ergo prob. mai. illa particula, *predicari* in prima distinctione, ponitur loco generis, quia in hoc quod est praedicari convenienter individuum cum alijs praedicabilibus. Illa vero particula de *uno tantum*, loco differentiæ, quia per hoc differt ab alijs; similiter in 2. distinctione, illa particula cuius *collectio proprietatum*, est genus, & aliæ particulae, loco differentiæ collocantur: ergo utraque constat genere, & differentia. Advertendum est tamen, quod se secunda distinctione est descriptiva, cum detur per accidentia propria, & proprietates accidentales reales individui, quæ in hoc versiculo continentur: *forma*, *figura*, *locus*, *tempus*, *cum nomine*, *sanguis*, *patria*. Hæc sunt septem, quæ non habet unus, & alter. Forma non sumitur pro forma substantiali, sed pro accidentali complexionis, & pulchritudinis. Figura significant proportionem partium, numerum longitudinem, & rectitudinem: locus significat terram, in qua aliquis est natura: tempus significant momentum generationis, nomen significat, illud, quod cuique imponitur. Sanguis significant prosopiam nobilem, vel ignobilis Parentum, Patria denique significant Provinciam, vel Regnum. Ex quibus cum plura sint accidentia propria, alia communia, plures possunt in pluribus repetiri; collectio tamen eam, unius tantum potest convenire.

4 Obijc. 1. Individuum non potest diffiniri: ergo non bene à Porphyrio distinguitur, prob. aīs. Individuum est singulare, sed de singularibus teste Philosopho 7. Metaphysicæ cap. 15. non datur scientia, nec distinctione: ergo individuum nequit distingui.

Resp. ad hoc arg. neg. aīs. ad cuius prob. conc. mai. dict. min. Sed de singularibus non datur scientia, nec distinctione, de singularibus in particulari, conc. n. inde singularibus in communi, neg. min. & conseq. Dicimus ergo, quod licet quodlibet si gula sit in particulari, nec sit scibile, nec distinibile, quia prout sic, quodlibet individuum corruptibile est, ratio tamen communis individui ab omnibus illis abstracta, bene potest distiniri, sicut illam distinxit D. Tho. i. p. q. 2 4. art. 4. sic individuum est *indivisum in se*, & *divisum à quolibet alio*; cumque sic Porphyrius, utraque distinctione individuum distinguerit; hic est, quod utraque distinctione est recte atsignata.

5 Obijc. 2. Prima distinctione assignata à Porphyrio non convenit

individuo vago, v. g. *aliquis homo*, nec individuo ex suppositione, nec individuo determinato: ergo talis diffinitio, ut potè nulli individuo competens, non est rectè assignata. Ans. quantum ad primam, & secundam partem constat, siquidem individuum vagum, & ex suppositione, nec sunt simpliciter individua, nec de uno tantum, sed de pluribus prædicanter: quo ad tertiam vero partem in qua est difficultas, prob. ans. sic. Individuum determinatum v. g. *Petrus*, non prædicatur de alio, à se distinto, nec de se ipso, nisi prædicatione identica dicendo *Petrus est Petrus*, quæ non est propriæ prædicatio: ergo prædicta diffinitio non convenit individuo determinato.

Resp. neg. ans. quantum ad 3. part. Omni enim individuo determinato convenit prædicari de uno tantum, sive prædicatione identica, & non artificiali, ut cum dicitur *Petrus est Petrus*, sive prædicatione minus identica, & magis artificiali, ut cum dicitur *Petrus est hic homo*, sive prædicatione formali, ut cum de individuo substantia, prædicatur individuum accidentis, ut si dicas *Petrus est hoc album*; cumque prima diffinitio solum explicare, intendat, id quod est proptium individui, quod est de uno tantum, sive identice, sive artificiose prædicari; hinc est, quod convenit omni individuo determinato.

Obijc. 3. contra secundam

a signatam diffinitionem. Quan lo dicitur in illa, cuius collectio pro prietatum in uni reperi a, in alio reperi non potest, vel intelligitur de proprietatibus secundum speciem, vel secundum numerum; non primum, quia omnes proprietates secundum speciem in uno in dividuo reperta possunt in altero reperi; nec secundum, nam si de proprietatibus secundum numerum loquamus, non solum, omnes, sed nec aliqua in uno individuo reperta potest eadem numero, in alio reperi; cum idem numero accidens esse in duplice subje^ct^eto repugnet: ergo nec 3. diffinitio est rectè assignata.

Resp. Quod prædicta particula, non debet intelligi, in primis de proprietatibus propriè sumptis, prout sunt idem ac proprie^s passiones, quia unum individuum non habet, & alias passiones, ac habet alter ejusdem specie; nec intelligenda est de proprietatibus secundum speciem; sed intelligenda est de quibasdam accidentibus individualibus, quorum, quamvis aliqua in uno individuo reperta, ut potè accidentia extrinseca, seu denominationes extrinsecæ, possint eadem numero in alio reperi, ut esse talis Patriz, habere eam Patrem, quæ in subje^ct^eo non subje^ctantur; omnia tamen accidentia, seu collectio illorum in uno individuo reperita, in alio eadem numero reperi non potest.

QUÆST. XII.

DE DIFFERENTIA.

UTRUM DIVISIO DIFFERENTIE IN COMMUNEM, PROPRIAM,
O PROPIISSIMAM, & ALIE DIFFERENTIA DIVISIONIS, SIT
BONA &

Differentia communiter dicta, nihil aliud est, quam forma per quam unum differt ab alio, quæ dividitur primo in differentiam commonem, propriam, & propiissimam: differentia communis est illa per quam unum differt ab alio, vel à se ipso, tanquam per accidens separabile. Sicut se de re est differentia communis Petri sedentis, quia per illum differt à Paulo, non sedente, & à se ipso, quando non sedet.

2. Differentia propria est illa per quam unum differt ab alio tantum per accidens inseparabile: ut rationalitas est differentia propriam hominis, ab æquo. Differentia propiissima est illa per quam unum differt ab alio essentialiter, tanquam per differentiam speciem. Sicut rationalitas, est differentia propiissima hominis, per quam differt essentialiter ab æquo.

3. 2. Dividit Porphyrius differentiam in tota sua latitudine ac-

ceptam indifferentiam, quæ facit diffire per accidens, & indifferentiam, quæ facit diffire per se. Sub primo membro, continentur differentia communis, & propria, sub secundo, continentur differentia propriissima, quæ sola facit diffire per se, & facit aliquid dividit genus, & constituit speciem. Aliæ vero differentiae solam faciunt diversum.

4. Tertiò dividit Porphyrius differentiam etiam in tota sua latitudine indifferentiam separabilem, & inseparabilem. Sub primo membro continentur differentia communis. Et sub secundo continentur propria, & propiissima. Differentia inseparabilis subdividitur à Porphyrio, indifferentiam, quæ inest per se, & indifferentiam, quæ inest per accidens, id est indifferentiam propiissimam, & indifferentiam propriam, & communem. Inter quas hec est differentia, quod differentia, quæ inest per accidens, suscipit magis, & minus, unusque homo est magis *Albus*, & magis *Nasciturus*, quam alter, quod quidem non habet differentia, quam inest per se, quia unus homo non est magis, nec minus *rationalis*, quam alter.

5. Denique subdividit Porphyrius differentiam, quæ inest per se, indifferentiam, quæ dividit genus, & indifferentiam, quæ constituit speciem, quæ membra dividenda possunt significare diversas differentias, vel unam tantum, cum duplice respectu, quia in ordine ad sus-

superius genus, erit divisiva, & in ordine ad speciem inferior in erit constitutiva. Ut patet in ratione isto, quæ est constitutiva hominis, & Animalis divisiva. Quibus superpositis difficultas est de prima, & principali divisione differentia, incomunem, propriam, & propriissimam; an sit bona, & adæquata? Pro cuius resolutione.

6 Dico. *Dicitur differentia incomunem, propriam, & propriissimam bona est, & adæquata.* Hec cœlus. breviter prob. sic. Nam illa divisio est bona, & adæquata, in qua membra dividentia adæquata exauriunt confessionem divisi; sed membra hujus divisionis hoc habent: ergo est bona, & adæquata divisio, prob. min. Quid. quid facit differre, vel facit differre essentialiter, vel accidentaliter; si facit differre essentialiter est differentia propriissima; si accidentaliter, vel facit differre accidentaliter inseparabiliter, vel accidentaliter separabiliter. Si primum est differentia propria, si secundum, vel facit differre accidentaliter inseparabiliter, vel separabiliter, si inseparabiliter est differentia propria, si separabiliter est communis: ergo membra hujus divisionis adæquate exauriunt totam confusionem divisi.

7 Contra prædictam divisionem. Obijc. 1. Genera suprema differunt inter se; sed non per aliquam ex assignatis differentijs: ergo divisio prædicta est insufficiens, prob. min. In primis, ge-

nera suprema non differunt per differentiam propriam, vel communem; cum differant essentialiter; alias nec differunt per propriissimam: ergo non differunt per aliquam ex assignatis differentijs, prob. min. Differentia propriissima componit textum Porphyrio, & constituit speciem; sed hoc non habet differentia generis supremi cum genus supremum species non sit: ergo genera luptentia non differunt differentia propriissima.

Resp. ad hoc arg. conc. illius assumptum, nam aliud est differre, aliud diversum esse. Ea enim dicuntur diversa, quæ non per aliud superadditum, sed se ipsis differunt; sicut ea, quæ sunt primo diversa; ea vero dicuntur differre, quæ per aliquid superadditum ab alio differunt, & quæ sic differunt, non se totis differunt, sed convenienter univocè in aliquo; cumque genera suprema sic propriè non differant, sed sint primo diversa, quia se totis distinguunt, & in nullo, nisi in gradu communissimo entis converiant, non nitum, quod per nullam ex assignatis differant differentiam.

8 Obijc. 2. Propria passio est verè differentia; & tamen non pertinet ad aliquam ex assignatis: ergo prædicta divisio non est bona, & adæquata. Melius constat si quidem per risibilitatem homo differt ab equo. Melius vero sic prob. In primis propria passio non est differentia communis, cum non

sit separabilis, nec est differentia propriissima, cum nullam constitutat speciem, nec denique est differentia propria, quia hæc provenit a principijs individualibus, & propria passio provenit a principijs essentialibus, & specificis, & magis, & minus non suscipit; ergo propria passio ad nullam ex praedictis differentijs pertinet.

Resp. conc. mai. neg. min. ad cuius prob. conc. mai. dist. min. quantum ad 2. part. Propria passio non est differentia propria virtualiter, conc. min. formaliter, neg. min. & conseq. Dicimus ergo, quod propria passio, formaliter solum facit differre proprie; virtualiter tamen, & illative facit differre propriissime. Ut bene narrat Cajtanus in hoc cap. de differentia; quia ex differentia per propriam passionem, bene infertur differentia essentialis, formaliter tamen solum facit differre accidentaliter proprie: ac proinde propria passio quomodo cumque consideretur, ad aliquam reducitur ex assignatis differentijs.

9. Obijc. 3. In hac divisione, membra dividentia non distinguuntur: ergo non est bona divisio, prob. ahs. eadem met differentia est communis, propria, & propriissima: ergo. Prob. ahs. *disgregatio* *en* *vifus* est differentia communis hominis, ab illoque separabilis, sicut ipsa Albedo; & est differentia propria cygni, & propriissima Alb: ergo eadem differentia est communis, propria, & propriissima.

Resp. dist. ahs. membra hujus divisionis non diligenter, conc. ahs. formaliter, neg. ahs. & conseq. Licet namque aliquando membra hujus divisionis coincident in codem materiali, ut contingit in exemplo in arg. aducto, formaliter tamen distinguuntur; idem enim *disgregativum vi-* *sus*, secundum quod respicit hominem, cygnum, & album, diversam habet formalitatem; & sic secundum illas diveratas formalitates, non i*convenit* quod diversas differentias rationes obtineat. Cumque hoc sufficiat ad bonam divisionem: hinc est, quod si bona nostra divisio.

10. Obijc. 4. Differentias privativas v. g. *in animalium, irrationalium, & similes*, sunt divisiones generis; & tamen non sunt constitutivas interioris speciei: ergo male insinuat Porphyrius in ultima divisione, omnem differentiam divisivam generis, esse constitutivam speciei, prob. min. Differentia constituit speciem addendo novum gradum perfectionis generis; privatio seu differentia privativa, non dicit perfectionem aliquam: ergo differentia privativa, non sunt constitutivas speciei.

Resp. conc. mai. dist. min. sed differentias privativas non sunt constitutivas interioris speciei formaliter, Oratione sui, conc. min. substitutio, & ratione formæ positiva, per qua substituunt, neg. min. & conseq. Dicimus ergo cum nostro Authore hic quali. unica

solot. ad 4. quod licet differentia privativæ, ut privativæ, nullam addant perfectionem *sopra* genus, ac proinde ratione sui nullam speciem constituent, ponuntur tamen loco unius, vel plurium differentiarum, positivarum, quæ nobis sunt ignota, vel non facile numerari possunt, quæ quidem genus dividunt, & speciem constituent. Ac proinde differentia privativæ licet ratione sui non dividant genus, nec constituent speciem; bene tamen ratione formarum, vel differentiarum, pro quibus substituent.

¶ Obje. ultim. contra secundam divisionem. Non est proprium differentia propria facere aliud: ergo male dicit Porphyrius, quod sola differentia propria facit aliud. Prob. aūs. Unum individuum est aliud, ab individuo ejusdem specie, ut Petrus est aliud individuum à Paulo; & tamen non differunt propria differentia: ergo non sola differentia propria facit aliud.

Resp. neg. aūs. ad cujus prob. neg. mai. Nam licet individuum eisdem speciei sic aliis, ab alio individuo, non tamen est aliud, ab illo; quia ly aliud dicit diversitatem in essentia, & ly aliud in sola persona, qua ratione conceditur in divinis, quod filius est aliud à patre, negatur tamen, quod sit aliud à patre, nisi ly aliqua sumatur adjectivè; ut si dicas filius est aliud suppositione, à supposito Patris.

QUÆST. XIII.

UTRUM DIVISIO DIFFERENTIA in communem propriam,
O propriam sit Analogia?

PRO intelligentia, & resolutione hujus questionis est notandum, quod differentia potest considerari dupliciter, scilicet primo intentionaliter, seu phyliticè, & secundo intentionaliter, seu Logice; & primo intentionaliter adhuc potest considerari dupliciter, primo intentionaliter pro substrato, materialiter considerato, vel primo intentionaliter formaliter, quantum ad munus faciendi ferre unum ab alio. Unde differentia sumpta pro substrato materialiter sumpto, certum est, quod talis divisio non est univoca, sed Analogia; quia sic accepta, una differentia est substantia, alia accidens, alia realis, alia rationis, quibus non datur aliquid communem univocum. Unde ictum procedit difficultas de illis formaliter acceptis, scilicet, primo intentionaliter, quo ad munus faciendi differre: quo supponito.

Dico 1. Differentia primo intentionaliter, sumpta formaliter, O quo ad munus faciendi differre Analogie dividatur in communem, propriam, O propriam. Quod sic ostenditur. Quando membra dividentia inqualiter

participant rationem divisi, divisionis Analogia est; sed in hac divisione, membra dividentia in aequaliter participant rationem divisi: ergo differentia primo intentionaliter sumpta, & quo ad munus faciendi differre, Analogie dividitur in communem, propriam, & propriissimam. Mai. cum conseq. est nota. Min. vero sic prob. Sola differentia propriissima est simpliciter differentia, alia solum secundum quid: ergo. Prob. aūs. Sola differentia propriissima facit differre simpliciter, alia vero secundum quid: ergo. Prob. aūs. Facere differre essentialiter, est facere differre simpliciter, & facere differre accidentaliter, est facere differre secundum quid; sed sola differentia propriissima facit differre essentialiter, alia vero accidentaliter: ergo sola differentia propriissima facit differre simpliciter, & alia secundum quid. Consequenterque differentia primo intentionaliter sumpta, & quoad munus faciendi differre, Analogie dividitar in communem, propriam, & propriissimam.

3 Dico 2. *Differentia etiam secundo intentionaliter accepta, Analogie dividitur in communem propriam, & propriissimam.* Quod sic prob. secunda intentiones, cum relationes sint, eodem modo convenient, ac earum fundamenta, ut fundamenta sunt; sed fundamenta differentiarum, ut fundamenta sunt, solum Analogie convenient: ergo differentia secundo

intentionaliter sumpta, Analogie dividitur in communem, propriam, & propriissimam. Min. constat ex prima conclusione mai. vero sic prob. Implicitur, quod fundamenta primo intentionaliter sumpta continentur Analogice in ratione faciendo differre, absque eo, quod Analogentur differentia etiam secundo intentionaliter sumptarum: ergo si fundamenta primo intentionaliter sumpta Analogantur, etiam secundo intentionaliter sumptarum Analogantur differentiarum. Prob. aūs. Implicitur quod aliquid secundo intentionaliter sumptum, dicatur differentia simpliciter talis, & quod primo intentionaliter sumptum, sit differentia secundum quid; sicut implicat, quod natura, quæ primo intentioniter sumpta est species incompleta, & secundum quid, secundo intentionaliter sumpta denominetur species completa, & simpliciter talis: ergo implicitur, quod fundamenta primo intentionaliter sumpta, & quo ad munus faciendi differre Analogentur, & quod non Analogentur etiam differentiarum fundatae, secundo intentionaliter sumptarum.

4 Contra 1. conclus. Obijc. I. Membra supradictæ divisionis aequaliter participant rationem divisi: ergo est univoca talis divisionis. Prob. aūs. Differentia propria, & communis, etiam sunt simpliciter differentiarum, ac aequaliter participant rationem divisi. Prob. aūs. Differentia propria, & communis sunt propriæ differentiarum: ergo sunt

simpliciter differentia.

Resp. ad hoc arg. conc. ult. antec. neg. conseq. Quamvis enim differentia propria, & communis faciant proprie differre, non tamen faciunt differre essentialiter, & simpliciter, sed tantum accidentaliter, & secundum quid; ideoque quamvis sint differentiae proprie, non tamen sunt differentiae simpliciter: admodum quo licet *accidens* sit propriè ens, non tamen est *ens* simpliciter.

5. Obijc. 2. contra 2. conclus. Licet genus primo intentionaliter pro substrato acceptum, sit Analogum ad omnia substracta generis, quia aliqua sunt substantia, alia accidentia, alia realia, alia rationis; tamen secundo intentionaliter sumptum, univocè in omnia genera dividitur: ergo pariter, licet differentia primo intentionaliter sumpta, Analogice dividatur indifferentiam communem propriam, & propriissimam; 2. tamen intentionaliter accepta, univocè dividitur.

Resp. conc. antec. neg. conseq. & ratio disparitatis est, quia genus etiam primo intentionaliter, & pro substrato acceptum, & in esse entis, solum dicitur Analogice de omnibus substractis generum, non autem formaliter, ut formaliter est substratum, & fundamentum intentionis generis, quia prout sic omnia genera, quamvis in esse entis Analogice distincta, univocè convenienter, in eo videlicet, quod omnia illa equaliter dicunt

rationem essentialiter contrahibilem, sive illa sit accidens, sive substantia, realis, vel rationis: ideoque, non nimirum, quod intentio generis in hac ratione fundata, univoce de omnibus intentionibus generum dicitur; at vero differentia in ratione formaliter differentiae, & ut fundat intentionem differentiae, Analogice dicitur de communi, propria, & propriissima; cum fundet eadem intentionem primo intentionaliter, & quo ad munus faciendi differre, in quo, ut diximus, Analogice conveniunt, & ideo talis Analogia illius primo intentionaliter accepta, infert Analogiam differentiae, etiam secundo intentionaliter samptæ.

QUÆST. XIV.

UTRUM DIFFINITIONES
differentie à Porphyrio assignatae sint bona?

Pro resolutione hujos questio est adverteadum, differentiationem triplicem actum habere, scilicet, dividere genus, constitutere speciem, & distinguere unam speciem ab altera. Et secundum haec diversitatem actuum, varie Porphyrius diffinivit differentiam. Primo per respectum ad genus, sic differentia est, *qua species excedit genus*, in ordine ad inferiora, & ut praedicabilis sic: differentia est, *que prædicatur de pluribus differentibus specie in quæ quid*. Tertio sic illam diffinivit, est,

quod sub apta natura separat est, quae sunt sibi eodem genere, ut rationale, separat hominem, ab equo, qui sub eodem genere Animalis continentur. 4. Diffinitur differentia, quod sit illa per quam differunt inter se singula. Ut rationale est differentia, qua distinguunt homo, & equus. Denique illam diffinivit per hoc, quod sit constitutus va*is*entia. Quia diffinitiones, utpote explicantes proprium munus differentiae optimae sunt, quod non aliter melius potest cognosci, quam illas aliquibus objectionibus examinando.

2. Contra 1. diffinitionem Ob*ij*c*tio*n*e*s. 1. Differentia, quam habet species etiam continetur in genere: ergo male dicitur, quod ratione differentiae species excedit genus. Prob. a*ns*, dupl. & 1. sic. Genus est totum potentiale respectu speciei: ergo continet, quidquid continet species; ac proinde, & differentiam; alias genus non posse de specie vere praedicari. 2. prob. idem a*ns*. Si differentia, quam habet species, non continetur in genere, illam haberet species ex nihilo; si namque homo rationalitatem ab Animali, non haberet, non est unde illam habeat: ergo differentia, quam habet species necessario continetur in genere.

+ Confirm. Prima diffinitione solum convenit differentiae propriissimae: ergo male differentia in communione tali diffinitione diffinitur. Prob. a*ns*. per talen diffinitionem, sicut per alias diffinitiones

differentia, secundum tres actus dividendi genus, constituendi speciem, & distinguendi unam speciem ab alia; sed isti actus, talem competit differentiae propriissimae: ergo & prima diffinitione solum convenit differentiae propriissimae.

3. Resp. ad arg. dist. a*ns*. Differentia, quam habet species, etiam continetur in genere, impotentia, conc. a*ns*. actu, neg. a*ns*. & conseq. Dicimus ergo, quod differentia, quae constituit speciem, & actu continetur in specie, continetur etiam in genere, non tamen actu, sed solum impotentia; quia cum genus se habeat, ut materia, & differentia, ut forma, sicut in materia continentur, non actu, sed impotentia omnes formae; ita etiam suo modo omnes differentiae continentur in potentialitate generis; & sicut cum generatur aliiquid materiale, forma non sit ex nihilo, sed ex potentia materiae; ita species non habet differentiam ex nihilo, sed ex potentialitate Logica generis. Per quod patet ad primam, & secundam prob. anteced.

Ad confirm. Resp. quod ut supra notavimus, in omnibus diffinitionibus assignatis differentiae, praeter ultimam, debemus aliiquid subintelligere, & in prima; quod per differentiam species excedat genus, id est, quod excedat illam essentialiter, aliquam essentiam perfectionem habens supra id, quod actu includit genus, & hoc solum differentiae propriissimae convenit.

Ob*ij*

4 Obijc. 2. contra 2. distinctionem differentiæ. Prædicari in quale de pluribus differentibus specie , etiam competit proprio, & accidenti, quæ cum sint qualitates , in quale prædicantur : ergo secunda diffinitio , utpote conveniens alijs à diffinito , bona non potest esse. Resp. Quod secunda diffinitio , nec convenit proprio, nec accidenti ; quia quando dicuntur , quod differentia prædicatur in quale , debet intelligi , in quale *essentialiter* , quod nec proprio, nec accidenti convenient.

QUÆST. XV.

*UTRUM DIFFINITIO DIF-
FERENTIE PREDICABILIS, OMNIBUS
COMPETAT DIFFERENTIIS.*

Differentia , ut prædicabilis diffinitur sic : est que prædicatur pluribus differentibus specie in quale quid. De qua diffinitione inquirimus , an omnibus convenient differentiis ?
 2 In qua difficultate unum supponimus , & alterum inquirimus. Supponimus namque , non solam dati differentias subalternas , sed etiam Athomas speciei insinu. Quo supposito , quod inquitur est ; an prædicta diffinitio , ut jacet , omnibus differentiis , etiam Athomas convenient ? Et ratio dubitandi est , quia , cum differentia à Thomæ v. g. *rationalis* , non habeant aliqua sibi inferiora , quæ differentia specie , non possint de-

pluribus differentibus specie prædicari : ac proinde illis non convenient prædicta diffinitio.

3 + Cajetanus cui plures subscripti bunt in hoc cap. de differentia asserit , quod prædicari de pluribus differentibus specie in prædicta diffinitione bebet intelligi , non *positivè* , sed *negativè* , & per non repugnantiam , ut diffinitionis sensus sit , quod differentiæ , ut differentiæ non repugnat prædicari de pluribus differentibus specie ; sic enim intellecta diffinitio omnibus differentiis convenient , nam licet differentiæ à Thomæ , in quantum à Thoma est , repugnet prædicari de pluribus differentibus specie , id tamen non repugnat in quantum differentia est , alias id omni repugnaret differentiæ. Et quod sic debeat intelligi talis diffinitio , probat Cajetanus exemplo *Quanti* , cum enim diffinitur quantum quod sit divisibile : ibi divisibile non sumitur positivè , sed negativè , & per non repugnantiam , alias prædicta diffinitio non competetur omni quanto , nimirum , *Cœlo* , & minimo naturali sumitur ergo ibi divisibile negativè , & per non repugnantiam : id est , quod quanto , ex eo , quod quantum est , non repugnat esse didissibile. Sic pariter dicendum est in praesenti. +

4 + 2. alij explicant diffinitionem differentiæ possitam , dicendo , quod illa particula , differentibus specie , non intelligitur de pluribus differentibus specie inter se , sed

ab alijs + & hoc modo intellecta etiam differentijs à Thomis convenit dissimilitudin, quia licet iste solum prædicentur de solo numero differentiis inter se, prædicantur tamen de pleribus differentiis specie ab alijs, Petrus namque, & Paulus, de quibus *rationalis* prædicatur, non solum dissimilares numero inter se, sed etiam dissimiles specie ab alijs per ipsammet differentiam? Quid vero nos in hac parte sentiamus 2. conclusione explicabimus.

5 Dico ergo primò: *Non potest in dissimilitudine differentiæ intelligi illa particula, de pluribus differentiis specie, negativè.* Oppinor repugnantiam: quod sic prob. 1. Definitiones rerum dantur ad explicandas rerum essentias: ergo non possunt dari per id, quod dissimilitudinis convenit per meram non repugnantiam. Ans. est certum conseq. vero prob. illud, quod alicui convenit tantum per non repugnantiam, non explicat, quid illud sit; sed solum dicit, quid ei non repugnet: ergo si dissimilitudines dantur ad explicandas essentias rerum, non possunt dari præcisè per id, quod dissimilitudinis non repugnat. Prob. ans. per hoc, quod homini v.g. non repugnet esse *Album*, non i[n]notescit nobis, quid sic homo: ergo illud, quod convenit aliqui per meram non repugnantiam, non explicat quid illud sit, sed solum quid illi non repugnet.

act. 2. prob. hoc idem, si ut alii quid recte dissimilitudin sufficeret,

quod dissimilitudin solum per non repugnantiam illi conveniret; scilicet dissimilitudinem hominis, in animali *rationale*, convenire equo, & equum per illam optimè dissimili; sed consequens absurdum est: ergo ut aliquid recte dissimilitudin non sufficeret, quod dissimilitudin solum per non repugnantiam illi conveniat. Sequala proba. Nam licet esse rationale repugnet equo, ipso quantum tale animal; non tamen in quantum Animal est: ergo sicuti, quantum differentiæ Animalis, in quantum tali repugnet prædicari de pluribus differentiis specie; quia id non repugnat illi in quantum differentiæ est, potest dici, quod illi convenit talis dissimilitudine differentiæ, ita potest dici, quod dissimilitudin hominis competet equo. Et quod magis est posset dici, quod dissimilitudine differentiæ omni prædicibili convenit, quia quantum prædicta in quale quid non conveniat generi, & speciei, in quantum talia prædicabilia sunt, id non repugnat illis in quantum universalia, & prædicta sunt.

7 (+) Dices, quod differentiæ possunt convenire prædicta dissimilitudin, quo ad essentia, quo includit, scilicet, quo ad actum primum prædicandi de pluribus differentiis specie, licet illa, quo ad accidentale, scilicet, quo ad actum secundum prædicandi de pluribus differentiis specie, differentiæ præcisè per non repugnantiam convenient. Sed contra hoc efficiunt.

gium sic insurgo. Actus primus prædicandi de pluribus differentiis specie non convenit positivè differentiis, ut sic: ergo prædicta diffinitio non convenit positivè differentiis, quo ad essentialia, quæ includit. Prob. aūs. Si talis actus primus positivè conveniret differentiis, ut sic, nulli differentiis repugnaret; sed talis actus primus repugnat differentiis Athomæ, in quantum tali: ergo actus primus prædicandi de pluribus differentiis specie non convenit differentiis, ut sic positivè, & essentialiter. Mai. constat siquidem, quod positivè convenit superiori, sub nulla ratione potest inferiori repugnare. Min. vero sic prob. cui sub aliqua ratione repugnat actus secundus, repugnat etiam actus primus ad ealem actum; sed differentiæ Athomæ, ut tali, repugnat actus secundus prædicandi de pluribus differentiis specie: ergo etiam repugnat illi, actus primus. Consequenterque diffinitio differentiæ non convenit positivè differentiæ, quoad essentialia, quæ includit. +

S. Dico secundo. Satis probabiliter explicari potest diffinitio differentiæ de predicari de pluribus differentiis specie, non inter se, sed ab alijs: Et sic explicata omni competit differentiæ. Quod autem sic debeat explicari, & intelligi prob. Sic intellecta, & explicata diffinitione, diffinitur differentiæ magis conformiter ad suam naturam, ut ab alijs prædi-

cabilibus secernitur; alias sic intellecta convenit omni differentiæ ergo recte sic talis diffinitio explicatur. Min. constat, siquidem differentia subalterna prædicatur de pluribus differentiis specie, inter se, & Athomæ de pluribus differentiis specie, ab alijs. Mai. vero sic prob. Proprium munus, propriumque fundamentum, ut ab alijs prædicabilibus secernitur, est facere differre illa de quibus prædicatur specie ab alijs: ergo prædicto modo intellecta, & explicata diffinitione, diffinitur differentiæ magis conformiter ad suam naturam; cum diffiniatur per proprium munus, ut ab alijs distinguitur prædicabilibus, & per proprium fundamentum iannescat.

S. Contra hanc tamen conclusionem. Obijc. 1. Differentia Athomæ, nunquam prædicatur de pluribus differentiis specie: ergo prædicta diffinitio differentiæ Athomæ non potest convenire. Prob. aūs. Differentia Athomæ, v. g. rationale solum prædicatur de Petro, & Paulo; sed Petrus, & Paulus, non diffinunt specie: ergo. Min. prob. per exponentes ratione hujus verbi, differt, quæ sunt ista. Petrus est alius speciei, & Petrus est alius speciei, & Petrus non est eisdem speciei, eis est Paulus; sed tertia hæc exponeos est manifeste, falsa: ergo Petrus, & Paulus non diffinunt specie.

Resp. ad hoc arg. diff. aūs.
Diff.

Differentia Athomia, nunquam prædicatur de pluribus differentiis specie, inter se, conc. aīs. ab alijs, neg. aīs. & conseq. Dicimus ergo, quod si illa particula differentiis specie, ut jacet, & sine aliqua explicatione intelligator, verum est, quod accipitur pro pluribus specie differentiis inter se, & prout sic correspondent illi prædictæ exponentes; quia tamen, ut diximus, magis conformiter ad naturam differentiæ, ut ab alijs prædicabilibus, distinguitur intelligatur, & explicetur de pluribus differentiis specie, non inter se, sed ab alijs etiam convenient differentiæ Axiomæ.

19 Obijc. 2. Differentia hic diffinuntur, ut unum ex quinque prædicabilibus: ergo illa particula differentiæ specie, eodem modo intelligenda est, ac in diffinitione aliorum prædicabilium; nunc sic; sed indistinzione aliorum prædicabilium intelligitur de differentiis specie, inter se: ergo eodem modo intelligenda est in hac diffinitione differentiæ.

Resp. conc. antec. neg. conseq. Licet namque differentia diffiniatur hic, ut unum ex quinque prædicabilibus, habet tamen diversum modum prædicandi, faciendo videlicet, differre, ea de quibus prædicatur specie ab alijs, quod cum non habeant cetera prædicabilia, sed sit proprium, & peculiare munus differentiæ: hinc est, quod licet in diffinitione aliorum prædicabilium illa particula

explicetur de pluribus differentiis specie inter se, in diffinitione tamen differentiæ debet intelligi, de differentiis specie inter se, vel ab alijs.

20 Obijc. 3. Si differentia diffiniri posset per prædicari de pluribus specie ab alijs, etiam posset diffiniri per prædicari de pluribus differentiis genere ab alijs; sed non sic diffiniri: ergo nec potest, per prædicari de pluribus differentiis specie ab alijs, diffiniri. Prob. mai. Illa de quibus prædicatur differentia, non solum diffinunt specie ab alijs, sed etiam genere; Petrus namque, & Paulus, non solum diffinunt specie ab equo, & leone, sed etiam diffinunt genere ab Albedine, relatione, & quantitate: ergo si posset diffiniri, per prædicari de pluribus differentiis specie ab alijs, etiam potest diffiniri per prædicari de pluribus differentiis genere ab alijs.

Resp. neg. sequelam ad cuius prob. dist. aīs. Illa de quibus prædicatur differentia, non solum diffinunt specie, sed etiam genere ab alijs; per ipsammet differentiam, neg. aīs. per aliquia aliud distinctam, conc. aīs. & neg. conseq. Dicimus ergo, quod licet inferiora differentiæ, non solum differant specie, sed etiam genera ab alijs, aliter tamen, & aliter; nam differant specie alijs, per ipsammet differentiam, genera vero non differant per ipsammet differentiam, sed per aliquid aliud; cumque diffinitor differentiæ non debeat

beat explicare, quomodo inferiora absolute differant, sed quomodo differant per ipsammet differentiam, & per hanc sola specie ab alijs differant; hinc est, quod optime diffinatur per prædicari de pluribus differentibus specie ab alijs, non tamen per prædicari de pluribus differentibus genere.

¶ Obijc. 4. Diffinitio differentiæ prædicto modo explicata est propria differentiæ subalterna, ut subalterna est, & propria differentiæ Athomæ, ut Athoma est; ergo talis diffinitio sic intellecta, & explicata non est propria differentiæ in communi; ahs. constat: Siquidem nulla specialior diffinitio potest assignari differentiæ Athomæ, & subalternae, quam illa. Conseq. vero sic prob. Differentiæ inferiores addunt aliquid, sicut accidentale, supra differentiam in communi; ergo ratione illius, quod addunt, debent habere distinctas proprias diffinitiones: consequenterque, si diffinitio differentiæ, ut à nobis explicata, est propria aliquas differentiæ inferioris, ut talis differentia est, non potest esse propria differentia in communi.

Resp. neg. ahs. quia diffinitio sic explicata propriissima est differentiæ, ut sic. Nam quando dicimus, quod differentia est quæ prædicatur de pluribus differentiis specie, non est intelligendum de pluribus differentiis specie ab alijs specie. Athoma determinat, nec determinat de subalterna, sed abstrahendo ab utroque modo.

prædicandi: ac proinde sic accepta diffinitione, non est propria differentiæ Athomæ, nec subalterna, sed propria differentiæ in communi. Unde si vellis diffinire differentiam subalternam, ut tales, sic dices; est quæ prædicatur de pluribus differentiis ab alijs, specie subalterna, & differentia Athomæ est quæ prædicatur de pluribus differentiis ab alijs specie, Athoma. Vel aliter differentia subalterna est quæ prædicatur de pluribus ab alijs inter se specie differentiis. In qua diffinitione, prædicari de pluribus ab alijs specie differentiis, erit essentiale differentiæ, ut sic, & quod illa inter se specie differant, erit illi accidentale, & proprium differentiæ subalternae. Similiter differentia Athoma est quæ prædicatur de pluribus ab alijs specie, & inter se numero differentiis: ubi ultima particula erit quid accidentale differentiæ in communi, & proprium Athomæ, ut Athoma est.

CAPUT DE PROPERIO.

QUÆST. XVI.

UTRUM DIVISIO PROpter illius diffinitio recte assignetur à Porphyrio?

Quartuor acceptiones proprij assignat Porphyrius. Primum primo modo est quod convenit soli, sed non omni. Hoc est convenit soli speciei, sed non

non omni individuo: v. g. esse *grammaticum* convenit soli homini, non tamen omni individuo. Proprium 2. modo est, *quod convenit omni*, non tamen soli. Ut esse vi pedem convenit omni homini, non tamen soli. Proprium 3. modo est, *quod convenit omni*, & *soli*, non tamen *semper*, v. g. canescere convenit omni homini, & soli homini, non tamen semper, sed tempore senectutis. Proprium denique 4. modo est, *quod convenit omni, soli, & semper*: v. g. visibile respectu hominis. Et de proprio hoc quarto modo somptuam loquimur in praesenti. Illudque diffinivit Arist. 1. Top. cap. 4. sic. Proprium est *quod non indicat, quia est esse rei, soli autem in est, & conversim predicatur*. A Porphyrio vero diffinitur sic: *proprium est, quod convenit omni, soli, & semper*. Et quid de talibus divisionibus, & diffinitionibus sit cendum; duplii conclusione explicabimus.

2 Dico igitur 1. *Predicta divisione propriæ adæquata est, Analogia tamen*. Prima pars hujus conclusionis prob. Proprium dicite illud, quod contraponitur accidenti communi; sed accidentis contrapotum accidenti communi, aliquo modo ex assignatis, debet subjecto convenire, & non est aliis modis assignabilis: ergo predicta divisione proprij adæquata est. Prob. min. vel ex tribus conclusionibus ad proprium requiri; vel convenient omnes, vel aliqua

deficit, si convenient omnes, est proprium quarto modo, si aliquid deficit et sic proprium 1. 2. vel 3. modo: ergo accidentis contrapotum accidenti communi, aliquo modo ex assignatis, subjecto debet convenire, & non est aliis modis assignabilis. Consequenterque adæquata est predicta divisio. 3 Quod autem sit Analogia sic ostenditur. Quando membra dividentia participant inæqualiter rationem divisi, divisione *Analogia* est; sed sic contingit in hac divisione: ergo *Analogia* est. Prob. min. Solum proprium quarto modo est simpliciter proprium, & 4. predicabile constituit, alia vero solum participant rationem proprij secundum quid: ergo membra hujus divisionis inæqualiter participant rationem divisi: ac proinde est divisione *Analogia*.

4 Dico 2. *Per diffinitionem assignatam ab Arist. diffinitur proprium, ut quartum praedicatum; per diffinitionem vero assignatam à Porphyrio diffinitur, non quartum praedicabile; claritas tandem sic communiter diffinitur: est quod praedicatur de pluribus accidentiis inseparabiliter. Prima pars conclusionis prob. Proprium in ratione praedicabilis, sicut quodlibet aliud universale, non per ordinem ad speciem, à qua dimicatur, & cum qua convertitur, sed per ordinem ad inferiora constituitur; sed in diffinitione assignata ab Aristotele, nullus orde ad inferiora, ita solus ad speciem,*

etem quia convertitur explicatur: ergo per talem diffinitionem diffini-
tur proprium, ut quartum præ-
dicatum, non tamen, ut quartum
prædicabile.

5. 2. pars conclusionis etiam prob. Per diffinitionem Porphyrii explicatur ordo proprii ad sua in-
feriora, & quod inseparabiliter illis conveniat: ergo per talem dif-
finitionem diffinitor proprium, ut
quartum prædicabile. Prob. ahs. Sensus prædictæ diffinitionis est;
proprium est, quod convenit om-
nibus interioribus speciei, solis il-
lis, & semper illis: ergo per dif-
finitionem Porphyrii explicatur or-
do proprii ad sua inferiora, & quod
inseparabiliter illis conveniat: ac
proinde diffinitur, ut quartum præ-
dicabile. 3. denique pars sic ostendit.
Per diffinitionem proprii supra positam, & communiter as-
signatam, explicatur natura pro-
prii, ut ab alijs prædicabilibus
distinguitur, per proprium genus,
& differentiam: ergo clarius, &
expressius, proprium per talem
diffinitionem diffinitur. Prob. ahs.
per prædicari de pluribus conve-
nic cum alijs prædicabilibus; per
prædicari accidentaliter differt à
tribus prioribus, & per prædicari
inseparabiliter differt à quinto:
ergo.

6. Obijc. 1. Aristoteles tres
tantum numerabit acceptiones
proprii: ergo male Porphyrius as-
signab: quatuor. Prob. ahs. Arist.
1. Top. cap. 4. volum assignavit
proprium per se, proprium, ab-

per, & proprium aliquando: ergo.
Resp. tamen neg. ahs. Nam per
proprium, aliquando intellexit
proprium, quod in aliqua parte
tantum temporis convenit, & pro-
prium, quod aliquibus, & non
omnibus individuis alicujus speciei
convenit; in quo jam duas accep-
tiones proprii assignatas à Porphi-
rio comprehendit: nescit, quod
convenit omni, non soli, & quod
convenit omni, & soli, non tamen
semper; & cum præter has alias
duas acceptiones proprii enumera-
ret; totidem iuste Aristoteles assig-
nabit acceptiones proprii, ac Por-
phyrius.

7. Obijc. 2. contra primam ac-
ceptionem proprii si aliquod dare-
tur proprium primo modo, maxi-
me respectu hominis esse Medi-
cum, vel Geometram; sed id non
est proprium eo primo modo: er-
go non darur proprium 1. modo.
Mai. constat; siquidem pro pro-
prio primo modo illa exempla
possuit Porphyrius. Min. vero sic
prob. Est Medicum, vel Geome-
tram, vel accipitur pro capacitate
ad eas scientias, vel pro ipsis habi-
tibus illarum; si primum est pro-
prium 4. modo; cum capacitas, &
inclinatio ad scientias sit propria
passio hominis; si vero accipiatur
pro habitibus, illi sunt accidentia
omino communia hominis: ergo
est Medicum, vel Geometram
non est proprium eo primo modo.

Resp. quod exempla adducta
à Porphyrio non debent intelligi,
pro inclinazione, & capacitate ic-

cuta ad formam specificam, quia hæc, ut bene probat argutissimum, est proprius à quarto modo respectu hominis; sed accipiatur pro speciali inclinatione individuali, quæ solum homini competit, non tamen omni; vel exempla atcepimus eum pro ipsis habitudinibus, qui non sunt accidentia omnino communia, cum non competant aliis ab homine, & aliquemodo per se convenient homini, ut specialis illorum inclinatio, vel ut terminus tuus specialis inclinationis. Et eadem modo Resp. ad aliud arg. quod potest fieri contra exemplum proprij tertio modo. Dicimus cum enim est, quod specialis qualitas, quæ est causa excedendi humeribus, & ipsa actualis canities sunt proprium tertio modo hominis, quia omnibus, & solis illis competit, licet non semper.

8. Obijc. 3. Visus, & auditus habent rationem proprij, respectu hominis, cum ex illius essentia dimicent; & tamen ad nullam ex quatuor assignatis acceptationibus pertinent: ergo predicta divisione proprij, non est adæquata. Prob. min. In primis non pertinent ad aliquam ex tribus prioribus, cum sub nulla sint formaliter accidentia communia, nec accidentaliter separabiliter de hominibus predictentur; deinde predicti sensus non possunt habere rationem proprij quartæ modo respectu hominis, quia licet convenient omnibus hominibus, non tamen solis: ergo. Confirm. Est esse vipedem ponitur

præ exemplo proprij secundo modo; sed esse vipedem, nullo modo est proprium: ergo proprium secundo modo non datur. Prob. min. Proprium ab aliqua determinata specie athoma, vel subalterna dimanare debet; sed esse vipedem, hoc non habet argumentum.

9. Resp. ad arg. conc. mai. neg. min. Digimus, quod visus, & auditus sunt proprium quarto modo; quia proprium quarto modo est illud, quod dimanat à natura specifica athoma, vel subalterna; cumque predicti sensus dimanent à natura specifica, non athoma, & humana, sed animalis, & subalterna: hæc est, quod à quatuor pertinent acceptationi proprij. Ad confirm. vero Resp. conc. mai. neg. min. ad cuius prob. dist. mai. Proprium, ab aliqua determinata specie athoma, vel subalterna dimanare debet; proprium quarto modo, conc. mai. Proprium 1. 2. vel 3. modo, neg. mai. & conc. mai. neg. conseq. Licet namque esse vipedem non dimanet ab aliqua natura specifica determinata, potest, & defacto habet rationem proprij secundo modo, quia hoc, quod est dimanare ab aliqua natura specifica athoma, vel subalterna, est proprium, & peculiare proprij quarto modo.

9. Obijc. 4. contra utramque definitionem. In primis differentia proprij assignata à Porphyrio convenit differentia, v. g. rationali, cum illa convenient omni homini, soli, & semper; sed differentia,

proprium non est: ergo diffinitio Porphyrii, ut potè conveniens alijs à diffinito, bona non est. Deinde, diffinitio proprij quarti praedicabilis, ipsi proprio non convenit, cum non prædictetur accidentaliter, sed essentialiter, ut potè dimanans ab essentia: ergo. Et denique utraque diffinitio competit colorato, cum color conveniat omni, soli, & semper corpori mixto, & prædictetur accidentaliter inseparabiliter; & tamen color proprium non est: ergo.

Resp. neg. mai. Diffinitio namque proprij debet intelligi, quod si tale quid proficiens à principijs essentialibus speciei; cumque differentia non proficiat à principijs essentialibus speciei, sed potius speciem essentialiter conseruat hinc est, quod tamen convenit illi diffinitio proprij à Porphyrio assignata. Ad 2. prob. neg. etiam ans. quia eo ipso, quod proprium dimanet ab essentia alterius speciei, non prædicatur essentialiter de illa, sed tantam accidentaliter; nam solum prædicatur essentialiter de aliquo, quod illud essentialiter constituit, non vero id, quod ab ipso sic constituto dimanat, id enim solum facit, quod prædictetur inseparabiliter. Ad 3. Prob. Resp. conc. mai. dist. min. & tamen color non est proprium respectu corporis mixti, color determinatus, conc. min. color vase sumptus, neg. min. & conseq. Dicimus ergo, quod color in communi est proprium respectu cor-

poris mixti, quia licet nullus color determinatus per se illi conveniat, aliquis tamen color vase sumptus per se debet omni corpori mixto convenire, unde omnes colores in particulari sunt accidentia communia, color tamen incommuni, seu color vase sumptus est proprium quattro modo corporis mixti.

QUÆST. XVII.

*UTRUM PROPRIUM : ET
differentia conseruantur in ratione
universalis per ordinem ad
speciem, an per ordinem
ad individua?*

Cognita jam natura proprij, & differentie, modo inquisimus, an differentia, & proprium conseruantur in ratione universalis, & tertij, & 4. praedicabilis; differentia videlicet in ordine ad speciem, quam constituit, & aqua proprium dimanat; an vero conseruantur in ratione talium in ordine ad individua talis speciei? Non in ordine ad individua propria ipsius differentie, vel proprij, v. g. rationale in ordine ad hoc, & illud rationale, & risibile in hoc, & illud risibile, nam de his, prædicantur prædicatione speciei, cum prædicentur de illis inquit, & dicens totam essentiam illorum. Sed quod inquisimus est, an differentia, & proprium conseruantur in ratione tertij, & quarti praedicabilis in ordine ad speciem, v. g.

rationale, & r̄sibile in ordine ad hominem, an vero constituantur in ordine ad Petrum, & Paulum quæ sunt individua talis speciei?

2 Dicendum igitur est: Differentiam, sive atbomam, ut r.atio-nale, sive subalternam, ut sensibi-le, & idem dicendum de proprio, non constitui in ratione universalis, & tertii, & quarti praedictabilis in ordinem ad speciem, sed in ordine ad individua. Hec conclusio prob. ratione fundamentali sic. Differentia, & proprium debent constitui in ratione universalis per ordinem ad illum terminum, quem ut inferiorem respiciunt; sed proprium, & differentia non respiciunt, ut inferiorem speciem, sed solum individua speciei: ergo non constituantur in ratione universalis in ordine ad speciem, sed in ordine ad individua. Maj. paret: siquidem relatio universalis est relatio supérioris ad suum inferius. Min. vero prob. dupliciter & r. sic. Quod adæquatur cum alio, diciturque ad convertentiam cum illo, non potest esse supérius ad illud; sed differentia, & idem de proprio, adæquatur cum una specie, & dicitur ad convertentiam cum illa: ergo proprium, & differentia non respiciunt, ut inferiorem speciem, sed individua. Min. constat: siquidem bene valet, est rationale: ergo est homo, & e con-verso, similiter bene valet, est r̄sibile: ergo est homo, & c. contra. Maj. vero sic prob. quia Animal est supérius ad hominem non dici-

tur ad convertentiam cum illo, nam licet valeat est homo: ergo Animal, non tamen valet è contra: ergo quod adæquatur cum alio, diciturque ad convertentiam cum illo, non potest esse supérius ad illud.

3 — 2. preb. eadem min. sic supérius ad plura se extendit, quam inferius; sed differentia, & proprium non se extendunt ad plura, quam species: ergo non respiciunt speciem, ut inferiorem. Prob. min. rationale solum se extendit ad in dividua, ad qua etiam se extendit homo, & idem de proprio: ergo proprium, & differentia non se extendunt ad plura, quam species. Insuperque universale necessario constituitur in ordine ad plura, cum sit unum in multis; sed species non est plura: ergo differentia, & proprium non possunt constitui, in ratione universalis per ordinem ad speciem.

4 Dices, quod licet species sit una formaliter, tamen virtualiter est plura, quia virtualiter, & in potentia continet plura individua, quod sufficit, ut differentia, & proprium constituantur in ratione universalis in ordine ad illam. Sed contra hoc replicabis. Terminus formalis relationis universalis Logici debent esse plura formaliter; sed species, justa solutionem, non est plures formaliter: ergo differentia & idem de proprio, nequit constitui in ratione universalis in ordine ad speciem. Prob. mai. Universale constituitur in ordine ad

ad pluralitatem , quam in se non
conceinet , sed pluralitas , quam in
se non habet non est virtualis , sed
formalis , cum quodlibet universale
sic plura vir tualiter , & in poten-
tia : ergo terminus formalis uni-
versalis Logici debent esse plura
formaliter . Consequenterque si hoc
non habet species proprium , &
differentia nos possunt constitui in
ratione universalis in ordine ad
illam .

5. Contra prædictam conclusio-
nem Obijc. 1. Universale consti-
tuitur in ratione prædicabilis in or-
dine ad terminum , de quo imme-
diatè prædicatur ; sed proprium , &
differentia immediatè prædicantur
de specie , & mediatè de indivi-
duis : ergo in ordine ad speciem ,
& non in ordine ad individua
constituuntur in ratione universalis .
Mai. constat : siquidem ratio-
nale , & rissibile immediatè prædi-
cantur de homine , & mediatè de
individuis ; ideo enim Petrus est
rationalis , & rissibilis , quia homo
est rationalis est rissibilis . Mai. vero
si prob. Licit genus prædicatione
generis prædicetur de individuis
specificis , quia tamen de illis so-
lam prædicatur mediatè , non per
ordinem ad illa , sed per ordinem
ad species , de quibus immediatè
prædicatur constituitur in ratione
universalis , & primi prædicabiliis :
ergo universale constituitur in ra-
tione prædicabilis in ordine ad ter-
minum , quem immediatè respi-
git .

Resp. dist. mai. Universale

constituitur in ratione prædicabilis
in ordine ad terminum , de quo
immediatè prædicatur , ut superius ,
conc. mai. ut equale , neg. mai. &
sub eadē dist. mi. neg. conseq. Di-
cimus ergo , verum esse universale
constitui in ratione prædicabilis
per ordinem ad terminum sibi im-
mediatum , & sibi inferiorem , non
tamen in ordine ad terminum sibi
equalem ; cumque genus respiciat
immediatè species , ut sibi inferio-
res , differentia vero , & proprium
respiciant speciem , non ut sibi in-
feriorem , sed ut equalem , ut jam
manet probatum ; hinc est , quod
licet genus constituatur in ratione
prædicabilis in ordine ad species ,
differentia tamen , & proprium
non constituuntur in ordine ad
speciem in ratione universalis ter-
tij , & quarti prædicabilis .

6. Obijc. 2. & potest esse replic.
Differentia , & proprium verè præ-
dicantur de specie prædicatione
universalis ; aliendè immediatus
prædicantur de illa , quam de in-
dividuis : ergo per ordinem , ad
illam , & non per ordinem ad in-
dividua constituuntur in ratione
prædicabilis . Prob. mai. Proprium ,
& differentia directè , & formaliter ,
ut quid unum , & univocum
prædicantur de specie ; sed omnis
prædicatio formalis , & directa ad
aliquid prædicabile debet pertine-
re : ergo verè prædicantur de spe-
cie prædicatione universalis . 2.
prob. eadem mai. eadem rela-
tione refertur proprium , & differen-
tia ad speciem , & ad individua ;
fed

sed ad individua referuntur relatione universalis: ergo similiter ad speciem. Prob. mai. Illud quod respicit duos terminos unus immediate, & alium mediately, eadem relatione fertur ad utrumque, ut patet in genere; sed proprium, & differentia immediate speciem, & mediately individua respiciunt: ergo. 3. Denique prob. eadem mai. Differentia, & proprium praedicanter de specie, & species de individuis: ergo eodem genere praedicationis, quo praedicantur de specie praedicanter de individuis justa regulam ante predicamentalem, *cam quidpiam de quo piam predicatur*. Nunc sic; sed de individuis praedicanter praedicatione universalis: ergo etiam de specie hoc modo praedicanter.

7. Resp. ad arg. neg. mai. quia ut diximus solutione ad primam, licet differentia, & proprium verè praedicatione directa, & formaliter praedicentur de specie, nunquam tamen praedicanter de illa praedicatione universalis, quia ad hoc erat necessarium, quod speciem respicerent, ut inferorem, quod cum non habeant proprium, & differentia, nunquam praedicatur de illa praedicatione universalis. Ad 2. prob. Resp. etiam neg. mai. non enim quotiescumque aliquid respicie oīum immediate; & alterum mediately refertur ad utrumque eadem relatione; quia hoc solum verificatur, quando utrumque respicit suā cā ēm ratione; cānque proprium, & differentia respiciant.

speciem, ut equalē, & iadivida, ut inferiora: iadē est, quod non eadem relatione ad speciem, & inferiora referantur, sed ad speciem relatione prædicati, & ad individua relatione universalis, & prædicabilis.

Ad 3. prob. Resp. conc. anteced. dist. conseq. ergo eodem genere prædicationis differentia, & proprium praedicanter de specie, ac prædicantur de individuis, eodem genere prædicationis essentiales, vel accidentiales; conc. conseq. superioris de inferiori, neg. conseq. Dicimus ergo, quod ex eo, quod proprium, & differentia prædicentur de specie, & species de individuis, solum sequitur, quod eodem genere prædicationis essentiales, vel accidentalis, quo prop̄riū, & differentia prædicantur de specie, prædicentur etiam de individuis, & hoc tantum convincit regula ante predicamentalis, non tamen sequitur, quod si proprium, & differentia prædicantur de specie, ut equalia, etiam prædicentur, ut equalia de quolibet iadividuo divisiive, quia hoc respiciunt, ut superiora, ac proinde, praedicatione universalis, & prædicabilis, dicuntur de illo.

8. Obijc. 3. In ordine ad illum terminum constituantur differentia, & proprium in ratione universalis, in ordinem ad quem conti-
tontur in ratione specialis prædicabilis; sed differentia constituitur in ratione tertij prædicabilis, & proprium in ratione quarti per or-
di-

dinem ad speciem: ergo per ordinem ad speciem constituantur etiam in ratione universalis. Prob. min. Differentia in quantum differentia propriissima, & proprium in quantum quarto modo proprium, constituantur in ratione tertij, & quarti praedicabilis; sed differentia est differentia propriissima in ordine ad speciem, quam constituit, & proprium quarto modo in ordine ad speciem a qua dimanat: ergo.

¶ Confirm. Proprium constituitur in ratione quarti praedicabilis in ordine ad illam terminum, cum quo dicitur ad convertentiam; sed cum individuis divisive sumptis non dicitur ad convertentiam; bene vero cum specie: ergo non in ordine ad individua, sed in ordine ad speciem constituitur in ratione specialis praedicabilis. Min. constat: siquidem non valet. *Hoc est risibile*; ergo Petrus. Mai. vero sic prob. Aristoteles diffinivit proprium per id, quod *convertitur*: ergo proprium constituitur in ratione specialis praedicabilis in ordine ad illam terminum, cum quo dicitur ad convertentiam.

¶ Resp. ad arg. conc. mai. neg. min. ad cuius prob. disl. mai. Differentia in quantum differentia propriissima, & proprium in quantum quarto modo proprium constituantur in ratione tertij, & quarti praedicabilis, si ly in quantum dicat rationem fundandi tales relationes tertij, & quarti praedicabilis, conc. min. si ly in quantum

dicat rationem formalem relationis, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod licet differentia, & proprium in ratione tertij, & quarti praedicabilis constituantur in ordine ad individua, que ut inferiora respiciunt; fundamentum tamen praedicabilitatis de individuis sumitur ex ordine, quem dicant ad speciem; nam differentia in quantum constituit speciem refertur ad talis speciei individua, & proprium quatenus dimanat ab specie refertur ad illa: ideoque ratio differentiae propriissimæ, quæ sumitur in ordine ad speciem est solum fundamentum illius universalitatis in ordine ad individua: & in proprio ratio proprii quarto modo, quæ sumitur in ordine ad speciem est fundamentum illius universalitatis in ordine ad individua.

¶ Ad confirm. vero Resp. eodem modo. Scilicet, quod in proprio, ut est quartum praedicabile ex parte fundamenti requiritur, quod ab specie dimanet, & cum illa convertatur, non tamen requiritur, quod convertatur cum termino in ordine ad quem in ratione praedicabilis formaliter constituitur; quia cum illum recipiat, ut inferiorem, nequic converti cum illo, quod præcisè voluit explicare. Aristoteles sua diffinitione, quia non diffinivit proprium, ut quartum praedicabile, & in ordine ad individua, sed ut quartum praedicatum, & in ordine ad speciem.

CAPUT DE ACCIDENTI.

QUÆST. XVIII.

UTRUM DIFFINITIONEM,
 & divisionem accidentis recte
 tradat Porphyrius?

Hoc nomen *accidens* iusta D. Thom. i. p. q. 77. art. 1. ad 1. potest significare, & *accidens prædicamentale*, & *accidens prædicabile*. *Accidens prædicamentale* est, quod condistinguitur à *substantia*, & dicit esse in alio. Et sic quidquid est ens reale, & non est *substantia*, necessario debet esse *accidens*, nam inter *substantiam*, & *accidens prædicamentale* non datur medium. *Accidens vero prædicabile* est, quod est extra *essentiam rei*, & ab *essentia* non dimanat, & sic hoc *accidens* non dicit esse *substantiam*, nec *accidens prædicamentale*, nec esse ens reale, vel rationis determinate. Et de hoc accidenti *prædicabili* loquitur in praesenti, quod sic a Porphyrio diffinitur *est quod adest, & abest, sine subjecti corruptione*. Illudque dividit, *in separabile, & in inseparabile*; *separabile*, ut *dormire respectu hominis, inseparabile, ut nigrum respectu corvi quo supposito*.

2. Dico primo: *Accidens est verè prædicabile diffinibile ab omnibus alijs*; quod sic ostenditur. *Accidens est unum in multis, & de*

multis; alias habet diversum modum prædicandi: ergo est vere prædicabile distinctum ab omnibus alijs. Mai. constat: siquidem *Album v. g. realiter repetitur in multis, & abstractum ab illis, de illis verè prædicatur dicendo, Petrus est Albus, Paulus est Albus*. Min. vero sic prob. *Accidens non prædicatur essentialiter*, sicut tria priora prædicabilia, nec accidentaliter inseparabiliter, sicut quartum, sed accidentaliter separabiliter: ergo habet diversum modum prædicandi, ab alijs, & quintum proinde constituit prædicabile.

Dices, quod *Album* verè prædicatur de suis proprijs individualiis essentialiter, & quidditatively prædicatur: ergo in hoc à tribus prioribus prædicabilibus non distinguitor. Resp. Tamen facile ex dictis, quod *Album* de hoc, & illo *Albo*, & de *Petro*, & *Paulo* posita in illis *Albedine* in actu signato prædicatur, ut *species*, non, ut *accidens*, quia ut *accidens* solum prædicatur de *habentibus Albedinem*, *Albedine* posita in illis in actu exercito, non vero in actu signato. —

3. Dico 2. Per diffinitionem accidentis assignatam à Porphyrio, diffinitur *accidens secundo intentionaliter*; clarius tamen, ut prædicabile diffinitur, quod sit illud, quod prædicatur de pluribus accidentaliter separabiliter. Prima pars hujus conclusionis constat; nam quando indiffinitione Porphyrii dicitur *aesse, & abesse*, non fami-

tur pro reali inherētia, vel non inherētia, sed pro convenientia, & prædicabilitate, ita, ut sensus definitionis, *accidens est*, quod potest convenire, vel non convertere, prædicari, vel non predicari de aliquo, absque illius corruptione; sed sic intellectu definitione, accidens secundo intellecionaliter diffinitur definitione Porphyrii: ergo. 2. etiam pars conclusionis est manifesta. Siquidem per definitionem accidentis communiter traditam, clarius, & expressive ratio prædicabilis conveniens accidenti ponitur, & expressatur: ergo licet per definitionem Porphyrii bene, & 2. intentionaliter accidens definitur; clarius tamen, ut prædicabile, per definitionem communiter traditam explicatur.

¶ Contra primam conclusionem Obijc. 1. Accidens v. g. *Album*, non habet specialia inferiora in ordine, ad quæ constituantur in ratione specialis prædicabilis: ergo accidens non constituit speciale prædicabile. Prob. aūs. In primis hæc inferiora non sunt *hoc*, *O* *Huius Album*, *ut Petrus*, *O* *Paulus*, possita in illis Albedine in actu signato, nec constituitur in ratione specialis prædicabilis in ordine ad Petrum, & Paulum habentes Albedinem: ergo *Album* non habet specialia inferiora in ordine ad quæ constituantur in ratione specialis prædicabilis. Aūs. Quantum ad primam p̄t̄m constat, siquidem de prædictis inferioribus, *Album*, ut supra diximus prædicatur

quidditative, ut species, quantum ad secundam vero partem, prob. aūs. 1. *Album* non abstrahit à Petro, & Paulo: ergo respectu illorum non constituit in ratione specialis prædicabilis. Prob. aūs. Quia si *Album* abstraheretur à Petro, & Paulo, esset ab illis secundum se, vel, ut sunt Albi, non secundum se, quia prout sic nec includunt Albedinem, nec aliquid accidens, nec abstrahit ab illis, ut sunt Albi, prout sic *Album* constituit prædicabile species, & non accidentis: ergo.

— 2. prob. Principale aūs. *Album* non potest abstrahi à Petro, & Paulo abstractione tali, sed solum potest ab illis abstrahi abstractione formalis: ergo respectu illorum non potest constitui in ratio universalis, & prædicabilis. Prob. aūs. *Album* dicit formam respectu subjecti: ergo solum est abstrahibile à subjectis abstractione formalis. 3. prob. idem aūs. Universale debet esse à parte rei formaliter in inferioribus, & ab illis esse realiter in distinctum, alias non prædicatur formaliter de illis; sed *Album* non est formaliter in Petro, & Paulo, sed tantum inhaessive, & ab illis est realiter distinctum: ergo. 4. Denique probat. idem aūs. Quodlibet prædicabile constituitur in ordine ad eas de quibus immediatè prædicatur; sed *Album* non prædicatur immediatè de Petro, & Paulo, etiam si habent Albedinem: ergo. Probs. min. *Album* immediatus prædi-

catur de hoc, & illo Albo: ergo.

5. Resp. ad arg. neg. a. s. quan-
tum ad secundam partem. Et ad
illios primam prob. Dicimus, quod
Album abstrahitur à Petro, & Pau-
lo habentibus Albedinem, non
quidem possitam in illis in actu
signato, sed exercitam tantum ex
parte illorum, & tanquam condi-
tione se habentem, ut ab illis ab-
strahatur **Album**, & de illis acci-
dentaliter prædicetur. Sicut cum
proprium v. g. *r̄isibile* abstrahi-
tur à Petro, & Paulo, non abstra-
hitur ab illis secundum se, nec ab
illis, ut *r̄isibilibus* possita *r̄isibi-*
litate ex parte illorum in actu sig-
nato, sed ab illis habentibus *r̄isibi-*
litas, *r̄isibilitatem*, *r̄isibilitatē* ex parte il-
lorum exercita, & tanquam con-
ditione se habente, ut ab illis ab-
strahatur.

— Ad 2. prob. antec. Resp. neg.
a. s. Quia licet Albedo in abstrac-
to, quia forma est subjecti in quo
est non possit abstrahi, nisi ab-
stractione formali ab illo, sicut *bu-*
mapitas, quia est forma constitu-
tiva Petri sumpta in abstracto, non
potest abstrahi, nisi abstractione
formali ab illo; tamen **Album** in-
concreto bene potest abstrahi à
Petro, & Paulo habentibus Albe-
dinem abstractione totali, quia
sic non abstrahitur forma à sub-
jecto, sed concretum ab hoc, &
illo concreto, unde respectu illo-
rum potest constitui in ratione uni-
versalis, & prædicabilis. Ad 3.
prob. ejusdem anteced. Resp.
Quod, ut aliquid sit universale

sufficit, quod ratione materiae
sit idem, cum inferioribus; cum
que **Album** ratione materialis sit
idem cum Petro, & Paulo, licet
id, quod de formalis significat sit
realiter distinctum ab illis, non
tollit, quod **Album** sit universale
respectu illorum.

— Ad 4. denique prob. Resp.
conc. mai. dist. mio. Sed **Album**
non prædicatur immediatè de Pe-
tro, & Paulo prædicatione *inquit*,
conc. min. Prædicatione *tequale*,
neg. min. & conseq. Dicimus et-
go, quod dato, quod **Album** im-
mediatus prædicetur de hoc, &
illo Albo, quam de Petro, & Pau-
lo, hoc erit prædicatione speciei,
& *inquit*, non tamen prædica-
tione accidentis, & *inuale*; quia in
ratione prædicabilis accidentaliter
separabiliter immediatè respicit
pro termino Petrum, & Paulum,
modo explicato.

6. Obijc. 2. Contra dissinitio-
nem nulla dissinitio potest dari per
opposita disjunctivæ; sed dissinitio
accidentis datur proposita disjunc-
tivæ per adesse videlicet, vel ab-
esse: ergo non est bona, prob. mai.
Dissinitio explicat naturam, &
quidditatem rei; sed natura, &
quidditas rei est determinata: er-
go non potest indeterminatè, &
per disjunctionem unius, vel alte-
rius explicari.

Conseqm. Dissinitio non po-
test dari per opposita; sed adesse,
& non adesse, convenire, & non
convenire sunt opposita: ergo ver-
id non potest accidentis dissinitio.

Resp.

Psp. ad arg. Quod licet diffinitio accidentis tradatur per opposita disjunctivè, unam tamen explicat naturam, & essenti am accidentis, quæ non consistit in aliqua parte illius conjuncti, sed in indifferen-
tia ad utramque, quæ indifferen-
tia, cum aliquid determinatum sit,
jam verificatur, quod diffinitio ac-
cidentis explicat naturam, & essentiam determinatam. Ad confirm.

Resp. dist. mai. Nulla diffinitio potest dari per opposita copullati-
vè, conc. mai. disjunctivè, neg.
mai. & conc. min. neg. conseq.
Verum namque est, quod nulla
res potest diffiniri per opposita co-
pullative, bene tamen disjunctivè,
nam propositio optime diffinitur
per significare verum, vel falsum;
cumque hoc modo debeat intelli-
gi diffinitio accidentis; hinc est,
quod optimum per adesse, vel ab
esse diffinitur.

7 Obijc. 3. Accidens insepara-
bile continetur sub diffinito huic
diffinitionis; & tamen non conve-
nit illi praesista diffinitio: ergo
no est bona; mai. constat: si quidem
idem accidens, quod per ta-
lem diffinitionem diffinivit Por-
phirius, divisi inseparabile, & in-
separabile. Min. vero sic prob. Ac-
cidens inseparabile non potest se-
parari à subiecto absque illius cor-
ruptionem v. g. nigredo à corvo:
ergo. Dices, quod licet nigredo
non possit realiter separari à cor-
vo, potest tamen separari ab illo
per intellectum. Sed contra, istam
solutionem replicabis. Hac repre-

ratio per intellectum; vel est ne-
gativa, concipiendo corvum non
esse nigrum, vel est solum separa-
tio præcissiva, ita quod intelliga-
tur corvus non intellecta ejus ni-
gredine; primum esse non potest,
secundum non sufficit ad salvandam
diffinitionem accidentis: er-
go. Min. quantum ad primam par-
tem constat: nam si corvus à parte
rei non potest non esse niger, ut
modo supponamus, falso intellec-
tus conciperet corvum non esse
nigrum. Quo ad secundam vero
partem, prob. min. sic. Separa-
tione præcissiva etiam resistibile po-
test separari ab homina: ergo Se-
paratio mere præcissiva non suffi-
cit ad salvandam diffinitionem ac-
cidentis.

8 Resp. solutionem datam es-
te optimam, & expressam Por-
phirij sic dicentes: Mente cogita-
zione ve corbus Albus, & etiops
non niger sine subjecti corruptio-
ne concipi potest. Unde ad repli-
cam Resp. Separationem huic
modi non esse mere præcissivam,
sed est separatio negativa, non ab-
soluta, sed quasi conditionalis;
concipiendo videlicet, quod, &
si corvus non est niger salvaretur
naturaliter, & perfectè illius essentia.
Hoc autem modo non potest
separari passio à subiecto, quia
cum ex principijs ejus essentialiis
bus oriatur, non potest concipi,
quod si subjectum illam non habe-
ret, salvaretur naturaliter, & per-
fectè ejus essentia; quæ doctrina
est expressa Di. Thom. q. 2. de Ani-

in art. 12. ad 7. & q. de Spiritu libos creaturis art. ult. ad 7. ubi inquit: *Quid duplex est operatio intellectus, alia, qua intelligit, quod quid est, & tali operatione potest intelligi essentia rei, sine proprio, & sine accidente, cum neutrum ingrediatur rei essentiam: alia est operatio intellectus dividentis, & componentis, & sic potest intelligi substantia sine accidentaliter praedicato, etiam si secundum rei sit inseparabile, sicut potest concipi corvus albus; bac vero operatione intellectus, non potest intelligi substantia sine proprio, non enim potest intelligi, quod homo non sit visibilis.*

9. Obijc. 4. Mortuum respectu hominis, & combustum respectu domus sunt accidentia; & tamen non possunt ad esse subjecto, absque illius corruptione: ergo accidens male diffinitur à Porphyrio. Mai. confat: siquidem mortuum nec ex principijs essentialibus hominis oritur, nec combustum ex principijs essentialibus domus. Min. vero sic prob. Homo sine sui corruptione non moritur, nec dominus absque sui corruptione comburitur: ergo. Confirm. Calor respectu aquæ est accidens, accidentaliter enim prædicatur de illa; & tamen non potest illi ad esse absque corruptione illius, calor enim receptus in aqua, vel corruptit illam, vel disponit ad corruptionem: ergo.

10. Resp. ad arg. dist. mai. Mortuum, & combustum sunt acci-

dentia hominis, & domus, si mortuum, & combustum considerantur inservient, conc. mai. Si considerantur in facto esse, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod mortuum, & combustum possunt considerari dupliciter in fieri videlicet, & in facto esse; et si primo modo accipiantur sunt accidentia respectu hominis, & domus, & accidentaliter prædicabilius prædicantur de illis, quia cum mortuus homo, & domus comburitur adhuc est verum dicere, quod est homo, & quod est dominus; si vero mortuum, & combustum accipiantur pro mortuo, & combusto in facto esse; si sunt prædicata repugnatio homini, & domui; quia implicat esse hominem, & esse mortuum in facto esse, & esse dominum, & esse combustum in facto esse.

Ad confirm. Resp. dist. etiam. mai. Calor est accidens respectu aquæ, calor citra calorem, ut octo, conc. mai. calor, ut octo, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod si loqunamur de calore, ut octo non est accidens respectu aquæ, sed potius est prædicatum illi repugnans, cum non possit compati cum illa; si vero fiat sermo de alio calore, citra octo, potest convenire, vel non convenire aqua absque illius corruptione; quia licet illam ad corruptionem disponat, non tamen totaliter corruptit.

11. Obijc. 5. Existentia est accidentis prædictibile cuiuscumque rei

rei creatæ; & tamen non potest ab esse illi absque illius corruptione: ergo. Mai. constat: siquidem hæc prædicatio v. g. *Petrus exsistit* accidentalis est, & quinti prædicabili. Min. vero sic prob. Existencia non potest separari à Petro, illo manente: ergo non potest ab esse illi, absque illius corruptione.

Resp. ad hoc arg. conc. mai. dist. min. & tamen existentia non potest ab esse absque corruptione rei creatæ; absque corruptione *Physica*, conc. min. absque corruptione *Metaphysica*, neg. min. & conseq. Dicimus ergo, quod existentia est accidens quicunque que rei creatæ, quia licet non possit separari à re creata, quin res creata physicè deficiat, potest tamen existentia ab esseare, quin ipsa res deficiat Metaphysicè, quia potest salva essentia rei creatæ per intellectum ab existentia separari. Eo modo quo solutione ad 3. diximus nigredinem posse à corvo separari; & ratio utriusque est, quia cum, nec nigredo, nec existentia ex nullius rei essentia ducantur, potest intelligi, quod si per possibile, vel impossibile corvus non haberet nigredinem, nec res creata existentiam, salvaretur, corvi, & rei creata totalis essentia.

12 Obje. 6. Anima, & qualibet alia forma substantialis potest, adesse, & abesse à materia i. absque illius corruptione; & tamen forma non est accidens respectu materie: ergo distinctione accidentis

prædicabilis convenit alijs à diffinito. Prob. min. Forma non prædicatur de materia: ergo non est accidens prædicabile respectu materiae. Confirm. Humanitas potest adesse, vel abesse à Verbo Divino absque Verbi Divini corruptione; & tamen non est accidens illius: ergo. Mai. constat: nam humanitas modo adest, et si relinquetur à verbo, quod est possibile, abest. Min. vero prob. Humanitas non prædicatur accidentaliter de Verbo Divino, nam hæc prædicatio Verbum Divinum, seu Deus est homo, teste Div. Thom. 3. p. q. 16. art. 1. ad 1. non est in materia remota, nec contingenti, sed in materia naturali: ergo.

13 Ad arg. Resp. dist. mai. Anima potest adesse, vel abesse à materia, tanquam à subjecto incompleto, conc. mai. completo, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod licet forma sub illis possit adesse, vel abesse à materia, non inde sequitur, quod illi conveniat distinctione accidentis; quia hæc debet intelligi de adesse, vel abesse à subjecto completo, quia cum accidens prædicabile non det esse simpliciter subjecto, debet supponere subjectum constitutum in suo esse simpliciter, & consequenter compositum ex materia, & forma; cumque hoc forma substantialis non habeat, hinc est, quod minimè convenit illi distinctione accidentis prædicabilis. Hæc solutio est expressa in Div. Tho,

Thom. 2. contra gent. cap. 81.
in solutione 4. rationis.


+ Ad confirm. pariter Resp.
Quod humanitati minimè conve-
nit diffinitio accidentis prædicabi-
lis. Quia cum in tali diffinitione di-
citur, quod possit adesse, vel ab-
esse absque subjecti corruptione
debet intelligi, quod taliter acci-
dens conveniat subjecto, quod non
trahatur ad esse subjecti, nec cum
ipso subjecto constituit unum ens
per se, quia ut docet Div. Thom.
in 3. dist. 7. q. 1. art. 1. ad 5. Id
quod accidentaliter de aliquo præ-
dicatur, debet se habere respectu
alius, ut quid extrinsecum, sicut

albedo respectu corporis; que
non trahitur ad esse corporis, nec
ex corpore, & albedine coniti-
tuitur unum per se, sed unum tan-
tum per accidens; humanitas ve-
ro trahitur ad ipsum esse Verbi
Divini, & constituit illud in esse
substantiali hominis, & facit cum
ipso Divino Verbo unum per se,
ideoque licet possit adesse, vel ab-
esse Verbo Divino, absque Verbi
Divini corruptione, nec est acci-
dens prædicabile, nec illi convenit
accidentis prædicabilis dif-
finitione.

Et hoc de libro.

quarto Logicae.

+ .(2).+



IN:



INCIPIT LIBER QVINTVS

LOGICÆ

DE PRÆDICTIONIBUS.

QUAMBISS. quæstione 3. prædicabilium noster. Author de diversis egerit prædicationibus, in quibus concreta de. concretis, abs tracta de abstractis, concreta de abstractis, medijs terminis, tam prime, quam secundæ intentionis prædicantur; quia tamen prædicationes sunt prædicabilem actus, melius de illis, cognita natura prædicabiliū agere possumus; ideo hunc de prædicationibus librum, in binclacnum distulimus; in quo aliquas quæstiones breviter explicare resonabimur.

QUÆST. I.

**UTRUM CONCRETUM DE
concreto medijs terminis I.
intentionis verē prædi-
catur?**

Pro resolutione dubij, & sequentibus est notandum primo, quod prædicatio est triplex identica, disparata, & medio modo se habens. Prædicatio identica est illa, in qua predicator idem de se ipso, vel medio eodem nomine; ut Petrus est Petrus, vel diverso, ut ensis est gladius. Prædicatio disparata est in qua formæ repugnantes ad invicem in abstracto, vel inconcreto prædicatur v. g. homo est lapis, ra-

tionale est irrationale, vel rationalitas est rationalitas. Prædicatio denique medio modo se habens est in qua non prædicatur idem de se ipso, nec formæ repugnantes, sed formæ, quæ eidem possunt convenire.

Hæc autem prædicatio alia est directa, alia indirecta. Directa est in qua prædicatur forma de subjecto, vel superius de inferiori; prædicatio indirecta est illa in qua prædicatur subjectum de forma, vel inferioris de superiori; unde ista est prædicatio directa homo est Animal. Hæc autem indirecta Animal est homo. Ex quo sequitur quod omnes prædicatio directa est superioris de in inferiori, vel equalis de equali. Et propter hoc, vel quia existimabit Porphyrius,

quod sola prædicatio dñs est simpliciter prædicatio dixit cap. de specie : quod *paria de paribus*, aut *majora de minoribus predicentur*, oportet, *minora vero de majoribus non oportet*.

2. Supponendum est cum Cajerano 3. p. q. 10. quod licet nomina concreta, & abstracta in significatione formalí convenient, eo quod eandem significant formam, ut hæc nomina *homo*, & *humanitas*, & ista *Album*, & *Albedo*. Differunt tamen in modo significandi, quia concretum significat formam, ut in subjecto, vel supposito, nomen vero abstractum significat formam absolute, & per modum pér se subsistentis. Ex quo sequitur, quod concreta supponunt pro supposito, vel subjecto v. g. *homo* supponit pro habente humanitatem ; nomina vero abstracta, cum nihil aliud significant, quam formam, pro ipsa forma necessario supponunt, v. g. *humanitas* pro humanitate, & *Albedo* pro ipsa Albedine.

3. Et maximè supponendam est, quod, ut aliqua prædicatio sit vera debent extrema, hoc est subjectum, & prædicatum supponere pro eodem, hoc est, quod idem resisteret sic id pro quo supponit unum, ac id pro quo supponit, & alterum. Quia ratione hæc prædicatio est vera : *Album est dulce*, quia extrema supponunt pro habente, quod ut supponimus est idem, hec tamen prædicatio est falsa : *Albedo est dulcedio*, quia ex-

trema supponunt pro forma, in utroque extremo valde diversi est.

4. Quibus suppositis facile est responderes ad quæsitus. In qd inquisitionis utrum nominibus prima intentionis vere concretum de concreto prædicetur ? Resp. enim quod concretum de concreto, quando significant formas existentes in eodem supposito, vel subiecto vere prædicantur. Ut istæ prædications sive vere, *homo est Animas*; *homo est rationalis*, *Album est dulce*, & è conversa. Quod sic ostenditur. Tunc aliqua prædicatio est vera, quando extrema supponunt pro eodem ; sed quando prædicatur concretum de concreto modo dicto, extrema supponunt pro eodem : ergo concretum de concreto, quando significant formas existentes in eodem supposito, vel subiecto, vere prædicatur. Prob. min. Quando prædicatur concretum de concreto modo dicto, extrema supponunt pro habente formam ; sed habens formam, ut supponimus est unum : ergo extrema supponunt pro eodem : ac proinde est recta prædicatio. Contra hanc doctrinam nihil se offert speciale, unde ad alia quæ majorem ingruunt difficultatem transferimus.

¶(X)

¶S S S S S
S S S S S

QUÆST. II.

UTRUM ABSTRACTA DE
concretis, & concreta de abstractis
medijs nominibus i. intentionis vere prædi-
centur?

PRO cuius dabij resolutione est notandum primo, quod in illo non loquimur de abstractis, & concretis significantibus formas in eodem subjecto non existentibus, ut si dicas *lapis est humana*itas, *nigra* non est *Albedo*; certum enim est tales prædicationes, & si forme inconcreto significantur, esse falsas, ut si dicas *lapis est homo*, *nigra* non est *album*. Unde loquimur de abstractis, & concretis significantibus eandem formam, v. g. *de his homo*, & *humanitas*, *album*, & *albedo*.

2. Advertendum est 2. quod nomina possunt significare, vel formas in creatas omnino simplifices: ut hæc *Déus*, & *Deitas*, *Páter*, & *Paternitas*. *Filius*, & *Filiatio* in divinis, vel formas, & naturas creatas, transcendentes, ut *ens*, & *entitas*, *verum*, & *venit*; et non transcendentes, & has etiam in duplice differentia, formas videlicet substantiales, vel accidentales, & de omnibus his quid dicendum sit in presenti dubio interrogamus.

3. Dico ergo 1. *Medijs nominibus significantibus formas substantiales, vel accidentales creatas, nec*

abstracta de concretis, nec concreta de abstractis possunt prædicari. Unde istæ prædicationes sunt falsæ homo est *humana*itas, *album* est *albedo*, & è contra. Hæc conclusio preterquamquod est expressa Div. Thom. opusc. 69. per hæc verba: *Albedo*, & *humanitas* significantur per modum partis, & non prædicantur de concretis, sicut nec pars de suo toto. Suadetur primo ratione generali. Ut prædicatio sit vera debent extrema supponere pro eodem; sed quando prædicantur concreta de abstractis, vel abstracta de concretis modo dicto, extrema pro eodem non supponunt: ergo non recte ad invicem prædicantur. Prob. min. Tunc casus unum extremum supponit pro supposito, vel subjecto, & aliud pro sola forma: ergo.

4. Prob. 2. Hoc idem ratione deducta ex D. Thom. loco citat. Ut prædicatio sic vera prædicatum debet includere actu, vel impotentia quid quid includit subjectum; sed quando prædicatur abstractum de concreto, prædicatum non includit actu, nec impotentia quid quid includit subjectum: ergo abstractum scilicet non recte prædicatur de concreto, prob. min. Tunc casus prædicatum, v. g. *humanitas*, solum includit id, quo homo est homo, & *Albedo* solum includit id, quo *Album* est *Album*, subjectum vero v. g. *homo* includit suppositum, quod non includit *humanitas*, & *Album* includit corpus, & suppositum quo-

tum neutrūm dicit A. b. d. : ergo aliquid includitur in p̄x̄litis concretis, quod non includitor in abstractis, nec est, nec in potentia : ac proinde talia abstracta de concretis p̄dicari nequeunt.

3. 3. prob. concl. quæ realiter distinguuntur non possunt ad invicem vere p̄dicari ; sed significatum abstracti , & concreti in p̄x̄litis formis , realiter distinguuntur : ergo non possunt ad invicem p̄dicari. Mai. constat siquidem diximus , ut p̄dicatio affirmativa sit vera , extrema debent supponere pro eodem. Min. vero sic prob. Nam licet tam abstractum , quam concretum significet eandem formam , concretum tamen significat , vel connotat aliquid essentialiter formæ superadditum , scilicet suppositionem , quod in rebus creatis realiter à natura distinguitur : ergo significata abstracti , & concreti informis substantialibus creatis realiter differunt , & consequenter in illis non possunt concretum , & abstractum adinvicem p̄dicari.

6 Dico 2. In nominibus significantibus formas generales , & transcendentes , ut ens , & entitas , bonum , & bonitas , possunt ad invicem abstracta de concretis p̄dicari. Hæc conclusio est D. Tho. q. 21. de verit. art. 4. ad 4. ubi sic loquitur : Ad 4. dicendum , quod aliter se habet informis generalibus , & aliter informis specialibus , informis enim specialibus , non recipiunt p̄dicatio cœreti de abstrac-

to , ut dicatur Albedo est ab. ' vel calor est calidus , ut patet per Diuinum cap. 2. de Divinis Nominibus. Sea informis gene alibus hujusmodi p̄dicatio recipitur ; dictas enim quod essentia est ens , & bonitatis est bona , & unitas unit , & ratio est , quia illud , quod primo credit in apprehensione intellectus est ens , unde oportet quod cuiusque apprehensionis per intellectum , intellectus attribuat hoc , quod est ens.

7 Ex quibus clarissimis verbis deducitur præcipua ratio pro nostra conclusione , quæ sub hac forma proponitur. De qualibet re primo concipitur , quod sit ens ergo de quacumque re , quomodo cu[m]que , sive in concreto , sive in abstracto consideretur , vere p̄dicatur , quod sit ens. Avis. est certum , siquidem nihil prorsus datur , rationem entis subterfugiens. Conseq. vero prob. Ideo passiones caritatis verum , bonum , & unum sunt ita generales , & transcendentes , ut de omnibus rebus vere dicantur , & p̄dcentur , quia identificantur cum ente : ergo potiori iure ens de quacumque re , quomodo cu[m]que , sive inconcreto , sive in abstracto consideretur p̄dicabitur.

8 Dico 3. In nominibus significantibus naturam diuinam , abstracta de concretis , & concreta de abstractis , in sensu identico , vere p̄dicantur , non tamen in sensu propriissimo , & formaliter. Prima pars hujus conclusionis deducitur

Ex D. Tho. pluribus sive doctrinæ in locis, & præcipue i. p. q. 31. art. 3. ubi videtur ad minus illas propositiones Deus est Deus, & Deitas est Deus in sensu identico admittere. Et ratio hujus primæ partis est quia in divinis non distinguuntur realiter suppositum à natura; nec id, quod est ab illo quo est: ergo quamvis ex modo significandi, etiam in divinis abstracta significant id quo est, & concreta id quo est, & abstracta significant solum formas, & concreta significant formas connotando suppositam, adhuc tamen in sensu identico abstractam, & concretum vere in divinis adinvicem prædicantur. Quia ratione in sensu identico ista sunt vera: Deitas est Deus, Deus est Deitas, Pater est Paternitas, Paternitas est Pater.

i. vero pars conclusionis suadetur in primis auctoritate D. Tho. qui i. p. q. 31. art. 3. sic loquitur: *Litter secundum rem sit idem Deus, & Deitas, non tamen est idem modus significandi attributus, nam hoc nomen Deus, quia significat Divinam Essentiam, ut in his ente ex modo suo significat unius, naturaliter habet quod possit supponere pro persona, & sic ea que sunt propria personarum posse sunt prædicari de his Nomina Deus, ut dicitur Deus est genitus, vel generans; sed hoc Nomen Essentia non habet ex modo suo significacionis, quod supponat pro persona, quia significat essentiam, ut formaliter abstractam, & ideo ea*

qua sunt propria personarum, quae ad invicem distinguuntur non possunt essentia attribui: ergo sententie expresse D. Tho. quod in nos minimis significantibus naturam divinam, abstracta de concretis in sensu identico vere prædicentur adinvicem, non tamen in sensu propriissimo, & formaliter.

Ex quibus verbis D. Tho. confirm. hæc secundo pars. Si non solum in sensu identico, & etiam in sensu propriissimo, & formaliter in prædicatis divinis abstracta de concretis vere prædicantur adinvicem, hæc esset bona consequentia: Deus generat, Deus est Deitas: ergo Deitas generat, sed hæc mala consequentia est, & non alia ratione, nisi quia arguitur ab identica ad formalem: ergo. Prob. min. Si minor prædicti discursus non solum in sensu identico, sed etiam in sensu formaliter vera esset, esset consequentia bona, & legitima: ergo mala consequentia est, & ideo est, quia minor solum est vera in sensu identico, non vero in sensu propriissimo, & formaliter.

10. **Contra primam conclusionem.** Objic. i. In non minimis significantibus formas transcendentias, & in creatis, abstracta de concretis, & concreta de abstractis vere in sensu identico prædicantur: ergo etiam in nominibus significantibus formas particulates creatas. Ans. constat ex secunda, & tertia conclusione. Conseq. vero sic prob. Nomina abstracta, & concreta, sive hanc, sive illam for-

magni significant, eundem modum
habent significandi: ergo.

11. Resp. conc. antec. neg. con.
sq. est namque magna disparitas
inter formas transcendentes, &
divinas, & inter formas particula-
res, & creatas, nam in primis in
rebus creatis suppositum, quod
connotat concretum, distinguitur
realiter à forma, quam significat
nomen abstractum, unde non pos-
sunt adhuc in sensu identico ad in-
vicem prædicari; bene tamen in
nominibus significantibus formas
transcendentes, & divinas propter
oppositam rationem. Et insuper,
quia nomina significantia formas
particulares, & creatas significant
formam, qua solam secundum
aliquam rationem particularēm
convenit subjecto, forme vero
transcendentes, & divinæ signifi-
cant aliquid, quod omnibus re-
bus, & sub omni formalitate con-
venit. Quia de qualibet re, sive
in abstracto, sive inconcreto fig-
noscitur, erit verum dicere, quod
est ens, & est entitas, est bona, &
est beatitas. Consequenter licet in
nominibus significantibus has for-
mas transcendentes, & divinas
abstractum, & concretum ad in-
vicem prædicatorum saltim in sensu
identico, non tamen hoc contingit
in formis particularibus creatis..

12. Obijc. 2. etiam in nominis
significantibus formas parti-
culares creatas, concretum prædi-
catur de abstracto, & abstractum
de concreto: ergo prima conclu-
sio non est universaliter vera. Prob.

ans. Hoc nomen quantitas signifi-
cat formam particularem creatam;
& tamen verè prædicatur concre-
tum de hoc abstracto; dicendo
quantitas est quanta: ergo etiam
in nominibus significantibus for-
mas particulares creatas, concre-
tum verè prædicatur de abstracto.
12. Resp. neg. ans. Quia in
primis medijs his terminis, ab-
stractum nequit de concreto verè
prædicari, ut si dicas quantum est
quantitas, quia subjectum talis
propositionis connotat materiale,
scilicet corpus realiter ab ipsa for-
ma quantitatis distinctum, & præ-
dicatum significat solam formam
quantitatis absque ulla connota-
tione: ac proinde extrema objec-
tiva prædictæ propositionis non
identificantur realiter, sed reali-
ter distinguuntur penes realiter in-
clusum, & non inclusum. Deinde
etiam nec concretum potest verè
de abstracto prædicari, unde præ-
dicatum hujus propositionis quan-
titas est quanta, non sumitur in
omni rigore, ut concretum, & ut
connotat subjectum, seu substrac-
tum quantitatis, alias proposicio
est falsa; sed illud prædicatum
quanta solum denotat, quod
quantitas habet in se effectum
quantitatis, scilicet extensionem
partium, & esse unam partem ex-
tra aliam, ad differentiam albedi-
nis v.g. quæ quamvis faciat als-
bum, ipsa tamen Albedo non est.
Alba, quantitas vero tribuit suum
effectum formalem substanzia, scilicet
distinguere accidentaliter par-
tes,

tes, & facere illam extensam, quem effectum ipsa quantitas participat, & ideo *quantitas est quanta*.

QUÆST. III.

*UTRUM ABSTRACTA D-E
abstractionis medijs terminis i.
tensionis vere predi-
centur?*

PRO resolutione hujus dubij, est supponendum i. quod nomina abstracta sunt in triplici differentia: nam aliqua significant formas realiter entitativè diversas, ut hæc nomina: *humilitas, & albedo*. Alia sunt nomina, que significant formas realiter formaliter distinctas, ut hæc nomina *actio, & passio* vel denique formas significant solum per intellectum ratione ratiocinata distinctas, ut hæc nomina: *Hu-
manitas, animalitas, rationalitas, sensibilitas*.

2. Etsi loquamur de nominibus significantibus in abstracto formas realiter distinctas, etsi in eodem supposito existentes, abstracta de abstractis, nec in sensu identico, nec in sensu formalis vere predicantur, & ratio est quia, ut predicatio affirmativa sit vera, debent extrema supponere pro eodem; sed nomina abstracta, que significant formas realiter entitativè distinctas pro eodem non sup-

ponunt: ergo nequeunt ad invicem prædicari, prob. min. Talia nomina, ut potè abstracta supponunt pro formis; sed formæ, ut supponimus, sunt realiter entitativè distinctæ: ergo nec in sensu identico, nec formalis possunt talia nomina supponere pro eodem; & consequenter in neutro sensu ad invicem prædicari. Qua ratione illæ prædiciones sunt falsæ: *Humanitas est risibilitas, humani-
tas est albedo, quantitas est qual-
itas, & similes*.

3. Similiter est certum formas non entitativè, sed realiter formaliter distinctas, & in abstracto significatas, vere in sensu identico prædicari, non tamen in sensu formalis. Ut hæc in sensu identico est vera: *actio est passio*. Et hæc *albe-
do est similitudo*, si relatio à suo fundamento realiter entitativè non distinguatur. Et ratio est, quia tunc casus extrema supponunt pro eodem, quia est idem, ac dicere, res que est actio est passio, res que est Albedo est similitudo, quod ve-
rum est in sensu identico, non tamen in sensu formalis, quia ad hoc erat necessarium, quod prædicatum esset de conceptu essentiali subjecti.

4. Denique certum debet esse, quod formæ, que à parte rei actualiter non distinguuntur, sed solum ratione ratiocinata per intellectum in abstracto significatae in sensu identico, vere ad invicem prædicari propter eandem rationem. Unde in sensu

su identico illæ sunt verae : *Humanitas est animalitas, rationalitas est humanitas.* Unde difficultas solum est ; an prædictæ forme non solum in sensu identico, sed etiam in sensu formalis vere una de altera prædicetur ? Quæ predicationes sunt valde diversæ, nam potest prædicari forma generica de specifica, & de forma differentiali, & forma differentialis de generica, & specifica. Et omnia hæc vel informis substantialibus, vel accidentalibus possunt contingere. Unde pro veritatis explicatione.

5. Dico 1. *Forma generica de specifica accidentalis, vel substantialis in abstracto vere, & formaliter prædicatur.* Hæc conclusio prob. 1. *Forma generica, & specifica, v. g. humanitas, & animalitas.* Nullatenus à parte rei, sed solum per intellectum ratione distincti atque distinguuntur ; sed distinctione rationis, nisi cum reduplicacione, vel in actu signato ponatur, non sufficit talificare formaliter propositiones ; ergo forma generica de specifica in abstracto formaliter prædicatur. Prob. min. Quamvis attributum justitiae, & misericordia in Deo sola ratione distinguuntur, & si cum reduplicacione proprie rationis, auctor possita ipsa distinctione rationis in actu signato non possint formaliter prædicari, absque reduplicacione tamen, & non possita distinctione rationis in actu signato formaliter prædicatur justitia de misericordia, nam licet illæ predicationes

sint falsæ : *Justitia in quantum justitia est misericordia, ratio justitiae est ratio misericordie,* ita tamen in sensu formalis est vera : *Justitia est misericordia ; ergo est distinctione rationis, nisi cum reduplicacione ponatur, vel in actu signato, non sufficit talificare formaliter propositiones.*

6. 2. prob. conclusio. Ut aliqua propositione sit vera iustificat, quod praedicatum includit, quidquid in actu includit subjectum, sed forma generica in abstracto, etiam significata includit implicitè, & in potentia quidquid includit formam specificam : ergo vere de illa in sensu formalis prædicatur. Min. constat siquidem ideo hæc prædicatio est vera : *bono est animal,* quia prædicatum implicitè, & in potentia continet quidquid in actu includit subjectum. Min. vero sic prob. Animalitas dicit formam contrahibilem per rationalitatem ; sed forma contrahibilis dicit implicitè, & in potentia differentiali per quam contrahitur : ergo forma generica, etiam in abstracto significata includit implicitè, & in potentia quidquid includit formam specificam : ac proinde poterit de illa vere, & formaliter prædicari, dicendo *Abedo est cor. Humanitas est animalitas.*

7. 3. prob. conclusio. Animalitas etiam in abstracto significata, significatur, ut totum potentiale respectu humanitatis : ergo vere, & formaliter prædicatur de illa. Conting. patet, siquidem, quia An-

Animal in concreto significatur, ut totum potentiale respectu hominis, & equi, formaliter de illis praedicatur. Ans. vero sic prob. Animalitas non potest abstrahere ab humanitate, abstractione formalis, sed solum abstractione totali: ergo etiam in abstracto significata, significatur, ut totum potentiale. Prob. ans. Animalitas est de essentia huminatatis, tanquam pars Metaphysica illius; sed ut docet D. Thos. opusc. 8. super Boetium, nihil potest abstrahi abstractione formalis ab aliquo, de cuius essentia est: ergo Animalitas solum potest abstrahi ab humanitate, abstractione totali: ergo abstrahitur, ut totum potentiale: ac proinde verè in sensu formalis de humanitate praedicatur.

8. Dico 2. Quod forma differentialis in abstracto verè, & formaliter praedicatur de forma specifica; etiam in abstracto significata, v. g. rationalitas de humanitate. Hanc conclusionem tenet noster Author q. 3. universaliter art. 2. & post est probari eisdem rationibus, ac precedens. Rationalitas enim solum distinguunt ratione ratiocinata ab humanitate, & de illa, nec praedicatur cum reduplicacione, nec positur ea distinctio in actu signato; alias cum sic pars Metaphysica humanitatis continet implicitè, & in potentia quid quid in actu includit humanitas, & sic in abstracto significata, non significatur cum præcisione ab humanitate, sed solum cum præcisione.

à supposito: ergo eisdem rationibus convincitur rationalitatem in abstracto verè, & formaliter praedicari de humanitate, ac probatam fuit, rationem genericam etiam in abstracto verè, & formaliter de illa praedicari.

9. Dico 3. Forma genericas in abstracto praedicatur formaliter de forma differentiali, etiam in abstracto significata. Ut animalitas de rationalitate. Et ratio est clara; nam forma differentialis, & generica non distinguunt actualiter, nisi per rationem, nec praedicantur cum reduplicacione, nec distinctione rationis ponitur in actu signato; & alias forma generica continet implicitè, & in potentia quid in actu dicit forma specifica, scilicet formam differentialem: ergo sicut forma generica, & differentialis praedicanter formaliter de specifica, ita forma generica praedicabitur formaliter de differentiâ. Unde sequitur quod iste syllogismus expitorius sit optimus: *Hac humanitas est animalitas, & hæc humanitas est rationalitas: ergo rationalitas est animalitas;* quia utraque premissa est formalis, ut manet probatum: ergo in eodem sensu formalis conclusio debet esse vera.

10. Obijc. 1. contra 1. conclus. Si forma generica in abstracto verè praedicaretur de specifica, etiam ipsa forma generica, & specifica in abstracto praedicarentur de forma individuali, etiam in abstracto significata, & sic illæ praedicatio,

nes essent veræ: Petreitas est humanitas, Petreitas est animalitas; consequens est fallum ergo, & antecedens.

Resp. dist. aūs. etiam forma generica, & specifica in abstracto prædicarentur de forma individuali, si forma individualis solum significet formam individualem, seu singularem, non autem suppositalitatem, conc. aūs. si non solum formam singularem significet, sed etiam suppositalitatem, neg. aūs. & conseq. Petreitas, namque potest significare solum singularitatem Petri, & non Petri suppositalitatem, si solum singularitatem Petri significet, possunt de illa forma generica, & specifica vere prædicari, minime tamen si significet suppositalitatem; quia cum in rebus creatis suppositum, & hypostasis distinguantur realiter à natura generica, & specifica; humana-
tas, & animalitas non possunt de Petreitate vere prædicari.

11 Obijc. 2. contra 2. conclusionem. Differentia ex proprio modo significandi, prædicatur in quale, & per modum alteri ad jacentis; sed in abstracto significata non potest de natura specifica, etiam in abstracto significata prædicari in quale, & per modum alteri ad jacentis: ergo in abstracto non prædicatur de illa. Prob. min. quod prædicatur in quale, & per modum alteri ad jacentis, & id de quo prædicatur, est habens formam; sed hoc est proprium coaccreti: ergo nec abstractum po-

test prædicari in quale, nec per modum alteri ad jacentis.

Resp. dist. mai. Proprius modus prædicandi differentie est prædicari in quale, & per modum alteri ad jacentis, differentie sumptæ in concreto, conc. mai. in abstracto, neg. mi. & conc. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod prædicari per modum alteri ad jacentis non est proprius modus prædicandi differentie sumptæ in abstracto, sed in concreto, sed proprius modus differentie est prædicari in quale, & hoc modo etiam prædicatur differentia in abstracto de natura specifica; quia natura specifica, etiam in abstracto significata, licet non significetur, ut in supposito, significatur tamen, ut natura composita ex forma genera-
tiva, & differentiali, forma genera-
tiva se habente in tali compo-
sitione, ut materia, & forma differen-
tiali se habente, ut forma; proin-
deque forma differentialis quam-
vis in abstracto significetur, præ-
dicatur in quale de natura specifi-
ca, etiam in abstracto significata.

12 Obijc. ultimo contra tertiam conclusionem. Differentiae sunt omnino extra conceptum gen-
teris: ergo in natura generica in abstracto, non iaciduntur: ac proinde natura generica in abstracto nequit de illis prædicari. Con-
firm. Nulla forma in abstracto præ-
dicatur de illo, de cuius essentia
non est; sed forma generica non
est de essentia formæ differentialis;
cum illam non constituat: ergo de
illa

illa in abstracto non prædicator.

Resp. ad arg. dist. aūs. Differentiae sunt extra conceptum generis formaliter, conc. aūs. virtualliter, nrg. aūs. & conseq. Dicimus ergo, quod licet differentiae sunt extra conceptum generis, quia formaliter in illo non includuntur; tamen, quia quedammodo educuntur ex potentialitate generis, in ipsa forma generica, quanvis in abstracto considerata, contiacatur virtualiter implicite, & in potentia; quod sufficit ad hoc, ut forma generica, etiam in abstracto de qualibet illarum prædicetur ut quid superius de suo inferiori. Ad confirm.

Resp. quod licet forma generica non sit de essentia differentiæ immediatè est tamen de essentia speciei, de cujus essentia est differentia, & id sufficit, ut etiam in abstracto de differentia prædicetur; nam si forma generica est de essentia speciei, & differentia est etiam de essentia speciei, non potest forma generica abstrahere abstractio- ne formalis à natura specifica, & ideo natura generica in abstracto potest de natura specifica, & de forma differentiali prædicari.

QUÆST. IV.

UTRUM MEDIJS NOMINIBUS 2. intentionis concretum de concreto, & abstractum de abstracto possit prædicari?

Resolutio hujus difficultatis ex dictis in precedentibus fa-

ciliis est. Unde dico 1. Nomina concreta secunda intentionis, que significant formas simul eidem subiecto convenientes possunt ad invicem formaliter prædicari; nomina vero concreta significantia formas, que eidem subiecto simul convenienter non possunt, ad invicem nequeunt prædicari. 1. pars hujus conclusionis prob. Nomina concreta primæ intentionis, que significant formas eidem subiecto convenientes possunt ad invicem prædicari: ergo etiam nomina concreta 2. intentionis, significantia formas eidem subiecto convenientes possunt ad invicem prædicari. Aūs. constat ex dictis q. 1. conseq. vero prob. Ideo primum contingit, quia extrema, utpote concreta supponunt pro eodem, scilicet pro subiecto, vel supposito, quod ut supponimus est idem; sed idem contingit in nominibus concretis secundæ intentionis: ergo si primum est verum etiam secundum.

2. Advertendum est tamen, quod prædicatio medijs his nominibus concretis 2. intentionis erit inquit, vel in quale justa habitudinem, quam forma prædicari habuerit ad formam subiecti. Unde hæc est prædicatio speciei, & inquit: Hoc genus est genus, & haec erit prædicatio genetis: Genus est universale, & haec prædicatio proprij: Genus est prædicabile; & denique haec erit accidens, quinti prædicabilis: Tercium est subiectum.

Quo supposito prob. 2. pars conclusionis sic. Formæ rationis,

que eidem subiecto convenire non possunt, & si nominibus concretis significantur non possunt pro eodem supponere: ergo nec ad invicem prædicari. Prob. ans. Tales formæ in concreto significare supponerent pro supposito, vel subiecto; sed subiectum, ut supponimus non est idem, sed diversum, cum formæ eidem subiecto non possint convenire: ergo extrema non supponerent pro eodem. Et ob hanc rationem hæc prædicatio est falsa: *Subiectum est predicatum*, quia extrema significant formas, que eidem subiecto non possunt convenire.

3 Dico 2. Medijs nominibus 2. intentionis abstracta generica de specificis, & differentialibus; & differentia la de specificis verè ad invicem prædicantur; non tamen alias abstractæ, & si significant formas eidem subiecto convenientes. Hæc conclusio etiam habet duas partes, & quo ad primam sic prob. In his formis rationis, significatis per terminos 2. intentionis, dantur formæ generica, specificæ, & differentiales, ut universalitas est forma generica ad generitatem, & specietatem, & ad alias formas specificas prædicabilium; sed in nominibus 1. intentionis, forma generica vere prædicatur in abstracto de forma specifica, & differentiali: ut quæst. anteced. manet probatum: ergo eisdem rationibus convincitur, idem esse dicendum de formis per nominata 2. intentionis in abstracto significatis. Unde hæc prædicatio est for-

malis, & vera: Generitas est universalitas.

4 2. vero pars conclusionis faciliter ex dictis prob. Nam, ut prædicatio sit vera, debent extrema pro eodem supponere; sed in prædicatione per nomina abstracta 2. intentionis, significantia formas diversas, quanvis eidem subiecto simul convenientes, extrema non possunt supponere pro eodem subiecto; alias nec pro eadem forma, cum diversas formas, ut supponimus significant: ergo tales prædicaciones verae non possunt esse. Qua ratione sicut in formis realibus isti prædicaciones sunt falsæ: *Humanitas est risibilitas*; *humanitas est Albedo*; *Albedo est dulcedo*. Ita, & istæ in formis rationis fallax sunt. Universalitas est prædicabilitas, /pt: cicitas est generitas. Quæ vero argumenta contra hanc conclusionem possunt obici, jam sunt propositi contra similes prædicaciones in tertiis 1. intentionis, quæ eodem modo proportionabiliter, si hic obmijciantur, solvi possunt.

QUÆST. V.

UTRUM MEDIJS NOMINIBUS 2. intentionis concreta de abstracta vere prædicentur?

Dico 1. De secunda intentione rationis, quæ ab alia potest denominari, & esse substantium illius, etiam in abstracto considerata, potest in concreto pre-

dicari intentio denominans; ita quod iste propositiones sunt veræ: Generitas est species, specietas est species, quod sic breviter ostenditur. Generitas, & specietas, eodem modo sunt substratum denominabile à 1. intentione speciei, sicut homo v. g. sed de homine prædicatur species inconcreto: ergo etiam species inconcreto potest de generitate, & specietate in abstracto sumptis prædicari. Prob. mai. In eadem homo est substratum denominabile à 1. intentione speciei, in quantum potest abstrahi per intellectum ab hoc, & illo homine, qui solo numero differunt, & ad hunc, & illum hominem comparari; sed etiam Generetas, & Specietas possunt abstrahi per intellectum; generitas ab hac, & illa generitate, & specietas ab hac, & illa specietate, qua solo numero differant: ergo eadem modo generetas, & specietas sunt substratum denominabile à secunda intentione speciei; ac homo. Consequenterque, si de homine vere prædicatur species inconcreto, etiam vere de generitate, & specietate prædicabitur.

Confirm. & roboratur hæc ratio. Tunc prædicatio est vera, ut sepe diximus, quando extrema supponunt pro eodem; sed in hac prædicatione generetas est species, extrema pro eodem supponunt: ergo est vera prædicatio. Prob. min. Prædicatum talis propositionis, utpote concretum supponit pro substrato, vel subjecto; sed etiam subjectum pro eodem substrato, vel subjecto

supponit, ut etiam supponit conclusio: ergo in prædicta propositione extrema pro eodem supponunt: erit ergo vera propostio.

2. Dico 2. De secundis intentionibus in abstracto, alioz. intentione, illas non denominans, nec inconcreto potest de illis prædicari. Hæc conclusio prob. ratione generalis sic. Ut prædicatio affirmativa sit vera, debet extrema supponere pro eodem; sed in similibus prædicationibus, extrema pro eodem non possunt supponere: ergo de secundis intentionibus in abstracto non potest prædicari adhuc inconcreto secunda intentione illas non denominans. Prob. min. In similibus prædicationibus subjectum, utpote abstractum supponit pro forma, & prædicatum, utpote concretum supponit pro substrato forma: ergo.

3. Secunda intentione in abstracto non potest prædicari de altera 2. intentione in concreto, etiam si intention signata per concretum sis denominabilis à 2. intentione, signata per prædicatum. Ita enim prædicationes sunt talia: Genus est generitas; genus est specietas; & ratio est clara, quia in nulla illarum extrema supponunt pro eodem: ergo sunt talia. Prob. ahs. Subiectum illarum, utpote concretum, supponit pro substrato, & prædicatum, utpote abstractum, supponit pro sola forma: ergo. Ab hac universalis regula excipitor hæc prædicatio: Species est specietas, quia quavis prædicatum, utpote

abstractum, supponat pro forma, quam significat, & subjectum, ut potè concretum pro materiali, & substrato intentionis speciei; quia tamen ipsa *specieitas*, ut diximus, potest esse substratum intentionis speciei, illa propositio est vera: *Species est specieitas*; quia est idem, ac dicere: aliquod materiale speciei est specieitas, quod est verum. Contra has etiam conclusiones nihil se ostendit speciale.

QUÆST. VI.

UTRUM 2. INTENTIONES universalium de primis intentionibus, & secundis intentiones singulares de primis universalibus prædicari possint?

EGimus ueracique de prædicacionibus, in quibus 1. intentiones de primis intentionibus, & 2. intentiones de secundis intentionibus prædicantur; restat modo de prædicacionibus, in quibus 2. intentiones de primis prædicantur, tractare. Pro quo supponendum est in primis, ut certum, secundas intentiones in abstracto de primis intentionibus, etiam in abstracto nullatenus posse vere prædicari: ut si dicas *humanitas est specieitas*. *Animalitas est generitas*. Et ratio est, clara, quia extrema, utpote nomina abstracta supponunt pro formis, quas significant; sed 2. intentione est distincta à 1. intentione: ergo in proprieione, in qua 2. in-

tentio prædicatur de prima, extrema non supponunt pro eodem: ac proinde talis propositio non est vera, sed falsa.

2. Similiter etiam, supponendum est tanquam certum, quod secunda intentio in abstracto non potest vere prædicari de prima intentione inconcreto, dicendo: *homo est specieitas*. *Autosale est generetas*, quia cum subjectum, ut potè concretum supponat pro materiali, & substrato, & prædicatum, ut potè abstractum supponat pro secunda intentione, extrema prædictarum propositionum non supponunt pro eodem: ac proinde non vera, sed falsa sunt.

3. Denique, certum est, quod nomen 2. intentionis in concreto prædicatur vere de naturis primæ intentionis, quas 2. intentio significata per prædicatum denominat, unde iste sunt verae prædicaciones, licet accidentales: *Animal est genus*, *homo est species*, *Petrus est individuum*. Tunc, quia quolibet accidens reali, vel rationis denominans aliquod subjectum prælicatur accidentaliter de illo, qua ratione *huc est vera: homo est albus*; sed animal denominatur ab intentione generis, homo ab intentione speciei, & Petrus ab intentione individui: ergo vere tales 2. intentiones de illis accidentaliter prædicantur. Tunc etiam, quia in talibus prædicacionibus diffinitio prædicati convenit subiecto: ergo & ipsum prædicatum vere, licet accidentaliter, prædicatur de subiecto. Prob. ans.

Si genus est quod prædicatur de pluribus differentibus specie inquit, hoc coaveat Animali; & species prædicatur de pluribus differentibus numero, hoc convenit homini; & individuum est, quod de uno tantum prædicatur, hoc convenit Petro: ergo.

4. Qibus suppositis solum cum nostro Authore Sapientis. Mag. Soto hic dubitanus, an termini 2. intentionis significantes intentiones universales de primis intentionibus singularibus, aut minus universalibus, aut termini 2. intentionis significantes intentiones singulares de primis intentionibus universalibus verè prædicentur? Quod est idem ac inquirere; an iste predicationes sine veræ: homo est genus, Petrus est genus, Petrus est species, vel ita: homo est individuum, animal est individuum?

5. Dicendum igitur est. Omnes prædictas propositiones esse falsas, quod sic 1. prob. iusta regulas appellationis, prædicatum 2. intentionis convenienter rebus, & non vocibus appellat, & applicat suum significatum formale supra significatum formae subjecti; sed hoc ipso tales propositiones non possunt esse vera: ergo omnes sunt false. Prob. min. Scante tali regula, ita propositione homo est genus facit hunc sensum; homo sub conceptu proprio hominis est genus, & ita: Petrus est genus itum, Petrus, sub conceptu singulari Petri est genus, & idem dicendum de ista prædicatione Petrus est species; & de ista:

homo est individuum; sed omnes isti sententiæ falsissimi sunt: ergo omnes prædictæ propositiones sunt falsæ.

6. 2. prob. hoc idem. In nulla prædictarum propositionum prædicatum, aut illius diffinitio convenit subiecto: ergo omnes sunt falsæ. Prob. aūs. Hoc nomen genus significat id, quod prædicatur de pluribus differentibus specie, quod non convenit homini, nec Petro, nec hoc prædicatum species convenit Petro, quia species significat id, quod prædicatur de pluribus differentibus numero, quod Petro minimè convenit; nec denique hoc prædicatum individuum convenit homini, aut animali, quia individuum dicit id, quod de uno tantum prædicatur, quod non convenit, nec homini, nec animali: ergo in nulla prædictarum propositionum prædicatum, aut illius diffinitio convenit subiecto: consequenterque omnes sunt falsæ.

7. Contra prædictam conclusionem obicies 1. Hec est vera prædicatione: homo est genus; ergo primum quod in cœlacione asservimus est falsum. Prob. aūs. Hec est bona consequens. Omne animal est genus; homo est animal; ergo homo est genus; sed major, & minor sunt veræ: ergo, & conseqüens verum est. Resp. neg. aūs. & ad illius prob. Dicimus, non esse legitimam consequentiam propter duplē differentiam, primum, quia variatur appellatio, nam in majori, prædicatum genus appellat supra significatum formale

animalis, & in consequenti, supra significatum formale *hominis*. Insuper habet defectum variationis suppositionis ex parte illius termini *homo*, qui in consequenti supponit simpliciter, & in majori personaliter. Et praeter hanc illa propositio: *Omnis animal est genus secundam probabiliorem sententiam est falsa.*

3 Obijc. 2. Hac propositio *Petrus est species est vera*: ergo terminus 2. intentionis significans intentionem universalem prædicatur de prima intentione singulari. Prob. ahs. bene valeat *omnis homo est species*, *Petrus est homo*: ergo *Petrus est species*. Mai. & min. sunt verae: ergo, & consequens. Confirm. Hac propositio est vera: *Hic homo est species*: ergo quæ in nostra conclusione diximus non sunt universaliter vera. Prob. ahs. Bene valeat *homo est species*: ergo hic *homo est species*, vel hic *homo est species* per descensum disjunctivum, & primam regulam suppositionis; sed ahs. est *Nernia*: ergo, & consequens, pro aliqua illius parte debet esse verum.

Resp. ad arg. neg. ahs. & ad ejus prob. neg. conseq. Quia in illa etiam committitur duplex defectus, sicut in precedenti, & major, si distributio tollit suppositionem simplicem, sicut in rei veritate tollit, est falsa. Ad confirm. neg. illa propositio: *hic homo est species*, neg. etiam conseq. Sub termino enim supponente simpliciter non est licitus ascensus, nec descensus, quia supponit quæsi immobiliter, ut

communiter dicunt dialectici.

9 Denique obijcies. Hæc propositio: *homo est inividuum est vera*; quia bene valet à subalternante ad subalternatam: *Omnis homo est inividuum*: ergo *homo est inividuum*; sed ahs. est verum: ergo, & consequens. Similiter bene valet, per ascensum disjunctivum: *Hic homo est inividuum*, vel hic *homo est inividuum*. Ahs. est verum: ergo, & consequens.

Resp. tamen hanc propositiōnem: *homo est inividuum*, esse falsam. Et ad illius primam prob. neg. conseq. non enim est à subalternante ad subalternatam nec est bona. Non enim est bona, quia variatur suppositio de personali in simplicem; nec est à subalternata ad subalternatam, quia subalternata debet esse propositio particularis, & cujus subjectum sic terminus communis supponens in diffinitè, vel personaliter, & possit propositio divisivè verificari de pluribus. Consequens autem prædictæ consequentie, cum supponat simpliciter, supponit immobiliter, & quasi singulariter. Ad 2. prob. Dicimus, illum ascensum non esse bonum, quia, ut jam diximas, sub termino supponente simpliciter, nec licet ascendere, nec descendere.

(oo)

so so so so so so

IN-



INCIPIT LIBER SEXTVS

DE ANTE PRÆDICAMENTIS.

ACTURI in sequenti libro de Prædicamentis ad quæ, ut preambulam premisit Aristoteles Ante Prædicamenta, de illis etiam est nobis in hoc libro egendum, & cum de univocis, & equivocis inter quæ medias sunt. At alio egerit Aristoteles, de univocis, & equivocis, nec non de Analogis tractabimus; & denique, quia divisionis entis in decem prædicamenta est quodam preambulum ad prædicamenta, de divisione entis in decem prædicamenta tractabimus, quia, quamvis hoc ad Metaphysicam pertineat, noster Author, quem plures posse a sunt secuti, in hoc loco de his disputavit.

QUÆST. I.

QUID SIT PRÆDIGAMEN-
tum, & ante prædicamentum, &
quare ante prædicamenta ad
prædicamenta prami-
tantur.

Questiōne hanc breviter duabus conclusionibus resolvēmus. Sed ante quam illas statuamus est advertendum, quod in prædicatione, sive vocali, sive mentali, tāni res ipsæ, quam voces, & conceptus formales prædicantur, diverso tamē modo, nam res, seu conceptus objectivi prædicantur principaliter, & ut quod, voces autem, & conceptus formales prædicantur ut quo, id est, ut substituta rerum, & medijs quibus res ipsæ, ut quod prædicantur, nam, ut inquit Philosophus, quia res ad

Scholas adducere non possumus, utinam uominibus pro rebus, unde quando aliquid enuntiamus, v.g. quando dicimus: *homo est animal*, voces sunt, quæ proxime prædicantur, non tamen ratione scilicet loco rerum, quæ principaliter prædicantur, nec per talem prædicationem intendimus explicare convenientiam vocum inter se, alias propositio est falsa, cum hæc vox *homo* non sit hæc vox *Animal*, sed intendimus explicare convenientiam rerum, quæ per ipsas voces significatur, & idem proportionabiliter est dicendum in propositione mentali hoc supposito.

2. Dico 1. *Agere de prædicamentis pertinet ad Logicum.* Hæc conclusio sic prob. Prædicamenta non supponit pro genre supremo cuiuslibet prædicamenti, sed pro tota collectione omnium, quæ in alijs

aliquo prædicamento collocantur; sed de tota hac collectione pertinet agere ad Logicum: ergo etiam pertinet ad Logicum agere de prædicamentis. Mai. constat: siquidem prædicamentum nihil aliud est, quam *Prædicatorum*, seu *prædictabilium coordinatio*. Min. vero sic prob. ad Logicum pertinet omnibus rebus tribuere intentiones prædicatorum, vel prædictabilium, quæ illis competunt trahere; sed ad hoc est necessarium cognoscere, quæ natura est contrahibilis, & quæ contrahens, ut unis tribuat intentionem generis, & alteri intentionem speciei: ergo de tota collectione eorum, quæ in aliquo prædicamento collocantur, pertinet agere ad Logicum. Et ita verificatur communue illud dictum Philosophi; quod *Logicus*, & *Metaphysicus* agunt de omniente. Metaphysicus ut ejus naturam absolute cognoscat; Logicus vero, ut sciat, quam cuilibet rei intentionem tribuere debet.

3. Dico 2. *Ante prædicamentum est quid præambolum, & cognitum necessarium ad cognitionem prædicamentorum, & ideo ad ipsa prædicamenta necessario ante prædicamenta sunt præmittenda*. Quæ conclusio sic breviter ostenditur tria in genere, scilicet definitiones, divisiones; & regulas; & septem in Specie, videlicet, tres definitiones, dues divisiones, & duas regulas alligavit Aristoteles ante prædicamenta; sed horum cognitione necessaria est ad cognitionem prædicatorum: ergo ante prædicamen-

tum præambulum est, & cognitum necessarium ad cognitionem prædicamentorum. Mai. est diffinitio ante prædicamenti. Min. vero sic prob. In primis requiritur præcognoscere, quid sit univoca, equivoca, & Analogia; deinde est necessaria cognitio complexorum, & incomplexorum, & denique prærequiritur cognoscere, quæ de aliquo dicuntur, & quæ de nullo dicuntur: ergo horum cognitione necessaria est ad cognitionem prædicamentorum. Ans. habet tres partes prob. & quantum ad primam prob. sic.

4. Ad aliquod prædicamentum constituendum, triplicem oportet considerare respectum. Primus est ad id, quod est supra omnia prædicamenta, quod est *ens*. Secundus ad ea, quæ sunt in eodem prædicamento ad invicem; & tertius eorum, quæ sunt in uno prædicamento ad ea, quæ sunt in altero; sed prædicamenta in ratione entis solum possunt convenire *equivoce*, vel *Analogice*, & ea quæ sunt in eodem prædicamento *unione*; & denique illa quæ sunt in uno prædicamento cum his, quæ sunt in alio scilicet *denominative* possunt convenire: ergo a constitutadum aliquod prædicamentum est necessarium præcognoscere, quid sit *univoca*, quid *equivoca*, & quid *Analogia*. Deinde necessaria est cognitio complexorum, quia in prædicamento solum collocantur res simplices, & unam habentes essentiam: ergo etiam requiritur præcognitione complexorum.

plexorum, & incomplexorum. Et denique ad prædicamentum recte constituendum est etiam necessariū cognoscere, quę dicuntur de aliquo, & quę de nullo dicuntur, ut illa collocentur in loco superiori, ista vero in loco interiori prædicamenti: ergo septem in specie sunt necessario ad prædicamenta præcognoscenda, scilicet tres diffinitiones, duas divisiones, & duas regulas, de quibus infra suo ordine dicemus.

QUÆST. II.

UTRUM DIFFINITIONES
univocorum, & equivocorum à
Philosopho assignatae sunt
bona.

IN hac questione non inquirit Philosophus de univocis anivocantibus, nec de equivocis equivocantibus, sed de univocis univocatis, & equivocis equivocatis, id est non agit hic Philosophus de vocibus, quia de his agere pertinet ad dialecticam, sed de rebus ipsis, ut significantur per voces; & hoc modo sumpta univoca sunt: quoram nomen est commune, ratio vero substantia nomini accommodata est omnino eadem. Equivoca vero sunt: quoram nomen est commune, ratio vero substantia nomini accomodata est omnino diversa. Et de his diffinitionibus inquirimus, an sint recte à Philosopho assignatae? Ad quod respondeo affirmative. Quod sic breviter ostenditur. Una-

queque ex illis recte in primis explicat naturam, & alias pri ne particulae habent rationem generis, in quo convenient, & alię particulae ponuntur loco differenti, cum in illis omnino differant: ergo prædictę diffinitiones sunt recte à Philosopho assignatae.

2. Adverteendum est tamen, quod quando in illis dicitur, quorum nomen est commune, non debet intelligi de nomine stricte sumpto, & prout contraponitur verbo, sed intelligitur pro voce significative. Similiter quando dicitur in illis ratio substantia, non intelligitur, quod res significata per nomen sic necessario substantia, sed solum denotat quidditatem rei, sive talis quidditas sit substantia, vel sit accidentis; nam duo homines albi, quatenus significantur hoc nomine *Album* univocantur, & tamen res significata non est substantia, sed accidentis. Et denique quando dicitur est omnino eadem, non exigitur, quod res significata per vocem sit realiter eadē, immo hoc est impossibile, sed sufficit, quod sit eadem præcisivè, & per rationem.

3. 2. est adverteendum, quod ratio univocorum, vel equivocorum non debet attendi penes convenientiam, vel diversitatem, quia res absolute in se habent, sed quam habent, ut significantur per nomen, canis enim terrestris, & Marinus habent in se convenientiam, & diversitatem, convenientiam in ratione *Animalis*, & diversitatem in ratione *canis*. Unde videndum est,

quo nomine significantur, nam si significantur hoc nomine *Animal*, erant univoca univocata, si vero significantur hoc nomine *Canis*, erant æquivoca et univocata. Quibus obter-
vatis plura argumenta, que contra predictas distinctiones possunt fieri
maiest soluta. Pro majori tamen illam n'intelligendam unum, vel al-
terum proponemus.

4. Contra supra possitas distinctiones. Obije. primo. Äquivoca non possunt diffiniri: ergo non bene à Philosopho diffiniuntur. Prob. ans. Plura solum possunt diffiniri, quando dicunt convenientiam, & sunt inter se similia; sed æquivoca, nec dicunt convenientiam, nec inter se similia sunt: ergo.

Resp. ad hoc arg. dist. ans. Äquivoca non possunt diffiniri: æquivoca exercitè sumpta, & in particulari, conced. ans. signatè sumpta, & incomparabili, neg. ans. & conseq. Dicimus ergo, quod licet æquivoca exercitè sumpta, & in particulari non possint una distinctione diffiniri, quia prout sic sunt plura, ut plura; sapta tamè significantur, & in communis, quatenus hoc nomine æquivoca significantur, bene possunt diffiniri, quia prout sic suam habent essentiam, & coavenient in significati uno nomine, & in hoc, quod est non convenire, non enim minus omnia æquivoca in particulari convenient, in eo quod est habere rationem diversam, quam omnia univoca in par-
ticulari convenient, in eo, quod est habere rationem omnino unam.

Dices tamen contra hanc so-
lutionem, quod æquivoca signatè sumpta, & ut convenient in non
convenire, sunt univoca: ergo
æquivoca, ut æquivoca, nonquam
diffiniuntur. Resp. Tamen dist. ans.
Æquivoca signatè sumpta, & ut
convenire in non convenire sunt
univoca accidentaliter, & de o-
minativè, conc. ans. essentialiter,
neg. ans. & conseq. Dicimus enim,
quod ratio communis æquivocorum,
potest subindat secunda inten-
tione termini univoci accidenta-
liter, & denominative. Unde quando
supra dicta distinctione diffi-
niuntur, illa quæ essentialiter, &
ut quæ sunt æquivoca, diffiniuntur,
ut univoca accidentaliter, & ut
quæ, quatenus à tali secunda inten-
tione termini univoci denomi-
natur: ac proinde jam æquivoca,
ut essentialiter æquivoca, diffiniuntur.

5. Obije. 2. contra eandem dis-
tinctionem. Species quæ sunt sub
genere, v. g. *bovo*, & *equs*, sunt
æquivoca; & tamen quatenus sig-
nificantur hoc nomine *Animal*, ra-
tio substantiæ per nomen significa-
ta est omnino eadem: ergo male
dicitur quod in æquivocis est om-
nino diversa. Ans. concurrit, mai-
vero sic prob. sub genere julta Philo-
sophum 7. Meth. text. 31. *Mul-
taliteræ equivocationes*, sed non
aliae, quam species: ergo.

Resp. ad hoc arg. explicando
Philosophum, sub genere multæ
latent æquivocationes *Physicae*, con-
ced. mai. *Logicae*, neg. mai. & con-
seq.

ces. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod est duplex gradus æquivationis, primus est naturæ generice, quæ licet sit eadem generice in omnibus speciebus, est tamen magis, & minus essentialiter perfecta in una specie, quam in alia, ratione differentiæ, & hæc est æquivocatio *Physica*. Secundas gradus æquivocationis est, quando aliqua habent nomen commune, in ratione tamen per illud importata, nec perfectè, nec imperfectè inferiora omnia convenient, & hæc est *Logica*, & rigurosa æquivocatio, de qua in præsenti loquimur; hæc tamen æquivocatio minimè sub genere continetur, sed tantum continetur *Physica*, quæ compatibilis est cum univocatione *Logica*; ut patet in exemplo adducto in arguimento.

QUÆST. III.

UTRUM DIFFINITIO DENOMINATIVORUM SIT RECTE à PHILOSOPHO ASIGNATA?

Denominativa sunt, inquit *Phylosophus*, quæ ab aliquo nominis appellationem habent sola differentia casu. In qua etiam diffinitione non nomina denominativa, sed res ipsas prout significantur per nomen intendit diffinire Aristoteles, & de qua in præsenti interrogamus, an sit recte à *Philosopho* assignata? Ad quod affirmative respondeo; & ratio est, quia denominativum, ut nomen

sonat, ab aliquo ipsius nominis suam accipit denominationem, à quo sola difficit terminatione v. g. *Album* ab *Albedine* denominationem accipit. Et fortis à fortitudine; sed totum hoc explicat diffinitio à *Philosopho* assignata: ergo est optimæ diffinitio.

2. Ex illa tamen infertur 1. quod in quolibet denominativo, tria inveniuntur, scilicet *forma denominans*, *res denominata*, & ipsum *denominativum*; ut videri est in hoc denominativo *Album*, in quo forma denominans est *Albedo*, res denominata, est *corpus*, & totum concretum est ipsum denominativum.

3. Infertur 2. ex tali diffinitione solum explicati per illam natura, & essentia rigurosi denominativi. Sunt namque denominativa in triplici differentia. Nam alia sunt denominativa secundum *rem*, non tamen secundum *nomen*, v. g. *studiosus à virtute*, significant namque eandem rem, non tamen convenient in literis initialibus. Alia sunt denominativa secundum *nomen*, non tamen secundum *rem*, v. g. *studiosus ab studiis*, nam convenient in literis initialibus, & non significant eandem rem, sed diversam. Alia denique sunt denominativa secundum *rem*, & *nomen* simul v. g. *Album ab Albedine*, *fortis à fortitudine*, *bomo ab humanitate*, & similia, quia convenient in literis initialibus, significant eandem rem, & solum terminatione differunt: & hæc sunt propriæ, & rigurose de-

nominativa, quorum natura, & es-
sensia per supra posicam diffinizio-
nem principaliter explicatur.

4. Ut tamen diffinatio denominati-
vorum magis elucescat, obij-
cies contra illam 1. denominativa
sunt univoca: ergo male distincta
diffinizione diffiniuntur. Prob. an.
Abam, v. g. est vere, & rigurose
denominativum; sed etiam est ve-
re, & rigurose univocum, cum sic
quicunque praedicabile accidentis:
ergo denominativa sunt univoca.

5. Resp. ad hoc arg. dist. an.,
denominativa sunt univoca *entita-
tive*, & *materialiter*, conc. an.,
formaliter, neg. an., & conseq.
Dicimus ergo, quod licet denomi-
nativa, & univoca in eodem mate-
riali: coincidere possint, ut patet
in exemplo posito in argumento;
formaliter tamen distinguuntur,
quia *univoca* dicitur tale in ordi-
ne ad inferiora, & *denominativa*
dicitur tale à forma denominante,
cumque prope huc *formaliter* dis-
tinguitur à Philosopho diffiniuntur,
optimè distincta diffinitione dis-
tinguntur.

6. Obijc. 2. Diffinatio denominati-
vorum aliquibus non denominati-
vis competit, & aliquibus de-
nominativis non competit: ergo ex
duplici capite viciatur. Ans. Habet
duas partes prob. & quoad primam
sic prob. *humanum respectu homini-*
s, & *corporeum respectu corporis*, revera non sunt denominati-
va; & tamen diffinatio denominati-
vorum illis convenit: ergo conve-
nit non denominativis. Mai. consi-

tat: siquidem nec humanum ab
homine, nec corporeum à corpo-
re distinguitur: ergo nec sunt vere
denominativa. Mai. vero sic prob.
Humanum dicitur ab humanitate,
& corporeum à corpore, à quibus
solo casu differunt: ergo illis con-
venit denominativorum diffinatio.
2. vero pars antecedentis prob.
Studius est vere denominativus;
& tamen ei non convenit denomi-
nativorum diffinatio: ergo talis dif-
finatio aliquibus denominativis non
convenit. Prob. min. *studios* non
accipit denominationem ab *studio*,
cum non significant eandem rem,
nec accipit denominationem à *virtute*,
cum non solum non conve-
niunt in literis initialibus, sed etiam
toto nomine different: ergo.

7. Resp. ad hoc arg. neg. an.:
quoad utramque illius partem: &
ad illius primam prob. Dicimus,
quod humanum respectu hominis,
& corporeum respectu corporis,
nec sunt vere denominativa, nec
illis convenit diffinatio denominati-
vorum, quia huc, ut notat Cajeta-
nus debet intelligi, quod denominati-
vum proveniat à forma, qua
sit distincta à subjecto denominato,
& extra essentiam illius; cumque
hoc non conveniat prædictis deno-
minativis secundum vocem tan-
tum, quia desumuntur à forma,
qua non est extra essentiam subjecti,
sicut est in iis, *Cathedra est
lignea, anulus est auratus*: hinc est,
quod prædictis denominativis non
conveniat diffinatio. Ad secundam
prob. Dicimus, quod Philosophus

dicitur divisione solum diffinitio de nominaliva rigurosa, que sicut taliter secundum rem, & rationem canitur: hoc est hoc philosophus, nam i accipit definitionem a divisione et de nominalivam secundum rem; non ergo nimirum, quod illi non conveniat praedicta denominativorum divisionis.

QUÆST. IV.

UTRUM DUÆ DIVISIONES ante praedicamentales recte tradantur ab Aristotele.

Prosequens in primo capite tres divisiones explicit Aristoteles, in 2. cap. duas assignat divisiones: quarum prima est: *Eorum que dicuntur, alia cum complexione dicuntur*, ut *homo albus*, *alix sine complexione*, *ut homo*. Hanc divisionem statuit Philosophus, ut excludamus a predicamento, res que vox complexa significantur, quia hujusmodi res ad diversa praedicamenta pertinere solent, ut patet in hoc complexe: *homo albus*, cujas pars prima pertinet ad praedicamentum substantia, 2. vero ad praedicamentum accidentis. Advertendum est etiam hic, quod hac divisione non est nominum, sed rerum, ut significantur per nomina.

2. 2. divisione est: *Eorum que sunt alia de subiecto dicuntur, in subiecto tamen non sunt*. Ut *homo*. *Aliæ in subiecto sunt de nullo tamen subiecto dicuntur*, v. g. *hoc album*,

*Aliæ in subiecto sunt, & de subiecto dicuntur v. g. *Album*. Aliæ denique nec in subiecto sunt, nec de subiecto dicuntur*, v. g. *Petrus*. Hanc divisionem statuit Philosophus, ut cognosceremus, quo ordine, & in quo praedicamento sit qualibet res collocanda, nam si dicetur de subiecto est superior, & ideo debet in loco superiori, justa suam universalitatem, collocari; si vero res de subiecto non aitur est individuum, & sic debet in inferno loco, id est ad radicem praedicamenti collocari. Similiter. Res quæ non est in subiecto (inhe^{sive} videlicet) est substantia, & debet in praedicamento substantiae collocari; si tamen res est inhe^{sive} in subiecto signum est, quoniam est accidentis, & sic debet in aliquo praedicamento accidentis justa suam universalitatem, collocari.

3. Adversus secundam divisionem Odyjc. 1. Differentiae verè in praedicamento collocantur; & tamen in hac 2. divisione non claudantur: ergo non est recte assignata. Prob. min. Differentiae ex una parte non sunt inhe^{sive} in subiecto, quia non omnes sunt accidentia, ex alia parte videntur esse in subiecto, cum omnes sint in subiecto admodum formæ, & qualitatibus: ergo sub hac divisione non clauduntur.

Resp. ad hos arg. conc. mai. neg. min. Differentiae enim vere continentur sub hac 2. divisione, nam vel sunt substantiales, vel accidentiales; si sunt substantiales, di-

contar de subjecto, licet non sint in illo in h[ab]itiva; si vero sunt differentia accidentales vere sunt in subjecto in h[ab]itiva: ac proinde vere sub hac divisione continentur. Dato tamen, quod differentia non includantur in hac divisione, nihil contra illam infestus; quia intentum Aristotelis hic solum fuit assignare, ea que directe ponuntur in praedicamento, ideoque in predicta divisione non comprehendit differentiam, que non directe, sed ad latus ponitur praedicamenti.

4. Obijc. 2. Quod aliquid sit in subje^ct^o, & de nullo subjecto dicatur est falsum: ergo secunda divisione non est universaliter vera. Prob. afis. Si aliquid est maxima hoc Album; sed hoc Album prædicatione artificiali directa, & formaliter de aliquo dicitur, v. g. de Petro, dicendo, *Petrus est hoc Album*: ergo.

Reip. dist. min. ultimi discussus, sed hoc Album prædicatur de Petro *denominative*, couc. min. *essentialiter*, neg. mis. & conseq. Dicimus ergo, quod singulare accidentis solum potest prædicari de singulari diversi prædicamenti de nominative, de nullo tamen prædicatur essentialiter; cumque Philosophus hic solum loqueretur de his, que in eodem prædicamento collocantur, solum loquitur de his, que de aliquo prædicantur, vel non prædicantur essentialiter; cumque hoc modo hoc Album de nullo predicitur. Hinc est, quod divisio est recte assignata.

5. Obijc. 3. Si in hac divisione esse in subjecto sumetur pro eo, quod est in aliquo, non ut pars, & sine illo esse non potest, ut hic explicat Philosophus; conveniret forme corruptibili substantiali, & ipsi toto; sed his, esse in subjecto non potest convenire: ergo male explicatur à Philosopho. Prob. mai. Forma substantialis est in materia, & non ut pars ipsius materia, & absque illa esse non potest, similiter totum est in suis partibus, & non tanquam pars illatum, & absque illis esse non potest: ergo.

Resp. ad hoc arg. neg. mai. quoad utramque partem, & ad primam prob. Dicimus, quod in predicta explicatione illius particulae esse in alio debet intelligi, in alio, id est in subjecto completo, composito videlicet substantiali; cumque, licet forma substantialis sit in materia, ipsa materia non sit subjectum completum, ideo non convenit illi divisione prædicta. Qez sententia est valde conformis doctrinæ Thom. & Philosophi, in quorum sententia subjectum accidentium est totum compositum, & non sola materia prima. Ad 2 prob. mai. Resp. Quod esse in alio debet intelligi de esse in alio uno, non vero in pluribus; cumque totum non sit in una, sed in pluribus partibus, hinc est, quod non convenit illi prædicta Philosophi descriptio.

(e)

QUÆST. V.

UTRUM DUÆ REGULÆ
ante prædicamentales à Pbiloso-
pho assignatae, sint.
vira?

DUas in 3. cap. assignavit Philosopher regulas, quarum prima est; *cum quidpiam de quo p̄iam, ut de subiecto prædicatur, que dicuntur de prædictato, dicuntur etiam de subiecto.* V. g. quia homo prædicatur de Petro, & de homine dicitur *Animal*, etiam *Animal* dicitur de Petro.

2. Hanc regulam licet omnes propter Philosophi autoritatem admitant, varias tamen exhibent explicationes. Iulis tamen omissionis, vera, & ad meatem Philosophi hujus regulæ explicatio est, quam cum communis sent. noster Author assignat, quod cum aliquid de aliquo quidditativè, & essentialiter dicitur, omne, quod dicitur quidditativè, & essentialiter de prædictato, etiam dicitur quidditativè, & essentialiter de subiecto. Unde si de *homine* prædicatur quidditativè, & essentialiter *Animal*, & de *Animali* quidditativè, & essentialiter dicuntur *vivens*, *corpus*, & *sustentia*, etiam omnia illa prædicantur quidditativè, & essentialiter de *homine*, ex quo sequitur, quod hæc regula non tenet in prædicatis accidentalibus, & secundæ intentionis, nam licet de *homine* prædicetur *Animal*, & de *Animali* præ-

dicetur *Genus*, *genus* tamen minime de *homine* prædicatur: unde hæc est mala consequentia: *homo est Animal*; sed *Animal* est *genus*: ergo *homo* est *genus*.

3. Et quod hæc regula sic debet intelligi, & explicari est manifestum, siquidem Philosophus illam possuit, & assignavit, ut cognoscatur quænam in recta linea prædicamentali debeant collocari; sed in recta linea prædicamentali ejusdem prædicamenti, solum ponuntur illa, quæ quidditativè, & essentialiter de interioribus prædicantur: ergo sic debet intelligi, & explicari. Unde in prædicamento substantiæ, v. g. collocantur *homo*, *Animal*, *vivens*, *corpus*, & *sustentia*, quia omnia illa prædicantur de Petro quidditativè, & essentialiter.

4. Adversus istam regulam, & ejus explicationem Obijc. 1. Etiam in prædicatis non quidditativis tenet hæc regula: ergo male à nebris explicatur. Prob. ait. Nam bene valet *homo* est *Aetus*; *Allum* est *disgregatum vijs*: ergo *homo* est *disgregatiovijs*; sed talis consequentia non tenet in vi sylogisti, sed ex vi hujus regulæ: ergo Prob. min. Ex partibus particularibus nihil sequitur in vi sylogisti; sed si pri positus est certus procedit ex partibus particularibus, cum neutra premissarum distribuantur: ergo talis consequentia tenet ex vi hujus regulæ, & non in vi sylogisti.

Resp. ad hoc arg. quod consequentia in illo posita non tenet.

ex vi hujus 1. regula, sed in vi sylogismi facti virtualiter in aliis, nam cum illa major possit converti simpliciter, & minor, ut potest infinita in materia naturali equivalerat universalis, in predicta consequentia includitur virtualiter iste syllogismus in disamis *Album est homo*; omne *Album est disaggregatum visus*: ergo *homo est disaggregatus visus*. Unde predicta consequentia non tenet ex vi hujus primæ regulæ, sed in vi syllogismis in illa virtualiter inclusi.

5. Obijc. 2. Etiam in predictis quidditativis instatur predicta regula: ergo adhuc in predictis quiditativis non tenet. Prob. ahs. Hæc est mala consequentia, *filius est Deus*; *Deus est Pater*: ergo *filius est Pater*; & tamen in divinis *Deus*, quidditativè, & essentialiter dicitur de filio, & *Pater de Deo*: ergo etiam in predictis quidditativis instatur supra dicta prima regula.

Resp. dicit. ahs. etiam in predictis quidditativis instatur 1. regula, si non serventur omnes proprietates Logicales, conc. ahs. Si proprietates Logicales serventur, neg. ahs. & conseq. Dicimus ergo, predictam regulam universaliter verificari, nisi aliunde ratione aliquius appellationis impeditur ejus verificatio, sicut in consequentia posita in argomento impeditur, arguitur namque in illa ab identica ad formalem, nam quamvis *Pater*, & *filius* identificeantur formaliter cum essentia, distinguuntur ratione ab illa, & consequenter magis

identicum, & minus formalem sensum faciunt præmissæ dictæ consequentie, quam consequens illius.

6. Obijc. 3. Prædicta 1. regula, si in aliquibus predictatis teneret, justa nostram explicationem, maxime in predictatis essentialibus, & quidditativis; sed nec in his predictatis tenet: ergo explicatio talis regule à nobis tradita est nulla. Prob. min. Si in predictatis quidditativis teneret hæc esset bona consequentia: *Petrus est homo*; *homo est Animal*: ergo *Petrus est Animal*; sed hæc consequentia bona non est ergo predicta regula non tenet adhuc in predictatis quidditativis. Probat. min. Prædicta consequentia instatur in alia similis formæ sic: *homo est Animal*, *Animal currit*: ergo *homo currit* in qua equo currente, si nullus homo currit, præmissæ sunt verae, & consequens est talsum.

7. Resp. ad hoc arg. conc. mai. neg. min. Quia in predictatis quidditativis semper tenet regula, & hujus nisi ratione alicuius appellationis nulla dabatur instantia. Unde possita in argomento solum probat primam consequentiam non esse formalem, cum non teneat in omni materia, non tamen convincit non esse bonam consequentiam, & si materialem.

7. 2. regula ante predicationis possita à Philosopho est diversa genera non sub alteratim possita, diversæ species habent differentias; genera vero quorum unum sub altero collectatur, non inconve-

vit easdem habere differentias. Prima pars hujus regulæ patet in *Animali*, & *scientia*, quæ, quia sunt genera non sub alternatim possita, diversas specificè habent differentias. 2. etiam pars regulæ patet in *Animali*, & *viventi*, quæ quia genera sunt subalternatim possita, habent eandem differentiam; nam *sensibile* est differentia divisiva *viventis*, & constitutiva *Animalis*.

8. Sed contra primam partem regulæ Obijc. Animal terrestre, & volucre sunt genera diversa *Animalis*, quorum unum sub altero non collocatur; & tamen non habent differentias specie diversas: ergo 1. pars regulæ non est recte assignata. Prob. min. Differentiæ animalis terrestris sunt *wipes*, vel *quadruplex*; sed haec etiam differentias habet animal volucre: ergo.

Resp. tamen cum nostro Authore, & communī sent. quod 1. pars regulæ debet intelligi de generibus ita diversis, quod unum non collocetur sub altero, nec ambo sub uno tertio; cumque animal volucre, & terrestre, licet unum non collocetur sub altero, ambo tamen collocantur sub uno tertio, scilicet sub *animali*, ideo bene possunt habere easdem differentias accidentiales, non tamen essentiales, quia cum sint genera inter se diversa, & opposita, & non opponantur in gradu generico tertij, sub quo continentur: necessario per suas differentias essentiales debent distingui.

9. Obijc. 2. contra 2. partem regulæ. Genera subalternatim pos-

sita v. g. *animal*, & *vivens*, nec possunt habere easdem differentias divisivas, nec constitutivas: fallum ergo continet secunda pars regulæ. Prob. sū. Differentiæ divisiva vic ventis sunt *sensibile*, & *insensibile*, & differentiæ divisivæ animalis *rationale*, & *irrationale*; similiter differentia constitutiva viventis est *animatum*, & differentia constitutiva animalis est *sensibile*: ergo.

Resp. etiam ad arg. cum nostro Authore, quod secunda pars regulæ debet intelligi, quod genera subalternatim possita debent habere easdem differentias, in hoc sensu, quod differentia conscientia generis inferioris, sit divisiva generis superioris, & secundum hanc intelligentiam non habet locum objectiona facta, sed secunda pars regulæ vera sensu tenet.

QUÆST. VI.

QUID, ET QUOTUPLEX SIT.
Analogum, & quas habeat proprietates?

TAM necessariam estimavit Caejetanus notitiam Analogorum, ut ignorata eorum natura nullus posset Metaphysicam addiscere, & ex illius ignorantia plures affirmavit in alijs scientijs errores scatarire. Unde tria in hac questione faciemus. Primo distinctionem, divisionem, & proprietates analogorum proponamus; deinde eadem in sequentibus examinabimus.

2 Analogia igitur, cum sint media inter univoca, & equivoca sic communiqueret dissimilitudinem: quorum nomen est commune, ratio vero substantia nominis accommodata est partim eadem, & partim diversa: id est analogia dicuntur illa, quae habent nomen commune, in ratione tamen significata per nomen, nec habent omnimodam convenientiam, sicut univoca, nec omnimodam diversitatem, sicut equivoca, sed medio modo se habent, habent enim cum aliqua convenientia diversitatem. Dividiturque primo analogia in *Physicam*, seu in *Inequalitatis*, & *Logicam*. Analogia *Physica*, seu *Inequalitatis* sunt: quorum nomen est commune, & ratio significata per illud est simpliciter eadem inequaliter tamen participata. Sicut *animal* est analogum *Physicum* respectu hominis, & equi, quia licet ratio animalis ab illis abstracta sit omnino eadem, participatur tamen inqualiter *Physicè*, quia ab homine participatur secundum nobiliorem differentiam. Unde haec analogia non est analogia rigurose; cum non tollat univocationem *Logicam* rationis communis, sed tota diversitas se tenet ex parte differentiarum, quas non *Logicus*, sed *Physicus* considerat.

3 Analogia vero *Logica* sunt: quorum nomen est commune, & ratio significata per illud est eadem secundum quia, & simpliciter diversa. Dividiturque haec analogia in analogia attributionis, & proportionalitatis. Analogia attributionis

sunt: quorum nomen est commune, ratio tamen per illud significata est eadem secundum terminum, diversa tamen secundum habitudinem ad illam. V. g. hoc nomen *sanum* est analogum attributionis ad *animal*, *urinam*, & *medicinam*, quia in primis nomen est illis commune, & ratio significata per illud est adem secundum terminum, cum *animal*, *urina*, & *medicina* eandem sanitatem respiciant, licet diverso modo; quia *animal* respicit sanitatem per modum *subjecti*, *medicina* per modum *causæ*, & *urina* per modum *signi*. Quod indicat ultima particula.

4 Hęc analogia attributionis quatuor habent proprietates. 1. est, quod ratio significata, per nomen tantum reperitur *intrinsecè* in principaliori analogato, in alijs vero *extrinsecè*, nam sanitas v. g. significata per hoc nomen *sanum* tantum reperitur *intrinsecè* in *animali*, in *urina* vero, & *medicina* solum *extrinsecè*, quia solum dicuntur *sana*, à sanitate animalis, quam *urina* significat, & *medicina* causat. Et ratio hujus proprietatis est, quia in analogis attributionis ratio significata est eadem secundum terminum, & numericè una; sed si esset *intrinsecè* in omnibus analogatis non esset eadem numero, sed diversa: ergo in analogis attributionis ratio analogia debet esse *intrinsecè* in uno, & *extrinsecè* in alijs.

5 2. proprietas est, quod ratio significata per nomen sit eadem numero, & non multiplicetur reali-

ter. Hæc proprietas sequitur ex prima, nam juxta illam, ratio analogia tantum reperitur intrinsecè in uno analogato, & extrinsecè in alijs; sed ad denominandum unum subiectum intrinsecè sufficit una numero forma, absque sui reali multiplicatione, ut patet in mea *visione* v. g. ergo in analogis attributionis ratio significata per nomen est eadem numero, absque sui reali multiplicatione.

6. 3. proprietas est, quod in definitione analogati minus principialis debet ingredi analogatum magis principale. Unde si urina diffiniatur, sic debet diffiniri: est signum sanitatis animalis. Et medicina, est causa sanitatis animalis. Et ratio est clara, quia analogata minus principalia, dicuntur talia per ordinem, & respectam ad analogatum magis principale: ergo non potest debite explicari eorum quidditas, & essentia, ut analogata minus principalia sunt, quin analogatum magis principale in illorum definitione posatur.

7. 4. proprietas est, quod analogia attributionis non correspoudet unus conceptus formalis, vel objectivus; qua ratione analogia pluriū conceptum dicuntur, & ratio est, quia non potest esse unus conceptus representans plura, nisi explicetur aliqua convenientia, non explicando diversitatem; sed sanitas v. g. qua analogum attributionis est ad animal, urinam, & medicinam, explicat diversitatem, ut jam dicta in est: ergo analogis attri-

butionis non potest dari unus conceptus communis omnibus analogatis.

8. Analogia proportionalitatis sunt: quorum nomen est communare, ratio vero per illud significata est proportionabiliter eadem. Hoc est, est similis secundum proportionem. Unde visus est analogum proportionalitatis ad intellectum, & oculum corporeum; quia sicut visus corporens se habet ad corpus representando illi visibilia, ita proportionabiliter intellectus se habet ad animas representando illi intelligibilia. Similiter fons, fundamentum, & causa, ut significantur hoc nomine principium, sunt analogia proportionalitatis, quia ratio principij est in illis proportionabiliter eadem, nam ita se habet fons ad rivos, sicut causa ad effectum, & ita se habet causa ad effectum, sicut se habet fundamentum ad dominum.

9. Dividitur tamen hujusmodi analogia in propriam, & Metaphorica. Analogia proportionalitatis propria est, quando ratio analogia proprie, & intrinsecè in omnibus analogatis reperitur, & hoc modo ens est analogum proportionalitatis ad Deum, & creaturas, & ad substantiam, & accidentem; quia ratio entis propriè, & intrinsecè in omnibus reperitur. Analogia vero proportionalitatis Metaphorica est, quando ratio significata per nomen in uno analogato reperitur propriè, & intrinsecè, in alio, vero solum Metaphorice, & impropriè, v. g. risus dictus deri-

su hominis, & de risu prati est analogam proportionalitatis impro priæ; quia pratum tantum im proprie, & Metaphorice dicitur ridere, ratione videlicet amoenitatis. Et idem dicendum est de homine vivo, & picto.

10 Cum hæc analogæ proportionalitatis sint analogis attributionis opposita, quatuor etiam habent oppositas proprietates. Quatum 1. est, quod ratio significata per nomen sit intrinsecè in omnibus analogatis, & ratio est; quia ratio significata per nomen debet esse eadem proportionabiliter, ut patet ex definitione; sed si esset tantum in uno analogato non esset eadem proportionabiliter, cum ejusdem ad se ipsum non sit proportio, similitudo, aut relatio: ergo. 2. proprietas est, quod ratio significata per nomen analogum realiter multiplicetur ad multiplicationem analogatorum; & ratio est, quia si esset una, & eadem, cum alias, ut diximus sit intrinsecè in omnibus, esset natura eadem numero creata in tribus diversis personis, ac proinde daretur in creatis aliud mysterium simile Mysterio Sanctissimæ Trinitatis; sed hoc salva fide nequid dici: ergo.

11 3. proprietas est, quod in definitione unius analogati, non debet poni aliud analogatum. Ratio est, quia unum analogatum non dicitur tale per respectum, & habitudinem ad aliud, sed per rationem analogam in ipso propriæ, & intrinsecè existente: ergo. 4. proprietas est, quod nomen analogum

significet aliquam rationem communem omnia analogatis, representabilem per unum conceptum formalem. Et ratio est, quia ab omnibus habentibus propriæ conveientiam in aliqua ratione communi, abstractibilis est unus conceptus objectivus, attingibilis unico conceptu formalis; sed omnia analogata proportionalitatis habent propriam convenientiam, etiæ analogam, in ratione analogæ: ergo. Rationes hujus proprietatis, hæc analogæ contrapositive ad analogæ attributionis, quæ analogæ plurius conceptionum dicuntur, analogæ unius conceptus vocantur.

12 Ex dictis infertur 1. quod analogum abstractitur quidem ab analogatis; distincto tamen modo, ac univocum ab univocatis, & ratio est, quia ratio univoca potest intelligi nullatenus intellectis univocatis, v. g. ratio animalis, nullatenus intellectis horum, & aequo; ratio tamen analogæ non potest sic perfectè abstracti ab analogatis, sed abstractitur ratio analogæ, ut continens rationes analogatorum, ut proportionantur, ab eisdem analogis absolute sumptis.

13 Infertur 2. quod analogum prædicatur de analogatis, non secundum vocem tantum, sicut equivoca de equivociis; quia analogum aliquid præter nomen dicit communem analogatis, nec prædicatur sicut univocum de univocis, quia analogum non dicit unam rationem simpliciter unam analogatis, sicut illam dicit univocum univocatis; sed pre-

dicatur analogum, ut dicens in acta, licet implicitè, & in confusione omnes rationes analogorum, & sic dicit convenientiam pro expresso, & diversitatem pro implicito.

14. Ex quibus denique deducitur, quod de Analogis vere potest dari Scientia, quia quamvis non habeant unicatem simpliciter, habent tamen unicatem proportionis, quæ sufficit, ut de illis possit dari Scientia, & illa possint esse medium in syllogismo.

QUÆSTIO VII.

UTRUM PRÆCEDENTES DIVISIONES ANALOGORUM Sunt bonæ?

Dico 1. Analogia adæquatè, Analogie è tamen, dividuntur in Analogiam inæqualitatis, attributionis, & proportionalitatis. Hanc divisionem possuit D. Thom. in 1. dist. 9. quæst. 5. ar. 2. ad 1. Ubidivisit Analogum, in Analogum secundum rem tantum, sub quo Analogia inæqualitatis intelligit, & in Analogum secundum intentionem tantum, quod est Analogum attributionis, & in Analogum secundum rem, & intentionem, quæ est Analogum proportionalitatis: ergo Analogia secundum D. Thom. adæquatè dividitur in Analogiam inæqualitatis, attributionis, & proportionalitatis.

Deinde suadetur nec 1. pars conclusionis ratione. Analogum hic sumitur, ut contra possum univo-

co; sed solum illa tria membra assignata contraponuntur univoco: ergo Analogum adæquatè in illa tria membra dividitur. Mai. est manifesta, min. vero sic prob. Perfecta univocatio omnem inæqualitatem, & diversitatem participationis excludit; sed illa tria membra solum diversitatem, & inæqualitatem participationis admittunt, ut patet ex eorum definitionibus: ergo solum illa tria membra assignata contraponuntur univocis: & consequenter Analogia adæquatè in illa tria membra dividitur.

Quod autem talis divisio sit Analogia, prob. breviter sic. Quando membra dividentia participante inæqualiter rationem divisi, divisione Analogia est; sed in hac divisione membra dividentia inæqualiter participant rationem divisi: ergo hæc divisione Analogia est. Mai. constat siquidem inæqualis participationis communis, ut postea videbimus, est una ex causis Analogie. Min. vero sic prob. Analogia inæqualitatis non est simpliciter Analogia, cum non tollat univocationem Logicam; sed Analogia attributionis, & maximè Analogia proportionalitatis, rationem Analogie simpliciter participant: ergo.

2. Dico 2. Analogum Logicum adæquatè dividitur in Analogum attributionis, & proportionalitatis. Oppositum tenet aliqui, sed conclusio est communis, & sine dubio D. Thom. nam assignans tria membra dividentia supra posita, assertus Analogiam inæqualitatis non

esse Analogiam Logicam : sentit ergo, quod Analogum Logicum adæquatè dividitur in Analogum attributionis, & proportionalitatis.

3 Deinde suadetur conclusio ratione. Illa est divisio adæquata, in qua membra dividentia adæquate exauriunt totam confusionem divisæ ; sed si contingit in hac divisione : ergo est adæquata. Prob. min. Vel ratio analogæ est intrinsecè in omnibus analogatis, vel est intrinsecè in uno, & extrinsecè in alijs, inter haec enim non datur medium; Sed si ratio analogæ est intrinsecè, in omnibus analogatis, est analogia proportionalitatis; si vero intrinsecè in uno, & extrinsecè in alijs est analogia attributionis: ergo.

4 Advertendum est tamen, quod Analogum Logicum in predicta duo membra etiam analogicè dividitur. Sic sentit Cajetanus, qui solum analogiam proportionalitatis appellat propriè, & simpliciter analogiam. Immo, & videtur deduci hæc doctrina ex D. Thom. loco supra citato ubi afferit, analogiam proportionalitatis esse analogiam secundum rem, & secundum intentionem, analogiam vero attributionis esse analogiam secundum intentionem tantum; sed illa solum videtur esse simpliciter analogia, quæ est secundum esse, & secundum intentionem: ergo sentit D. Thom. analogiam Logicam analogicè dividì in analogiam attributionis, & proportionalitatis.

5 Contra predictas conclusiones Obijc. 2. omnis analogia

est proportionalitatis : ergo non dantur analogæ attributionis. Prob. ahs. Si aliqua esset analogia non proportionalitatis, maxime analogia *sana* respectu animalis, urinæ, & medicinæ; sed ista est analogia proportionalitatis : ergo. Prob. min. Ita analogia est analogia metaphorica; sed omnis analogia metaphorica est analogia proportionalitatis ergo. Prob. mai. Urina, & medicina non proprie, sed metaphorice dicuntur *sana*: ergo analogia *sana* est metaphorica.

6 Rsp. ad arg. neg. ultimum ahs. Analogia *eniam* *aut* respectu animalis, urinæ, & medicinæ non est analogia metaphorica, nec urina dicuntur metaphorice *sana*, quamvis extrinsecè talis dicatur, sed dicitur *sana* proprie per propriam rationem signi, & medicina per propriâ rationem cause, & cum alias ratio analogæ solum reperiatur intrinsecè in uno, & extrinsecè in alijs analogatis, quod est proptium analogorum attributionis; hinc sit, quod *sanum* respectu animalis, urinæ, & medicinæ non est analogum proportionalitatis.

7 Obijc. 2. Ex opposito omnis analogia Logica est attributionis: ergo non dantur analogæ proportionalitatis. Prob. ahs. Analogæ attributionis sunt, quando ratio analogæ in uno analogato reperitur intrinsecè, & in alijs solum per extrinsecam denominationem; sed omnia analogia sunt hujusmodi: ergo omnia sunt attributionis. Prob. min. Secundum D. Thom. i. p. q. 16. art.

6. in corpore: Quando aliquid dicitur a ratione de multis, illud inventatur secundum propriam rationem in uno eorum tantum, à quo alia denominatur: ergo iusta Aug. Mag. in omnibus analogis, ratio analogia tantum reperitur intrinsecè in uno, & extrinsecè in alijs: sicut etio, quod omnia analogia sunt analogia attributionis.

8. + Resp. ad hoc arg. neg. absolute illius assumptum, & ad testimonium D. Thom. dicimus, D. Thom. in illo loqui de analogis attributionis præcise, ejus signum est, quod loquebatur de analogis, ut contraponuntur univocis, cumque analogia attributionis, licet vera mediet inter univoca, & equivoca magis accedunt ad equivoca, eo quod minimam dicunt unitatem; ideo, quando D. Thom. loquitur de analogis, ut contraponuntur univocis, de analogis solum loquebatur attributionis, & sic est Aug. Mag. alijs in locis explicandus.

9. + Obje. 3. Analogia in quorum distinctione minus principalis analogati, oportet magis principale ingredi, sunt analogia attributionis; sed id verificatur de omnibus analogis: ergo omnia analogia sunt attributionis. Mai. est tertia proprietas analogorum attributionis. Min. vero sic prob. secundum D. Thom. 1. p. q. 13. art. 6. in corpore: In omnibus nominibus, quæ de pluribus analogiæ dicuntur, necesse est, quod omnia dicantur per seplum ad unum, & ideo illud unum oportet, quod ponatur in dif-

fractione omnium: ergo in omnibus analogiis, analogatum magis principale debet ponit in distinctione analogati minus principalis, & con sequenter omnia sunt analogia attributionis.

10. + Resp. tamen ad hoc arg. concess. mai. neg. min. & ad prob. explico D. Thom. in nominibus, quæ de pluribus dicuntur analogice, analogia attributionis, vel proportionalitatis metaphorica, & propria, conc. ahs. Analogia proportionalitatis propriæ, neg. ahs. & conseq. Dicimus ergo, quod D. Thom. in prædicto testimonio locutus fuit tantummodo de analogia attributionis, & proportionalitatis impropiæ, ut contiat ex exemplis ab ipso loco citato adductis de /ano respectu animalis, uriae, & medicina, & denominibus, quæ metaphorice de Deo, & creaturis dicuntur. Minime tamen locutus fuit de omnibus analogis in communi.

11. + Obje. 4. Omnis analogia dividitur in analogiam unius ad alterum, & plurium ad unum tertium; sed per hæc membra sola analogia attributionis dividitur: ergo omnia analogia sunt attributionis. Prob. mai. ens, ut dictum de Deo, & creatura subiicit analogiam unius ad alterum, & prout est analogum ad decem prædicamenta induit analogiam plurium ad unum tertium, novem videlicet prædicamentorum ad substantiam: ergo omnis analogia dividitur in analogiam unius ad alterum, & plurium ad unum tertium.

Resp.

12 Resp. conc. mai. neg. min. - Non enim sola analogia attributio- nis dividitur in analogiam unius ad alterum, & plurium ad unum ter- tium ; quia potest etiam simili divi- sione dividi analogia proportionali- tatis , ponitur tamen exemplum ta- lis divisionis in analogis attributio- nis , ut in notioribus , unde ex ar- gumento , nihil contradicta convin- citor.

QUÆST. VIII.

*UTRUM DIFFINITIO ANA-
LOGORUM ATTRIBUTIONIS
SIT BONA?*

Resolutio hujus questionis faci- lis est ex dictis , unde relo- lutorie dicendum est , su- pra positam diffinitionem analogorū attributionis esse optimam. Hæc conclusio cum Dōmino Caje- tano opnscuo de Nominum Ana- logia cap. 2. est fere omnium com- monis , & sic ratione prob. Per illam diffinitionem rectè qualibet res dif- finitur , quæ explicat id per quod diffinitum convenit cum alijs , & id per quod diffinitum differt ab alijs; sed totum hoc explicat diffinitio analogorum attributionis : ergo est optimè assignata. Prob. min. Per habere *nomen communis* conveniat analogo attributionis cum equivo-

cis , univocis , & analogis propo- rtionalitatis ; aliás per habere *ratio- nem eandem secundum terminum* , distinguntur ab equivocis , & ana- logis proportionalitatis , quæ nullam dicunt rationem eandem secun- dum terminum , sed diversam ; & denique per illam particulam , *di- versā tamen secundum habitudi- nem ad illum* , differunt ab univo- cis , quæ nullam diversitatē ad- mittunt : ergo diffinitio analogorū attributionis explicat , id per quod diffinitum convenit cum alijs , & id per quod differt ab alijs ; ac proinde est optima diffinitio.

2 Contra prædictam tamen dif- finitionem , Obijc. 1. Prædicta diffinitio analogorum attributionis non explicat , id per quod diffini- tum differt ab alijs : ergo non est rectè assignata. Prob. ahs. Si talis diffinitio explicaret differentiam ab alijs , esset per hoc , quod analogia attributionis dicerent unam ratio- nem secundum terminum , & di- versam secundum habitudinem ad illum ; sed hoc iusta D. Thomam , ut diximus quæst. præced. omni analogiæ convenit : ergo.

Respond. ad hoc argum. negand. ahs. Nam per hoc , quod est dicere unam rationem secun- dum terminum , & diversam secun- dum habitudinem ad illum , analogia attributionis ab omnibus alijs diffinetur , ut diximus in pri- bat. conclusionis ; unde ad probst. ex D. Thom. dicimus , sicut diximus quæst. præced.

D. Thom. loqui de solis analogis attributionis, & ideo ex testimonio D. Thom. nihil contra nos convincitur.

3. Obijc. 2. Si in analogis attributionis ratio analoga esset eadem secundum terminum, sequeretur dari à parte rei aliquam naturam universalem formaliter; sed hoc, ut supra probavimus est impossibile: ergo in analogis attributionis ratio analoga non est eadem secundum terminum. Prob. mai. Datetur tum casus natura, quæ esset una in multis, & de multis: ergo. Prob. añs. Sanitas tum casus esset in animali, urina, & medicina, & de illis prædicaretur: ergo.

Resp. neg. sequelam, & ad ejus prob. dist. añs. Datetur natura, quæ esset una in multis, & *intrinseca* illis, neg. añs. *intrinseca* in uno, & *extrinseca* in alijs, conc. añs. & neg. conseq. Dicimus ergo, quod, ut daretur natura à parte rei universalis formaliter, ut illam ponebat Plato erat necessarium, quod talis natura una in se manens, reperiatur *intrinseca* in multis, de illisque prædicaretur; cumque *sanitas* non reperiatur *intrinseca* in omnibus analogatis, nec *intrinseca* de illis prædicetur: hinc est, quod non sequitur inconveniens propositum in argumen-to.

4. Obijc. 3. *Sanum* dictum de animali, urina, & medicina est

per nos analogum attributionis; & tamen non dicit unam rationem secundum terminum, sed diversas habitudines ad sanitatem animalis repertas in quolibet analogorum: ergo non recte diffiniuntur analogia attributionis per hoc, quod dicant eandem rationem secundum terminum. Prob. min. Hoc nomen *sanum* dictum de urina, & medicina importat habitudines urinæ, & medicinae ad sanitatem animalis: ergo non dicit unam rationem secundum terminum, scilicet unam sanitatem, sed diversas habitudines ad illam. Prob. añs. secundum D.Th. 1.p.q. 12. art. 5. Sic *sanum* de *urina* dictum, significat *signum* sanitatis animalis, de medicina vero dictum, significat causam ejusdem sanitatis sentit ergo D. Thom. *sanum* de urina, & medicina dictum, significare diversas habitudines ad sanitatem animalis.

Resp. ad hoc arg. conces. mai. neg. min. aliud enim significat hoc nomen *sanum*, ac hoc nomen *respiciens sanitatem*; nam hoc nomen *sanum*, dicit sanitatem, quæ cum solum *intrinseca* reperiatur in animali, solum illud denominat *intrinseca*; urinam vero, & medicinam solum denominat *extrinseca*, quatenus ipsam sanitatem animalis respiciunt, qui respectus est fundamentum, ut ab hoc nomine *sano* denominantur, non tamen ab illo *sana* denominantur formaliter, sed ab

ipsa sanitate existente in animali. Hoe tamen nomen *respiciens sanitatem*, significat respectum ad sanitatem, qui cum intrinsicè in urina, & medicina simpliciter reperiatur, significat respectum communem ad respectum urinæ, & ad respectum medicinæ. Relinquitur ergo, quod hoc nomen *sanum*, quod analogum attributionis est, significet rationem unam secundum terminum, & diversam secundum habitudinem ad illum. In quo sensu intelligendus est D. Thom. loco in argu-
mento adducto.

QUÆST. IX.

UTRUM PRIMA PROPRIETAS
analogorum attributionis in omnibus analogis attributionis
salvetur?

Prima proprietas analogorum attributionis, ut jam diximus, est quod ratio analogia reperiatur intrinsicè in uno analogato, & extrinsicè in alijs. Dicendum ergo est, talem proprietatem omnibus analogis attributionis convenire, & de omnibus verificari; hæc conclusio colligitur in primis ex D. Thom. I. p. q. 13. art. 6. & q. 16. art. 6. ubi hanc proprietatem tribuit analogis; sed ut diximus questionibus antecedentibus, ibi loquebatur D. Thom. solum de analogis attributionis: sentit ergo Ang. Mag. hanc esse illorum proprietatem.

2. Deinde prob. i. conclus. ratione. In analogis attributionis ratio significata per nomen debet esse eadem secundum terminum, ut patet ex eorum diffinitione: ergo non potest intrinsicè reperiri in omnibus analogatis, intrinsicè que de illis praedicari. Prob. hęc conseq. Si ratio analoga, v.g. eadem *sanitas*, reperiatur intrinsicè in pluribus, daretur in rebus mysterium simile Mysterio Sanctissime Trinitatis, vel daretur universale formaliter à parte rei; primum iūnpium est asserere; secundum affirmare absurdum: ergo si ratio analoga in analogis attributionis debet esse eadem secundum terminum, non potest intrinsicè reperiri in omnibus analogatis. Prob. sequela. Veltalis ratio, aut *sanitas* reperiatur intrinsicè in multis absque sui reali multiplicatione, vel reperiatur intrinsicè illis realiter multiplicata; si dicatur primum erit mysterium simile Mysterio Trinitatis, in quo ea deminet numero natura divina in tribus divinis Personis absque sui multiplicatione intrinsicè reperitur; si vero dicatur secundum, erit à parte rei universale qualiter illud ponebat Plato, qui unam numero à parte rei naturam in pluribus multiplicatam intrinsicè reperiri allerebat: ergo.

3. 2. prob. conclusio efficaciter licet à posteriori sic. Analogia attributionis habent diversam formaliter essentiam, ac habent ana-
lo-

loga proportionalitatis: ergo necessario debent habere distinctas proprietates; nunc sic; sed si hujusmodi prima propria^tas analogis attributionis denegetur, nulla illis competit propria^tas distincta ab analogis proportionalitatis: ergo haec i. propria^tas necessario analogis attributionis debet eonvenire. Ans. cum consequentia constat, min. vero subsumpta prob. Si dicta prima propria^tas analogis attributionis non conveniret, ratio analoga non esset una numero propter inconvenientia in prima ratione assignata; deinde in diffinitione analogati minus principalis, non ingredieretur analogatum magis principale, quæ est tertia propria^tas analogorum attributionis, quia in tantum hoc est necessarium, in quantum denominantur extrinsecè à forma existente in principaliori analogato, quam denominationem, denegata prima propria^tate, non haberent; & denique si ratio analoga esset intrinsecè in omnibus analogatis, posset omnibus illis dari unus conceptus communis objectivus, vel formalis, quod est contra quartam proprietatem: ergo si analogis attributionis prima propria^tas denegatur, nullam habent proprietatem ab analogis proportionalitatis distinctam.

4. Contra primam tamen prædictam proprietatem Objic. i. Sanum dictum de animali, urina, & medicina est analogum attribu-

tionis; & tamen ratio analogica intrinsecè in omnibus reperitur: ergo. Prob. min. In primis sanitas intrinsecè reperitur in animali; deinde etiam reperitur intrinsecè in urina, & medicina: ergo. Prob. min. Urinam esse sanam, nihil aliud est, quam esse signum sanitatis, & medicinam esse sanam, est esse causam sanitatis; sed esse signum sanitatis, per suam entitatem intrinsecam convenienter urinæ, & esse causam sanitatis medicinae: ergo sanitas etiam reperitur intrinsecè in urina, & medicina.

5. Resp. ad hoc arg. conc. mai. neg. min. ad cuius prob. dist. mai. Urinam esse sanam est esse simum sanitatis, & medicinam esse causam sanitatis, esse sanam fundamentaliter, & causaliter, conc. mai. esse sanam formaliter, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod licet verum sit esse signum sanitatis, & esse causam sanitatis esse quid intrinsecum urinæ, & medicinæ, per hoc tamen tantum denominantur sana fundamentaliter, & causaliter, non vero formaliter, quia formaliter denominantur sana ab ipsa sanitate existente in animali, quæ cum extrinseca sit urinæ, & medicinæ non potest esse denominatio intrinseca, sed extrinseca.

6. Objic. 2. Ens dictum de Deo, & creaturis est analogum attributionis; & tamen ratio entis non solum in Deo, sed etiam in creatura reperitur intrinsecè: ergo prædicta propria^tas non convenit

omnibus analogis attributionis. Prob. min. Creatura habet in se intrinsecam entitatem distinctam, & participatam ab entitate creatoris: ergo ab illa denominatur intrinsice ens.

Resp. ad hoc arg. distg. mai. Ens dictum de Deo, & creaturis est analogum attributionis, attributionis preciè, neg. mai. attributionis simul, & proportionalitatis, conc. mai. & dist. min. Et tamen ratio entis, non solum reperitur intrinsice in Deo, sed etiam in creatura, ut creatura est analogum proportionalitatis, conc. mai. ut est analogum attributionis, neg. min. & conseq. Dicimus ergo, quod creatura potest dupliceiter considerari; primo quatenus est effectus Dei in genere causæ efficientis, & hoc modo considerata certum est, quod est intrinsice ens entitate à Deo participata: ceterum prout sic non est analogum attributionis, sed proportionalitatis; 2. modo potest creatura considerari in quantum est effectus Dei in genere causæ formalis extrinsecis, & exemplaris, & prout sic non est intrinsice ens: sed ab entitate divina ens extrinsice denominatur, quia creaturæ comparata cum Deo sunt quasi non sint justa illud Isaïæ 40. Omnes gêres quia non sint, sic sunt coram eo. Proinde semper verificatur, quod in analogis attributionis, ut attributionis, ratio analoga reperiatur intrinsice in uno, & extrinsi-

ce in alijs. Et idem dicendum est ad argumentum, quod fit de substantia, & accidenti.

7. Obje. 3. Absoluta non possunt denominari ab extrinseco; sed ratio entis, boni, & veri, ut de ente bono, & vero creato, & increato dicuntur, sunt absoluta: ergo non possunt denominari ab extrinseco. Mai. est expressa D. Thom. v.p. q.6. art. 4. in corpore ubi expressè affirmat, absoluta non posse ab extrinseco denominari, bene vero relativa. Resp. tamen conc. mai. neg. min. Nam licet analogia attributionis non sint relativa secundum esse, & prædicamentalia, sunt tamen respectiva secundum dici, & transentalia, quod sufficit, ut possint ab extrinseco denominari.

QUÆST. X.

UTRUM SECUNDA PROPRIETAS ANALOGORUM ATTRIBUTIONIS OMNIBUS ANALOGIS ATTRIBUTIONIS CONVENIAT?

SEcunda proprietas analogorum attributionis, ut etiam diximus supra, est, quod ratio significata per nomen sit eadem numero, & non multiplicetur realiter. Quo supposito dicendum est, hanc proprietatem analogorum attributionis omnibus analogis attributionis convenire. Et ratio jam manet supra insinuata. Nam in omnibus analogis attributionis, ratio analoga est intrin-

trinsecè in uno analogato , & extrinsecè in alijs , ut constat ex prima proprietate ; sed ad denominandum unum trinsecè , & alia , & si plura extrinsecè , sufficit una numero forma , ut patet in mea visione , quæ una numero in se manens denominat me trinsecè *evidentem* , & simul denominat objecta , & si plura sint , *extrinsecè visa* : ergo in omnibus analogis attributionis ratio significata per nomen debet esse eadem numero , & non debet realiter multiplicari .

Unde si aliquando ratio analogia multiplicatur in analogatis , hoc est , quia in illis coincidit duplex analogia attributionis vide-
licet , & proportionalitatis , ut patet in Deo , & creatura , in substantia , & accidenti , in quibus ratio entis realiter multiplicatur , ut sunt analogia proportionalitatis : ea tamen multiplicatio erit omnino materialis ad rationem analogi attributionis ; in quo sensu D. Thom. I. p. q. 6. art. 4. sic concludit : *Et sic est bonitas una omnium , & etiam multæ bonitates . Quod verificari nequit , nisi in Deo , & creaturis , ut sunt analogia attributionis , sit una bonitas , Dei scilicet , & omnium creaturarum ; Dei quidem trinsecè , creaturarum vero extrinsecè ; cum quo compatitur , quod sub alia ratione in Deo , & creaturis reperiantur multæ bonitates , secundum quod analogantur analogia proportionalitatis .*

2 Contra hanc secundam proprietatem Obijc. 1. In animali , urina , & medicina plures numero inveniuntur sanitates : ergo in analogis attributionis ratio analogia non est una numero , sed realiter multiplicatur . Prob. an. Animal est sanum , urina est sana sed animal non est idem sanum , ac urina : ergo in animali urina , & medicina plures numero inveniuntur sanitates . Prob. min. Animal non est idem , quod urina : ergo animal sanum non est idem , quod urina sana . Prob. hæc conseq. Nam si ignis , v. g. est calidus , & aqua calida , & ignis non sit idem calidum adque aqua , manifeste sequitur in igne , & qua non esse eundem numero calorem : ergo similiter , si animal est sanum , & urina sana , & animal non est idem sanum , adque urina : ergo in illis non est eadem numero sanitas .

3 Resp. ad hoc arg. neg. an. ad cuius prob. conc. mai. dist. min. Sed animal non est idem sanum , ac urina ex parte materialis , conc. min. ex parte formæ dominantis , neg. min. & conseq. Dicimus ergo , quod licet animal , urina , & medicina ex parte materialis , vel subtracti distinguantur , non tamen distinguuntur ex parte formæ , sed ab eadem forma numero dominatur : animal trinsecè , urina vero , & medicina tantum extrinsecè , in quantum ad sanitatem animalis ordinantur .

Et

Et instatur argumentum in hoc discursu. *Actus exterior est bonus, & actus interior est bonus; & actus interior non est idem bonum, ac actus exterior:* ergo dantur in illis diverse bonitates. Mala consequentia, quia actus exterior, & actus interior solum distinguuntur ex parte materialis, non tamen distinguitur ex parte formæ denominantis, cum denominentur ab eadem numero bonitate; rationem hujus doctrinæ assignat D. Thom. I. 2. q. 20. art. 3. per hæc verba: *Contingit autem in his, quæ ad aliud ordinantur, quod aliquid est bonum per hoc præcise, quod ad aliud ordinetur, sicut Potio Amara ex hoc solo est bona, quia est sanativa, unde non est alia bonitas sanitatis, & potionis, sed una, & eadem.* Sic pariter, & nos dicimus in casu argumenti.

Ad instantiam contrariorum dicimus, quod non est ad rem, quia cum tam aqua, quam ignis sint intrinsecè calida, cum dicitur; *sed ignis non est idem calidum, ac aqua,* non potest intelligi de alienate solum ex parte materialis, sed etiam de alienate formæ, quia eadem met forma, saltim naturaliter, non potest esse intrinsecè in duplice subjecto, & consequenter instantia adducta à contrarijs non tenet.

4 Obijc. 2. *Ens* est analogum attributionis ad Deum, & creature; & tamen non dicit unam numero entitatem in multiplicabilem in analogatis; sed duas nu-

mero entitatis distinctas: ergo prædicta proprietas non convenit omnibus analogatis attributionis. Prob. min. In creatura reperitur alia entitas distincta ab entitate Dei: ergo non dicit unam entitatem in multiplicabilem ad Deum, & creature, sed duas numero distinctas entitates. Et idem argumentum potest fieri de substantia, & accidenti.

5 Resp. dist. mai. Ens est analogum attributionis ad Deum, & creature, attributionis præcise, neg. mai. attributionis, simul, & proportionalitatis, conc. mai. & dist. min. & tamen non dicit unam numero entitatem, quatenus est analogum proportionalitatis, conc. min. quatenus est analogum attributionis, neg. min. & conseq. Solutio patet ex dictis, Deus namque, & creatura, substantia, & accidens, ut significantur hoc nomine *ens* duplē analogiam important attributionis videlicet, & proportionalitatis, & quamvis ratio analoga in illis realiter multiplicetur, quatenus analoga proportionalitatis sunt, quia prout sic omnia analogata à propria entitate intrinsecè denominantur. Ut tamen analogia attributionis sunt ratio analoga non multiplicatur, quia prout sic non denominantur à propria entitate intrinsecè, sed ab entitate existente in principaliori analogato; cumque ad denominandum unum intrinsecè, & alia extrinsecè sufficiat una numero forma,

ma, quod ens, ut analogum attributionis est, non multiplicatur realiter in analogatis.

6 Obijc. 3. Si in analogis attributionis ratio analoga non multiplicaretur realiter, sequeretur, quod analogia attributionis dicerent majorem unitatem, quam univoca; sed hoc dicere est absurdum: ergo in analogis attributionis ratio analoga necessario multiplicatur. Prob. sequela. Ratio univoca, v. g. ratio *animalis* realiter in inferioribus multiplicatur: ergo si in analogis attributionis ratio analoga realiter non multiplicaretur dicerent majorem unitatem.

7 Resp. neg. sequelam. Siquidem quamvis ratio analoga sit una numero, & non multiplicetur realiter in analogatis, est tamen in illis valde diversa, quia uni convenit intrinsecè, & alijs pure extrinsecè, qua propter non potest ab illis abstrahi unus conceptu objectibus attingibilis uno conceptu formali, cuius oppositum contingit in univocis, quia cum ratio univoca reperiatur intrinsecè in omnibus inferioribus, & æqualiter est abstrahibilis ab illis talis ratio sine ulla prorsus diversitate: ac proinde univoca majorem dicunt convenientiam, quam attributionis analoga.

8 Obijc. 4. Si predicta proprietas omnibus analogis attributionis conveniret, sequeretur, quod idem se ipsum cauferet realiter; hoc non est admittendum;

ergo predicta proprietas analogis attributionis nequit convenire. Min. est certa, siquidem inter causam realem, & effectum debet dari realis distinctio. Sequela vero sic prob. Sanitas medicinæ est causa realis sanitatis animalis, nam quia est sana, causat sanitatem animalis: ergo si est eadem sanitas medicinæ, & sanitas animalis, jam idem cauferet se ipsum.

9 Resp. tamen neg. sequelam, quia licet medicina denominetur extrinsecè sana à sanitate animalis, non tamen causat ratione hujus denominationis sanitatem animalis, sed medicina causat talem sanitatem animalis per suam intrinsecam entitatem, & virtutem ad aquam causalitatem tanquam ad fundamentum sequitur in medicina denominatio sani.

10 Denique obijcies contra talem proprietatem. Si ratio analoga non multiplicaretur in analogis hujus nominis *sanum* sequeretur, quod nec ratio entis in illis multiplicaretur; conseq. non est admittendum: ergo nec ahs. Min. constat, siquidem urinam, & medicinam non habere proprias entitates nullus uicuque dixit. Sequela vero sic prob. Ratio superior non multiplicatur numero, nisi multiplicentur etiam rationes inferiores, ut ratio animalis non multiplicatur in Petro, & Paulo, nisi in illis multiplicetur ratio hominis; sed *ens* est superius ad *sanum*; ergo si ratio sani in animaliuri

urina , & medicina non multiplicaretur numero , nec multiplicabitur in illis ratio entis.

11 Resp. dist. mai. Sequetur , quod si non multiplicaretur numero ratio sani , nec multiplicaretur ratio entis extrinseca , conc. mai. ratio entis intrinseca , neg. mai. sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo , quod in medicina v. g. duplex reperiatur ratio entis altera intrinseca , quæ identificatur cum ratione causativi sanitatis , & hæc ratio entis , sicut , & ratio causativi sanitatis ad multiplicationem reali medicinæ multiplicatur realiter ; altera entitas medicinæ est extrinseca illi , scilicet illa , quæ identificatur cum sanitate , & hæc entitas sicut , & sanitas non multiplicatur realiter ad reali multiplicationem medicinæ , quia est una numero entitas , sicut est una numero sanitas , à qua animal , prima , & medicina denominantur.

QUÆST. XL

UTRUM TERTIA PROPRIETAS
analogorum attributionis ,
omnibus analogis attributionis conveniat ?

Tertia proprietas analogorum attributionis supra à nobis assignata , est , quod in diffinitione analogati minus principalis , debet poni analogatum magis principale . Quam proprietatem aliqui limitant , vel quia

existimant non omnia analogata minus principalia dicere respectum ad analogatum magis principale , vel quia solum verificatur , quando analogatum magis principale potest à nobis quidditatively diffiniri , quod in analogia entis ad Deum , & creaturas non verificatur : & ideo in his analogis non verificatur 3. proprietas . His tamen non obstantibus .

2 Dicendum est , prædictam proprietatem omnibus analogis attributionis , si à primo genere usque ad ultimam differentiam diffinantur , verè , & propriè convenire . Conclusio est communis , & prob. ratione efficaci sic . Omnia analogata attributionis minus principalia formaliter , ut talia , dicunt essentialiter respectum , & habitudinem ad analogatum magis principale : ergo eorum essentia non potest exactè , & adæquatè explicari , nisi talis explicetur respectus , & habitudo . Nunc sic ; sed talis respectus , & habitudo explicari non potest , nisi in eorum diffinitione ponatur terminus talis respectus , qui est analogatum magis principale : ergo illud necessario in exacta diffinitione cuiuslibet analogati attributionis minus principalis debet collocari . Ans. cum prima consequentia constat ex diffinitione analogorum attributionis ; min. vero sub sumpta sic prob. Communis modus explicandi , & diffiniendi omnem respectum , & habitudinem est per suum ter-

minum , & per habitudinem ad illum , qua ratione , quia *filius* dicit ordinem , & habitudinem ad Patrem diffinitur , quod *sit ille* , qui procedit à Patre : ergo .

3 Obijc. tamen 1. Ens est analogum ad Deum ; & creaturas ; & tamen Deus , qui est analoga-
rum magis principale , non potest
poni in diffinitione creaturæ : er-
go supra dicta proprietas non
convenit omnibus analogis attri-
butionis . Prob. min. Deus est,
quid ignotius creaturis , immo
per illas cognoscitur justa illud ad
Romanos 1. *Invisibilia Dei , per ea , quæ facta sunt intellecta conspi- ciantur* : ergo non debet poni
in diffinitione creaturæ .

4 Confirm. Sapientia est ana-
logum attributionis ad sapien-
tiam creatam , & in creatam ; &
tamen sapientia increata non
ponitur in diffinitione sapientiæ
creatæ : ergo in diffinitione eu-
juscumque analogati attributionis
minus principalis , non debet
poni magis principale . Prob. min.
Sapientia creata diffinitur , quod
sit cognitio per altissimas causas ;
sed sapientia in creata talem dif-
finitionem non ingreditur : ergo .

4 Resp. ad arg. neg. min.
Quia , si creatura exactè diffini-
tur debet sic diffiniri , est *ens par- ticipatum à Deo* . Ubi jam Deus
ingreditur , ad quod non obstat ,
quod Deus sit ignotius creaturis ,
quia illud , quod non ingreditur
diffinitionem , ut pars intrinseca ,
sed præcisè , ut terminus extrin-

secus non requiritur , quod sit
notius re diffinita , nam unum re-
lativum diffinitur per aliud , &
terminus per propositionem , &
tamen unum relativum non est
notius altero , nec propositio est
notior termino . Peterit ergo si-
militer Deus poni , ut terminus
extrinsecus relationis creature
in ipsa diffinitione creaturæ ,
quamvis non sit notior crea-
tura .

Ad confirm. vero Resp. Quod
per diffinitionem in illa positam ,
solum diffinitur sapientia creata
per suum proximum genus , non
tamen exactè per primum genus
usque ad ultimam differentiam ,
nam si sic diffineretur necessario
deberet explicari ejus dependen-
tia à sapientia in creata , tanquam
à causa exemplari , quod fieri
non posset , nisi sapientia in crea-
ta diffinitionem exactam sapientiæ
creatæ ingredieretur , tanquam
terminus extrinsecus , terminans
talem dependentiam .

5 Obijc. 2. Sola relativa de-
bent in ordine ad aliud diffiniri ;
sed accidens , & ens creatum non
sunt relativa , sed quid absolu-
tum : ergo quamvis sint analoga-
ta minus principalia attributio-
nis , non debent per ordinem ad
aliud diffiniri : ac proinde , nec
analogatum magis principale in
eorum diffinitione ingredi .

Resp. conc. mai. dist. min.
Sed accidens , & ens creatum non
sunt relativa secundum esse , conc.
min. secundum dici , & transcen-

dentalia, neg. min. & conseq. Dicimus ergo, quod licet accidens, & ens creatum non sint relativa secundum esse, sunt tamen relativa secundum dici: dicunt enim respectum transcendentalis, accidens ad substantiam, & ens creatum ad Deum; & secundum, quod hunc respectum important, sunt formaliter analogata minus principalia attributionis: ac proinde, ut analogata formaliter attributionis, debent per ordinem, ad analogatum magis principale diffiniri; sicut defacto accidens diffinitur dicendo, quod sit *ensis*, seu *ens in alio*, hoc est, in substantia.

QUÆST. XII.

UTRUM DIFFINITIO, ET PROPRIETATES ANALOGORUM PROPORTIONALITATIS, OMNIBUS ILLIS COMPETANT?

Analogia proportionalitatis, ut supra notabimus sunt uniusquorum nomen est commune, ratio vero per nomen significata est proportionabiliter eadem. Quæ diffinitio deducitur ex D. Thom. 1. sentent. dist. 19. q. 5. art. 2. traditur à Cajetano, & communiter recipitur. Proprietates vero horum analogorum sunt quatuor: ut etiam supra notabimus. Prima, quod ratio analogia reperiatur intrinsecè in omnibus analogatis, 2. quod talis ratio multiplicetur ad multiplicationem analogorum.

3. quod non oportet in diffinitione unius analogati alterum ingredi. Et 4. quod possit abstrahi aliquis unus conceptus ab omnibus analogatis, proportione unus. Quibus suppositis inquirimus; an predicta diffinitio, & proprietates, omnibus analogis proportionalitatis, convenient? Pro cuius resolutione.

Dico. 1. *Predicta diffinitio analogorum proportionalitatis est optimè assignata.* Quod sic prob. Illa est optima diffinitio, quæ constat ex aliquo communi, per quod diffinitum convenit cum alijs, & aliquo speciali, per quod diffinitum differt ab alijs; sed predicta diffinitio est hujus modi: ergo est optima diffinitio. Prob. min. In predicta diffinitione ponitur id, in quo haec analogia convenient cum univocis, equivocis, & analogis attributionis: nam in eo quod est habere nomen commune, omnia ista convenient; alias ponitur id, in quo analogia proportionalitatis à predictis differunt ergo in predicta diffinitione ponitur aliquid commune, per quod diffinitum convenit cum alijs, & aliquid speciale per quod differat ab alijs. Mai. manet prob. min. vero sic prob. In eo, quod ratio analogia sit proportionabiliter eadem, differunt analogia proportionalitatis ab univocis, in quibus ratio significata per nomen est omnino eadem, & ab equivocis, in quibus est omnino diversa, & denique differunt ab

ab analogis attributionis; quia in his ratio analoga est eadem secundum terminum, & diversa secundum habitudinem ad illum: ergo.

2 Dico 2. Quatuor assignatae proprietates omnibus analogis proportionalitatis convenientia. Quod sic ostenditur. Analogia proportionalitatis sunt formaliter distincta ab analogis attributionis; sed horum prima proprietas, ut vidimus est, quod ratio analoga tantum reperiatur intrinsecè in uno analogato, & extrinsecè in alijs: ergo è contra prima proprietas analogorum proportionalitatis erit, quod ratio analoga intrinsecè reperiatur in omnibus analogatis, patet consequentia, nam ad distinctam essentiam distinctæ sequuntur proprietates. Nunc sic; sed ex prima proprietate analogorum attributionis, per legitimam illationem inferuntur aliae tres proprietates, ut jam probavimus: ergo etiam per legitimam consequentiam ex prima proprietate analogorum proportionalitatis, aliae tres proprietates sequentes inferuntur. Et consequenter predictæ quatuor proprietates omnibus analogis proportionalitatis convenientia, & nulli possunt disconvenire.

3 Adversus diffinitionem analogorum proportionalitatis Obijc. 1. Diffinitio analogorum proportionalitatis supra assignata convenit univocis: ergo non est recte assignata. Prob. ahs. Etiam

in univocis ratio significata per nomen est proportionabiliter eadem: ergo. Probl. ahs. Ideo in his analogis ratio analoga est proportionabiliter eadem, quia analogata inter se proportionantur: & sicut se habet *substantia* v. g. ad suum esse, ita proportionabiliter se habet *accidens* ad suum esse; sed etiam univoca proportionantur in ratione univoca, nam sicut se habet homo ad animal, ita se habet proportionabiliter *equus*: ergo.

4 Resp. ad hoc arg. neg. absolute illius assumptum. In univocis enim ratio per nomen significata est simpliciter, & omnino eadem, quia à quolibet inferiori simpliciter participatur, unde licet inferiora v. g. homo, & equus in rationibus particularibus proportionentur, & assimilantur; in ratione tamen superiori animalis non est proportio, seu assimilatio imperfecta, qualis est convenientia proportionalitatis, sed est omnimoda unitas, cum ratio communis animalis ejusdem prorsus rationis sit in homine, & in equo. Ideoque quando abstrahitur talis ratio à differentijs, non abstrahitur, ut tantum proportione una, sed, ut omnino una, & absque aliqua diversitate; quod non contingit in analogis proportionalitatis, quæ non solum proportionantur in rationibus particularibus, sed etiam in ratione communi, cum unum analogatum, v. g. *substantia* par-

ticipet illum simpliciter, & aliud, scilicet *accidentem* solum secundum quid. Ideoque diffinitio analogorum proportionalitatis nullatenus univocis convenit.

5. Adversus primam proprietatem Obijc. 2. In analogis proportionalitatis puræ, ratio analogæ in aliquo analogato solum extrinsecè reperitur: ergo prima proprietas non est recte assignata. Prob. an. *Ritus* est analogum proportionalitatis ad ritum hominis, & ad ritum prati; & tamen in prato ritus solum extrinsecè reperitur: ergo. Prob. min. Pratum solum dicitur ridere per habitudinem, & similitudinem, quam ejus floriditas, & amoenitas habet cum risu hominis: ergo in prato ritus solum extrinsecè reperitur.

6. Resp. tamen ad hoc arg. neg. etiam absolute illius assump-
tum; aliud enim est, quod pratum solum metaphorice dicatur ridere; aliud vero, quod denomi-
netur extrinsecè ridens à risu hominis, primum enim est ve-
rum, sed secundum est falsum, quia pratum denominatur intrinsecè ridens ab amoenitate, & floriditate sibi intrinseca, quæ quidem similitudinariè impro-
priè, & metaphorice dicitur *ritus*.

7. Obijc. 3. cont. tertiam proprietatem. Non potest cognosci unum analogatum proportionalitatis, sine eo, quod intel-

ligatur proportio, & comparatio inter ipsum, & aliud analogatum: sed talis proportio, & comparatio, nequid cognosci, nisi in diffinitione unius analogati, ponatur aliud analogatum: ergo tercia proprietas male à nobis assignatur. Prob. min. Non potest cognosci proportio, & comparatio inter aliqua extrema, quia ipsa extrema cognoscantur: ergo non potest cognosci talis propor-
tio, & comparatio inter ana-
logata proportionalitatis, nisi in diffinitione unius analogati, po-
natur, & aliud.


Confirm. secundum D. Tho.
I. p. q. 13. at. 6. Nomina, quæ di-
cuntur de Deo per metaphoram,
non possunt diffiniri, nisi per
creaturas, tanquam per termi-
num similitudinis; sed prædicta
nomina, utpote metaphorica
sunt analogæ proportionalitatis:
ergo analogis proportionalitatis
non convenit, quod unum per
aliud non diffiniatur.

8. Resp. ad arg. dist. mai. Non
potest cognosci unum analogatum proportionalitatis, sine eo,
quod cognoscatur proportio
exercitè, conc. mai. nisi intelligatur *signatè*, neg. mai. & dist.
min. sed non potest cognosci pro-
portio *signatè*, nisi in diffinitione
unius analogati ponatur aliud,
conc. min. non potest cognosci
exercitè, neg. min. & conseq.
Dicimus ergo, quod quævis
analogæ proportionalitatis ha-
beant proportionem inter se,
illa

illa tamen proportio non importatur signatae, & expresse, sed tantum exercite, & implicitè in illis; proindeque ad hoc, quod unum analogatum cognoscatur, non est necessarium cognoscere aliud.

Ad confirm. vero Resp. quod non in una, quæ metaphoricè dicuntur de Deo, & creaturis, non solum sunt analogia proportionalitatis, sed simul sunt analogia attributionis, sicut in alijs etiam nominibus, quæ de Deo, & creaturis dicuntur; unde in prædictato loco loquebatur Div. Thom. de Nominibus, quæ analogicè metaphoricè dicuntur de Deo, & creaturis analogia attributionis, sub qua consideratione unum analogatum, non potest exactè cognosci, sine alio. Vel potest dici, quod etiam, ut analogatum proportionalitatis metaphoricæ, Deus debet diffiniri in ordine ad creaturam; quia etiam in his analogis metaphoriciis, analogatum minus principale, & cui impropriè convenit ratio analogæ, dicit habitudinem formaliter, & quæ si in actu signato ad magis principale.

(o)



QUÆST. XIII.

QUÆ SINT CAUSÆ ANALOGIA, & an sola transcendentia illa causare sufficiat?

EX dictis questionibus antecedentibus constat, quod analogia Logica consistit in convenientia cum diversitate, unde manifeste sequitur, quod illud erit causa analogiae, quod est principium, & ratio per quam ratio aliqua communis participatur ab inferioribus cum aliqua diversitate. Quo supposito,

2. Dico 1. *Dependentia unius ab alio in aliqua ratione communè est sufficiens principium analogiae.* Hæc conclusio colligitur ex D. Thom. 1. p. q. 13. art. 5. ubi propter talem dependentiam creaturarum à Deo, colligit analogiam inter Deum, & creaturas. Unde prob. conclusio ratione sic. Analogia reperitur inter illa, quorum nomen est commune, & ratio per nomen significata est illis partim eadem, & partim diversa; sed ubi reperitur dependentia unius ab alio, nomen significans causam, & effectum, non significat illis rationem omnino eandem, nec omnino diversam: ergo partim est eadē, & partim diversa, & consequenter analogia. Prob. min. Eo ipso, quod nomen significat rationem causæ, & effectui communem, significat aliquid, in quo causa, & effectus

al.

assimilantur; & eo ipso, quod effectus non adæquet virtutem cause, similitudo illius cum causa est deficiens, & imperfecta, & cum ad mistione dissimilitudinis: ergo ubi reperitur dependentia unius ab alio, nomen significans causam, & effectum, non significat illis rationem omnino eandem, nec omnino diversam, sed partim eandem, & partim diversam: & consequenter dependentia unius ab alio in participanda ratione communi est causa analogiae.

Vel clarius, quotiescumque inferiora aliqua participant rationem communem cum dependentia unius ab alio, talis ratio communis est partim eadem, & partim diversa: ergo analogia. Prob. a.ñs. In tali ratione communi sic participata, inferiora habent convenientiam cum disconvenientia: ergo est partim eadem, & partim diversa. Prob. a.ñs. Ea parte, qua inferiora participant rationem communem convenientiunt; alias pro illa parte, qua unum participat talem rationem cum dependentia ab alio, disterrunt, ut est luce clarius: ergo in tali ratione sic inæqualiter participata inferiora habent convenientiam cum disconvenientia. Et consequenter est illis analogia. Quia de causa, ens est analogum ad Deum, & creaturas, & ad substantiam, & accidens; quia in ratione entis creatura dependet à Deo, & accidens à substantia.

3 Dico 2. *Inæqualis participatio alicuius rationis communis est, etiam sufficiens causa analogie.* Antequam hæc conclusio probetur est maximè notandum, quod dupliciter aliqua duo possunt inæqualiter participare aliquam rationem communem; primo, quia contrahunt illam per differentias inæqualiter essentialiter perfectas, qualiter duæ species, v. g. *homo*, & *equus* inæqualiter participant rationem animalis, quia contrahunt illam per differentias, quorum una est perfectior altera; & hæc inæqualis participatio, cum sit in ratione particulari, & non in ratione communi, licet causet analogiam Physicam, non tamen Logicam. Secundo modo aliqua participant inæqualiter rationem communem, quando ipsamet ratio communis participatur ab uno cum dependentia ab alio, vel ab uno participatur simpliciter, & ab alio secundum quid; sicut participant rationem entis substantia, & accidens, quia ratio entis dicitur de substantia simpliciter, de accidenti vero solum secundum quid. Et de hac ultima inæquali participatione asserimus in conclusione causare analogiam.

Quo supposito prob. nostra conclusio. Ratio communis inæqualiter participata est partim eadem, & partim diversa: ergo est analogia. Prob. a.ñs. In ratione communi inæqualiter participata

ta inferiora, habent convenientiam cum diversitate: ergo. Prob. a. n. Inferiora tunc casus in quantum participant rationem communem convenient; sed in quantum illam inæqualiter participant habent diversitatem: ergo inferiora in ratione communi inæqualiter participata, habent convenientiam cum diversitate. Quia ratione convincitur substantiam, & accidens analogice convenire in ratione entis, quia illam inæqualiter participant, nam substantia est ens simpliciter, & accidens secundum quid. Et idem dicendum de specie lapidis, & ipso lapide, ut significantur hoc nomine *lapis*. Et idem, denique dicendum de homine vivo, & pecto, ut significantur hoc nomine *homo*.

Dico 3. *Sola transcendentia est sufficiens ad causandam analogiam*. Antequam conclusionem probemus, etiam est notandum, quod transcendentia est duplex. Una *Physica*, & alia *Logica*. Dicitur *Physica*, quando est per identitatem, qualiter essentia Divina transcendit omnia Dei prædicata. *Logica* vero est intima inclusio superioris in ultimis differentijs inferiorum formaliter sumptis. Hæc tamen transcendentia *Logica* adhuc est duplex. Una universalissima, illa nimurum, qua transcendunt omnia prædicata contenta in hac dictione, *Res* *Bau*: res, ens, verum, bonum, aliquid, unum; quia hujusmodi.

prædicata omnia transcendunt. Alia vero est transcendentia particularis: illa nimurum, quæ solum transcendit in aliquo genere particulari, v. g., *substantia*, quæ est transcendentia respectu omnium substantiarum. In nostra conclusione tamen, solum de transcendentia *Lógica* universalissima loquimur.

5. Hoc ergo supposito. prob. nostra conclusio. Ratio *Logice* transcendentis est partim eadem, & partim diversa: ergo sola transcendentia est sufficies causa analogiæ; prob. a. n. In ratione *Logice* transcendentis convenient inferiora, & simul differunt; sed prædicatum in quo inferiora convenient, & simul differunt est partim idem, & partim diversum: ergo. Min. est certissima, siquidem convenientia provenit ab unitate, & differentia à diversitate: ergo prædicatum, quod est ratio convenienti simul, & differendi, est partim idem, & partim diversum. Mai. vero sic prob. *Rationalitas* v. g. & *Inhibitus* convenient in entitate, cum utraque sit ens, alias etiam differunt in entitate: ergo in ratione transcendentis convenient inferiora, & simul differunt. Prob. min. Illud in quo prædictæ differentiæ differunt non est nihil, alias per nihil differunt: ergo est aliquid: ergo *ens*: ergo differunt in ente, & simul convenient, & consequenter ratio transcendentis est partim eadem, & partim diversa.

Ro-

5 Roborantur dicta. Accidens, ut abstrahit à completo, & incompleto est analogum respectu novem prædicamentorum accidentium; similiter *ens*, ut abstrahit à completo, & incompleto est analogum ad Petrum, & Paulum; sed sola transcendentia causat hujusmodi analogiam: ergo.

Mai. constat, siquidem, si accidens, sic abstrahens, esset univocum, esset genus ad novem prædicamenta; & consequenter genera suprema non essent iuprema, cum haberent aliud genus supra se. Min. vero sic prob. in utroque casu, nec datur dependentia unius ab alio in participando rationem communem, nec inæqualis participatio illius, ut consideranti patebit: ergo sola transcendentia est, quæ in utroque causa causat analogiam.

7 Cont. 3. conclus. Obijc. 1. Si sola transcendentia esset sufficiens causa analogiæ, sequeretur quod relatio, & personalitas divina per nostrum conceptum abstracta, & communis omnibus tribus relationibus, & personalitatibus non esset illis univocè communis, sed tantum analogicè; sed consequens non est dicendum: ergo nec sola transcendentia est sufficiens causa analogiæ.

Min. est certa: Nam si relatio, & personalitas divina non esset univocè communis tribus personalitatibus divinis minus conyenirent tres Personalitates Divinae inter se, quam persona-

litates creatæ. Sequela vero sic prob. Relatio, & personalitas divina est transcendens ad tres Divinas personalitates, & relationes: ergo si sola transcendentia causat analogiam, relatio, & personalitas divina analoga erit ad tres divinas personalitates, & relationes.

8 Resp. tamen ad hoc arg. concedendo sequelam, ut illam concedunt Theologi. Ex quo nullum sequitur inconveniens, nam hoc provenit ex magna simplicitate divinarum personalitatum, & relationum, quæ cum non componantur ex conceptu relationis præscindibili perfectè à conceptu relationis in particuliari, & non intrinsicè imbibito in illo, non potest conceptus relationis divinæ in communi non dicere unitatem cum diversitate. Cujus oppositum contingit in personalitatibus creatis propter earum compositionem Metaphysicam conceptus personalitatis in communi, & talis personalitatis; qua de causa potest abstrahi ab omnibus illis ratio communis personalitatis creatæ omni. eadem, & absque aliqua diversitate.

9 Obijc. 2. Si sola transcendentia cauaret analogiam, *ens* esset analogum, non solum ad res diverlorum prædicamentorum, sed etiam ad res ejusdem prædicamenti v. g. ad duas substantias, duas qualitates, vel duas quantitates; immo, & ad indiviz. dua

aut ejusdem speciei, v. g. Petrum, & Paulum; consequens non debet admitti, cum inter omnia prædicta, neque detur dependentia, nec inæqualis participatio: ergo nec sola transcendentia causat analogiam. Sequitur vero prob. Ens præscindens à completo, & incompleto, non solum transcendit res diversorum prædicamentorum, sed etiam transcendit res ejusdem prædicamenti: ergo si hæc transcendentia sufficeret ad analogiam, ens esset etiam analogum ad res ejusdem prædicamenti.

Resp. etiam ad hoc arg. conced. sequel. Nam, ut diximus in probatione nostræ conclusio- nis, ens, ut præscindit à completo, & incompleto analogum est etiam ad res ejusdem prædicamenti, quia cum illis intimè imbibatur, non sunt aliquæ duas res etiam ejusdem prædicamenti, quæ in aliquo non conveniant, & per proprias differentias, saltem individuales, non differant. Immo in ipsa ratione entis in illis intimè inclusa, convenient, & differunt; convenient in quantum transcendit id, in quo con venient, scilicet genus, & differunt in ente, quatenus transcen dit, & imbibitur in differentijs, quibus dif ferunt.

(o)

QUÆST. XIV.

*UTRUM ENSTRA NSCENDAT
ultimas rerum differentias?*

PRæ resolutione hujus dubii est advertendum 1. quod ens in præsenti, nihil aliud est, quam possibile, seu potens existere, nam ens dicitur illud, quod dicit ordinem ad esse. 2. est notandum, quod ens transcendere ultimas rerum differentias, nihil aliud est, quam quod nulla detur differentia, sive ultima, sive non ultima, sive nominata, sive non nominata, quæ ex suo formali conceptu non sit formaliter ens, ita quod ratio entis sic formaliter inclusa, licet non explicata in qualibet differentia, ab omni alio tali differentia præcisa, & separata. Quo supposito, 2 Resolutorie dicendum est, *ens transcedere omnes rerum differentias.* Hæc conclusio prob. autoritate, & ratione; Auth. ex Ang. Mag. q. i. de verit. ar. i. ubi sic loquitur: *Enti nihil potest addi extraneum per modum quo differentia additur generi, quia quilibet natura, aut essentia est essentia alteri ens.* Ex quibus verbis iste pro nostra conclusione deducitur cursus. Si aliqua differentia non includeret formaliter ens, posset enti superaddi aliquid extra neum per modum, quo differentia additur generi. Resilique illa differentia non esset for-

maliter ens; sed utrumque est expreſſe contra D. Thom. ergo ſentit Ang. Mag. quod ens incluſit in qualibet differentia, & quod quælibet differentia eſt formaliter ens.

3. Ratione vero prob. noſtra concluſio ſic. Ens tranſcendit ea, quæ formaliter ſunt entia; ſed omnes differentiae ſunt formaliter ens: ergo ens tranſcendit omnes rerum differentias. Mai. cum conſeq. eſt nota. Min. vero ſic prob. Id eſt formaliter ens, quod eſt formaliter poſſibile; ſed quælibet differentia entis eſt formaliter poſſibilis: ergo omnes differentiae ſunt formaliter ens. Mai. eſt certa: ſiquidem poſſibile, ſeu potens exiſtere, & ens conveṛtuntur. Min. vero ſic prob. 1. Poſſibile eſt, quod excludit ſuum contradictorium à rebus; ſed quælibet differentia entis excludit ſuum contradictorium à rebus, ut rationalitas v. g. neceſſatio excludit non rationalitatem: ergo quælibet differentia entis eſt formaliter poſſibilis.

2. prob. eadem min. ſic. Quidquid ex ſuo conceptu formali non implicat contradictionem eſt formaliter poſſibile; ſed rationalitas v. g. ex ſuo conceptu formali, non implicat contradictionem: ergo eſt formaliter poſſibilis. Mai. eſt certa: ſiquidem poſſibile eſt illud, quod ex ſuo conceptu non implicat contradictionem. Min. vero ſic prob. Si rationalitas ex ſuo conceptu formali implica-

ret contradictionem, eſſet formaliter imposſibilis, cum imposſibile ſit illud, quod implicat contradictionem; ſed rationalitas non poteſt eſſe formaliter imposſibilis; aliás homo imposſibilis eſſet: ergo rationalitas non implicat contradictionem: ergo eſt formaliter poſſibilis: ergo & ens: ac proinde, cum idem de qualibet alia differentia dicendum ſit, dicendum eſt, ens omnes differentias rerum tranſcendere.

4. Dices, rationalitatem non eſſe formaliter poſſibilem, aut imposſibilem ſed ab utroque præſcindere: nec formaliter excludit à rebus ſuum contradictorium, & ratio eſt; quia rationalitas formaliter ſumpta præſcinditur à prædicatis, per quæ non diſſinuitur; ſed non diſſinuitur per poſſibile vel imposſibile, nec per excludere à rebus ſuum contradictorium: ergo non eſt formaliter poſſibilis, & conſequenter nec ens.

Sed contra hanc doctrinam. ſic in ſurgō. Rationalitas formaliter ſumpta non præſcindit à poſſibili, aut imposſibili, ſed eſt determinatè poſſibilis: ergo pri- mu, quod contrarij afſirmant eſt falſum. Prob. aūs. Rationalitas eſt vera determinatio animalis ad hominem; ſed implicat ve- ram determinationē animalis ad hominē non eſſe determinatè poſſibilem; ipſe homoimposſibilis; eſſet: ergo rationalitas formaliter ſumpta non præſcindit à poſſibi- li,

li, sed est determinatè possibili-

5 + Nec valet dicere cum contrarijs , quod rationalitas , & idem dicendum de qualibet alia differentia est possibilis , *ut quo*, non tamen , *ut quod* ; quia licet sit constitutiva possibilis , & id, quo ens excludit non ens , ipsa tamen in se non est possibilis, nec ipsa in se , & secundum se excludit non ens. Non inquam valet hoc contrariorum effugium , nam justa illos differentia est formaliter possibilis , *ut quo*, idest est constitutiva possibilis: sed quod est possibile , *ut quo*, necessario est etiam possibile , *ut quod*: ergo differentia non solum est possibilis , *ut quo* , sed etiam, *ut quod*. Prob. min. Quod in se, & per se est impossibile *ut quod*, nequit esse constitutivum possibilis , ut ex se est manifestum: ergo id quod est possibile *ut quo*, necessario est possibile *ut quod*. Consequenterque , si justa contrarios rationalitas est possibilis, ut quo etiam est possibilis , *ut quod*.

+ Quod autem rationalitas non diffiniatur per excludere suum contradictorium , nec per esse possibile , aut impossibile non obstat. Nam *Animal* v. g. non diffinitur per excludere suum contradictorium à rebus, nec per esse possibile , aut impossibile , sed præcisè diffinitur per esse vivens sensibile; & nihilominus animal excludit à rebus non

Animal , & est vere possibile : ergo pariter rationalitas , & quilibet alia differentia , & si non diffiniatur per excludere suum contradictorium , nec per esse possibile , excludit à rebus *non rationale* , & est vere possibilis.

6 Contra nostram tamen conclusionem Obijc. 1. Si ultima differentia hominis esset formaliter ens , per illam homo conveniret, cum alijs ; sed homo per ultimam differentiam non potest cum alijs convenire : ergo ultima differentia hominis non est formaliter ens. Mai. constat : siquidem, quodlibet aliud ab homine est etiam formaliter ens. Min. vero sic prob. Ideo *sensibile* non est ultima differentia hominis , quia per illam homo convenit cum alijs: ergo per ultimam differentiam homo non potest cum alijs convenire. Consequenterque nec ultima illius differentia est formaliter ens.

Resp. dist. mai. Homo per ultimam differentiam conveniret cum alijs , adæquatè , & totaliter , neg. mai. inadæquatè , & ex parte conc. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo quod *sensibile* non est ultima differentia hominis , quia per illud homo adæquatè , & totaliter convenit cum equo , idest ita per *sensibile* convenit cum equo , quod per illud formaliter sumptum nullo modo differt ab illo ; at vero ultima differentia hominis , scilicet

Rationalitas non est talis conditio-
nis, quod per illam homo simpli-
citer, & adæquate conveniat
cum alijs, sed tantum inadæqua-
tè, & ex parte, quia pro expres-
so, & quatenus est formaliter ra-
tionalitas differt ab alijs; & pro im-
plicito cum alijs debet aliquali-
ter convenire, adhuc formaliter
accepta; quia ultima differentia
formaliter, ut ultima, est ultima,
sicut, & alia, insuperque inclu-
dit necessario prædicatum in quo
habet cum alijs analogam conve-
nientiam.

7 Sed contra istam solutio-
nem replicabis. Si homo per ul-
timam differentiam ex parte con-
veniret cum alijs, & ex parte dif-
ferret ab illis, ultima differentia
constaret ratione communi, &
ratione differentiali, & rursus,
hæc ratio differentialis, cum es-
set formaliter ens, constaret
etiam ratione communi, & ra-
tione differentiali, & sic de reli-
quis differentijs subsequentibus;
sed hoc nequit dici, alias dare-
tur processus in infinitum: ergo
homo per ultimam differentiam
non potest cōvenire, & simul dif-
ferre ab alijs adhuc in adæquate.

Resp. tamen ad istam repli-
cam dist. mai. constaret ratione
communi, & ratione differentia-
li, adæquate distinctis, & mu-
tuos se excludentibus, neg. mai. in-
adæquate distinctis, & mutuo
se includentibus, conc. mai. &
conc. min. in eodem sensu, neg.
conseq. Dicimus ergo, quod ex
eo, quod ultima differentia ho-

mis est constet ratione communis,
& differentiali nullatenus sequen-
teretur processus in infinitum, quia
in *rationali* v. g. ratio differen-
tialis est formaliter ratio communis
implicitè, et ratio communis
implicitè, etiam est ratio differen-
tialis; unde in *rationali* non in-
veniuntur plures rationes diffe-
rentiales, sed unica, quæ inadæ-
quatè, & pro implicito est ratio
communis; quapropter quando
ulterius dicitur, quod illa ratio
differentialis, constat ratione
communi, & differentiali, non
superadditur nova ratio communi-
s, & differentialis, sed praeceden-
tes repetuntur, & ideo pro-
cessus in infinitum non datur.

8 Objic. 2. Ratio communis
non includitur in ratione deter-
minantis; sed ratio communis
entis determinatur per differen-
tias, scilicet per esse per se ad
substantiam, & per esse in alio ad
accidens: ergo ratio communis
entis non includitur in differen-
tijs. Min. cum conseq. videtur,
certa. Mai. vero sic prob. *Animal*
non includitur in *rationali*; sed
non alia ratione, nisi quia per
rationale determinatur: ergo ra-
tio communis non includitur in
ratione determinante.

Resp. dist. mai. ratio com-
munis non includitur in ratione
determinante, si determinatio
fiat per veram, & rigurosam con-
tractionem, conc. mai. si solum
fiat per majorem ejus expressionem,
neg. mai. & sub eadem dist. min.
neg. conseq. Tunc namque ratio

communis rigurose contrahitur, quando determinatur per additionem novæ formalitatis superaditæ rationi communi, qualiter contrahitur *Animal* per rationalitatem, & quodlibet genus per suam differentiam, & ratio communis, quæ hoc modo contrahitur, certum est, quod non includitur in ratione determinante; alio modo contrahitur aliqua ratio communis impropriè, & solum per majorem expressionem, quando illi non superaditur nova formalitas, sed quæ latebat implicitè exprimitur, & declaratur, & hoc modo præcisè contrahitur ratio communis entis per differentias, quia cum differentiæ, ut infra videbimus, includantur in ratione communi entis, talis ratio non contrahitur superaddendo novam, & distinctam differentiam, sed exprimendo, & declarando differentiam antea inclusam in ratione communi entis, unde in hujusmodi contractione, ratio determinans includitur in ratione communi determinabili, & ratio communis in ratione determinante.

9. Dices quod rationalitas propriè contrahit rationem animalis; ergo etiam propriè contrahit ens. Prob. conseq. nam ens est de ratione animalis. Resp. tamen conc. antec. dist. conseq. ergo rationalitas propriè contrahit ens, ens determinatum ad animal, conc. conseq. ens absolutè sumptum, neg. conseq. cum enim ens

determinatum ad animal sit unicum, ac proinde extra conceptum differentiæ propriè contrahitur per eam, ens vero absolute sumptum, cum sit analogum, solum potest determinari per differentias, quas actu includit; ac proinde non propriè contrahitur; sed determinatur solum per majorem differentiarum expressionem.

10. Obijc. 3. & potest esse replica. Ens, & rationalitas distinguuntur penes excludens, & exclusum: ergo ens per rationalitatem verè, & rigurose contrahitur. Prob. aīs. Animal, & rationale distinguuntur penes excludens, & exclusum, quia dicunt habitudinem ad diversa connotata, scilicet ad sensationem, & discursum; sed ens, & rationale dicunt etiam habitudinem ad diversa connotata, nimirum ad existentiam, & discursum: ergo distinguuntur distinctione excludentis, & exclusi.

Resp. neg. aīs. ad cujus prob. diff. mai. Animal, & rationale distinguuntur penes excludens, & exclusum, quia dicunt habitudinem ad diversa connotata, quia præcise, neg. mai. quia, & quia habitudo ad unum connotatum, non est de conceptu habitudinis alterius, conc. mai. & sub eadem diff. min. neg. conseq. Animal namque, & rationale formaliter distinguuntur, quia habitudo ad discursum, non est de quid-

quidditate habitudinis ad *genitatem*; ens tamen, & rationale non distinguntur formaliter, quia de conceptu habitudinis *ad aiscusum* est habitudo ad *existentiam*, cum habitudo realis ad *discursum* formaliter sit vera, possibilis, & distincta à nihilo; ac subinde potens existeret, & ideo habitudo ad *discursum* includit formaliter ordinem ad *existentiam*.

11 Obijc. 4. Modus non est formaliter ipsa res, sed determinatio rei, ut constat ex ejus definitione; sed *perseitas*, quæ est differentia substantiae est modus entis: ergo non est formaliter ens, sed entis determinatio. Confirm. Perseitas non distinguitur per ens, sed per aliquid aliud, & super additum enti; sed hoc aliud, & super additum enti, non potest esse aliud, quam differentia entis: ergo differentia entis non est ens, sed aliquid aliud.

Resp. ad arg. dist. mai. Modus rei non est formaliter ipsa res, modus, qui tantum distinguitur are, ut *major expressio illius*, non est ipsa res, neg. mai. Modus, qui plusquam per modum expressionis distinguitur are, non est ipsa res, conc. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Perseitas namque præcisè, ut *major expressio entis*, distinguitur ab ente; nam cum sit vera, & possibilis, ut manet probatum, est etiam vere, & formaliter ens: ac proinde formaliter

me est ens, & si sit modus ipsius entis.

Ad confirm. vero Resp. dist. etiam mai. Perseitas, non distinguitur per ens, sed per aliquid aliud, & super additum enti, quo ad *explicitum*, conc. mai. quo ad *implicitum*, neg. mai. & in hoc sensu conc. min. neg. conseq. Est enim perfectas major explicatio entis præcisè, cum quo optimè compatitur eam non distingui formaliter ab ente; sicut *Animal rationale* est major hominis expressio; cum quo tamen compatitur illud, nec realiter, nec formaliter ab homine distinguiri. Sic pariter dicimus de perfectate, & de qualibet alia differentia entis, quod est quid superadditum, & distinctum ab ente, quantum ad explicitum; minimè vero quantum ad implicitum.

12 Obijc. 5. Quid quid est formaliter ens causatur à Deo; sed malitia peccati non causatur à Deo: ergo malitia peccati non est formaliter ens; & consequenter jam datur aliqua differentia, quam ens non transcendat, & quæ non sit formaliter ens. Resp. dist. mai. quidquid est formaliter ens causatur à Deo, quo ad expressiones non dicentes deformitatem, conc. mai. quo ad expressiones deformitatem dicentes, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod ex eo, quod malitia peccati sit formaliter ens, tantum convincitur, quod

quod causetur à Deo , ut entitas, ut libera , & ut vitalis ; quia in his expressionibus nulla relucet deformitas ; non tamen , quod causetur à Deo , quo ad expressionem malitiæ ; quia in ea deformitas explicata importatur , & Deus licet sit prima causa efficiendi , non tamen est prima causa deficiendi .

13. Ex dictis in toto hac quæstione infertur , quod , sicut ens absolute sumptum , licet pro expresso solum dicat *ens* , seu *esse* , pro implicito tamen dicit omnia inferiora , substantiam videlicet , & accidens , omnesque ejus differentias ; ita , & quælibet differentia entis , licet pro expresso solum dicat *esse per se* , vel in alio v. g. hoc est , *esse* substantiam , vel accidens ; pro implicito tamen semper includit *ens* . Proindeque ens semper differentias transcendit ; quia includitur in differentijs , & differentiæ è contra in ente includuntur : ita taliter , quod nec ens potest perfectè à differentijs præscindi , nec differentiæ perfectè ab ipso ente separari .

QUÆST. XV.

UTRUM ENS R E S P E C T U
omnium suorum inferiorum sit univocum , æquivocum , vel
analogum ?

*E*X dictis questione antecedenti , facilis est hujus du-

bij resolutio . Unde pro illius majori intelligentia solum est advertendum , quod ens prima sui divisione , dividitur in ens reale , & rationis . Ens reale subdividitur , in creatum , & increatum ; creatum sunt creature omnes ; ens vero increatum est solus Deus . Creatum dividitur in ens per se , & in alio ; ens per se est substantia ; ens in alio est quodlibet accidens . Quo supposito inquirimus ; an ens reale in communi sit univocum , æquivocum , vel analogum ad omnia sua inferiora ?

2 Ad quod dubium resolutorie dicendum est , quod ens non est univocum , nec æquivocum ad omnia sua inferiora , sed analogum . Hæc conclusio loquendo specialiter de ente respectu Dei , & creature est D. Tho. I. contr. gent. cap. 32. ubi sic loquitur : *Omne quod de pluribus univocè prædicatur , vel est genus , vel species , differentia , proprium , vel accidens , de Deo autem nihil prædicatur , ut genus , nec ut species , nec ut differentia , nec aliquid accidentale accidere potest : relinquitur ergo , quod nihil de Deo , & rebus alijs univocè prædicatur .* Et cum alias inter Deum , & creature das aliquam similitudinem , & proportionem , saltem causæ ad effectum , pluribus suæ doctrinæ locis affimet ; sentit manifeste Ang. Mag. quod ens saltim respectu Dei , & creature non est univocum , nec æquivocum , sed analogum .

3 Loquendo vero de ente respectu omnium inferiorum prob. nostra conclusio sic. Illa ratio in qua inferiora partim convenient, & partim differunt non est univoca, nec æquivoca, sed analogia; sed inferiora entis in ratione entis, partim convenient, & partim differunt: ergo ens respectu suorum inferiorum, non est univocum, nec æquivocum, sed analogum. Mai. constat ex differentiatione analogorum. Min. vero prob. dupliciter, et primo sic. Ens, ut constat ex quæst. antec. transcendent sua inferiora, et intime includitur, tam in genere, in quo convenient, quam in differentijs, quibus differunt; sed in quantum includitur in genere, est illis ratio conveniendi; et in quantum includitur in differentijs, quibus differunt, est illis ratio differendi: ergo inferiora entis in ratione entis, partim convenient, et partim differunt.

4 + 2. prob. eadem min. sic. In primis inferiora entis in ratione entis convenient; deinde differunt: ergo inferiora entis in ratione entis partim convenient, et partim differunt. Mai. constat; siquidem omnia inferiora entis sunt entia: ergo convenient in ente. Min. vero sic prob. Inferiora entis differunt per aliquid, alias minimè different: ergo differunt per ens. Patet conseq. quia aliquid, et ens convertuntur: ergo si inferiora entis differunt per aliquid, differunt per ens: et

go in ratione entis inferiora entis, partim convenient, et partim differunt: consequenterque talis ratio entis non est illis univoca, nec æquivoca, sed analogia.

5 Cont. prædictam conclus. Obijc. 1. Ens reale, et rationis, Deus, et creatura, substantia, et accidens, multominorem convenientiam inter se habent, quam canis marinus, et latrabilis; sed isti sunt purè æquivoci, et solum nomen habent commune: ergo à fortiori omnia prædicta inferiora entis erunt purè æquivoca.

Resp. ad hoc arg. dist. mai. minorem convenientiam habent, absolute, conc. mai. ut significantur per nomen, neg. mai. et conseq. Dicimus ergo, quod absolute loquendo majorem convenientiam habent canis marinus, et latrabilis, quam substantia, et accidens Deus, et creatura; quia possunt in multis rationibus univocè convenire, v. g. in ratione corporis, viventis, et animalis: attamen, ut significantur per nomen canis, minorem, immo nullam dicunt convenientiam, nisi in nomine; quia significantur secundum suas rationes particulares, in quibus omnino differunt: at ens reale, et rationis, ut significantur hoc nomine ens, Deus, et creatura, ut significantur hoc nomine ens reale, et denique substantia, et accidens, ut significantur hoc nomine ens creatum, aliquam convenientiam dicunt.

licet analogam: ac proinde licet *tanis* sit pure æquivocus ad canem marinum, & latrabilem: ens tamen respectu suorum inferiorum æquivocum non est, sed analogum.

6 + Obijc. 2. Secundum Phil. 10. Metaph. cap. ult. *Eterno, & temporali nihil est commune præter nomen;* sed Deus est aeternus, & creatura temporalis: ergo illis nihil est commune præter nomen: & consequenter quid quid de illis dicitur est pure æquivoca, & non analogum.

+ Resp. cum D. Tho. quest. 7. de potentia ar. 7. ad 1. Explicando Philosophum, aeterno, & temporali nihil est commune præter nomen naturaliter, & à parte rei, conc. mai. intentionaliter, & per intellectum, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Verum namque est (inquit D. Tho.) quod aeterno, & temporali nihil est commune naturaliter à parte rei præter nomen; ceterum intentionaliter, & per intellectum potest abstrahi aliqua ratio communis, v. g. ratio entis, in qua convenienter aeternum, & temporale, Deus, & creatura, non univocè, sed analogice.

7 + Obijc. 3. Inter Deum, & creaturam nulla prorsus est similitudo: ergo solum æquivocè possunt convenire. Conseq. patet, siquidem illa, quæ nullam habent similitudinem, solum possunt in nomine convenire. Ans. vero sic prob. inter Deum, & creaturas est infinita distantia,

utpote inter finitum, & infinitum; sed distantia tollit similitudinem: ergo infinita distantia tollit omnimodam similitudinem.

+ Resp. neg. ans. ad cuius prob. conc. mai. dist. min. distantia tollit similitudinem univocam, conc. min. analogam, neg. min. & conf. Dicimus ergo, quod distantia minuit similitudinem univocam; quia, quæ inter se distant, aliquam diversitatem admittunt; ac proinde non possunt omnino convenire; nulla tamen distantia tollit similitudinem proportionalem; hæc enim salvatur cum qualibet imitatione, quantumvis imperfecta; cumque creaturæ imitantur, licet imperfectè, entitatem Dei, & distantia inter Deum, & creaturas non sit maxima, quæ absolute potest dari; magis enim distat ens à non ente, seu ens reale ab ente rationis, quam Deus à creatura; hinc est, quod inter Deum, & creaturas semper manet convenientia proportionalis, & analogia.

8 + Obijc. 4. ab opposito. Deus, & creatura sunt ejusdem rationis in ratione entis: ergo in ratione entis univocè convenientiunt. Prob. ans. Mensura, & mensuratum sunt ejusdem rationis; sed Deus est mensura omnium creaturarum in ratione entis: ergo Deus, & creatura sunt ejusdem rationis in ratione entis. Mai. constat; siquidem mensura debet adæquari cum mensurato. Min. vero sic prob. Deus est primum in genere entis; sed illud, quod est primum in

aliquo genere est mensura ceterorum: ergo,

Reip. ad hoc arg. neg. aīs. ad cuius prob. dist. mai. Mensura, & mensuratum sunt ejusdem rationis, mensura homogenea, & adæquata, conc. mai. mensura ætherogena, & excedens, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod quamvis mensura homogenea, & quantitativa, debeat adæquari cum mensurato, & esse ejusdem rationis cum illo; mensura tamen ætherogenia, & excedens non petit, nec potest adæquari cum mensurato; cumque Deus respectu creaturarum sit mensura ætherogenia, & excludens; inde fit, quod Deus non sit ejusdem rationis in ratione entis cū creaturis.

9 Obijc. 5. Deus est causa univoca creaturarum in ratione entis: ergo ens univocè dicitur de Deo, & creaturis. Conseq. patet, siquidem causa univoca, & ejus effectus univocè convenient. Aīs. vero sic prob. Illa est causa univoca, quæ perfectè assimilat sibi effectum; sed Deus perfectè assimilat sibi effectus: ergo est causa univoca. Prob. min. Omnis causa intendit assimilare sibi effectum; sed Deus est causa perfectissima: ergo perfectissimè assimilat sibi effectum.

Reip. dist. mai. ultimi cursus, omnis causa intendit assimilare sibi effectum; causa particularis, & univoca, conc. mai. causa universalis, & equivoca,

neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod licet causa particularis, & univoca assimilat perfectè sibi effectum, quia ista producit effectus ejusdem rationis: causa tamen universalis, & equivoca non intendit, nec potest perfectè assimilare sibi effectum, quia ista semper producit effectus, vel effectum diversæ rationis; cumque Deus sit causa universalissima, non potest intendere perfectè assimilare sibi effectus creatos; quia Deus est illimitatus, & continens omnem rationem entis: & effectus quilibet, eo quod effectus sit, debet esse quid limitatum, & non continet omnem rationem entis.

10. Obijc. ultimo. Diversitas orta ex differentijs non obstat univocationi rationis communis; sed tota diversitas inter Deum, & creaturas oritur ex differentijs, nimirum ex conceptu finiti, & infiniti: ergo cum hujusmodi diversitate compatitur convenientia univoca in ratione communis entis. Confirm. Nihil potest cognosci, nisi per id, quod est ejusdem rationis cum illo; sed per essentiam Dei cognoscuntur creaturæ, & Deus ipse sic illas cognoscit: ergo Deus non diversæ, sed ejusdem rationis est cum creaturis.

Reip. ad arg. dist. mai. Diversitas orta ex differentijs, actu inclusi in ratione communis non obstat univocationi rationis co-

munis, neg. mai. orta ex differen-
tijs non actu inclusis in ratione cō-
muni, conc. mai. & sub eadem
dist. min. neg. conseq. Dicimus
ergo, quod differentiæ, quibus
Deus, & creaturæ distinguuntur
non sunt superadditæ enti,
sicut rationale, & irrationale ani-
mali; sed in illis intimè imbibit-
tur ratio entis, & illæ in ente,
quæ inclusio actualis tollit uni-
vocationem Logicam, cum fa-
ciat, quod ratio communis sit
partim eadem, & partim diver-
sa. Ad confirm. vero Resp. quod
quælibet res potest cognosci per
id, quod est ejusdem rationis,
vel per id, quod eminenter con-
tinet omnes perfectiones illius;
cumque Deus, & si non sit ejus-
dem rationis cum creaturis, con-
tineat tamen eminenter omnes
perfectiones illarum: hinc sit,
quod possit etiam ipse Deus illas
cognoscere per suam essentiam.

II Ex dictis inferatur, quod
etiam ens completem dicitur
analogice de Deo, & creature,
& de substantia, & accidenti;
quia licet ens completum non
transcendat differentias illorum;
datur tamen alia causa analogiæ,
videlicet inæqualis participatio,
& simul dependentia unius
ab alio in participanda
ratione communi
entis.
(*)



QUÆST. XVI.

QUALEM ANALOGIAM HA-
beat ens ad Deum, & creature,
& ad substantiam, &
accidens?

Supposito ex præcedēti. quæf-
tione, quod ens ad prædic-
ta inferiora non est univo-
cum, nec equivocum, sed ana-
logum, inquirimus modo; an sit
analogum analogia attributionis
præcise; an sola analogia proportionalitatis; an denique utraque
analogia? Pro cuius resp. adver-
tendum est, quod ens potest du-
pliciter sumi. Primo universaliter
pro eo, quod est quid pos-
sitivum contrapositum nihilo; &
prout sic intrinsecè reperitur in
Deo, & in creaturis, in substanci-
a, & accidenti, & sic est analogum
proportionalitatis propriæ.
2. potest sumi pro entitate per-
fectissima, & per essentiam; &
prout sic ratio entis intrinsecè re-
peritur in Deo, & extrinsecè in
creatulis, quæ comparative ad
divinam entitatem est nihil, jus-
ta illud Isaiae 40. *Omnis gentes qua-
si non sint sic sunt coram eo;* &
*quasi nihil, & innane reputata
sunt ei:* & idem dicendum de
substantia, & accidenti; si nam-
que ens creatum accipitur pro
entitate absolute, & contraposita
nihilo, intrinsecè reperitur in
utroque; si tamen accipiatur pro
entitate per se solum intrinsecè re-

peritur in substantia, & extrinsece in accidenti : et prout sic ens est analogum attributionis. Quo supposito.

2. Dico 1. *Ens non est solum analogum attributionis ad Deum, & creaturas, & ad substantiam, & accidens.* Hæc concl. est D. Tho. illam tenet expresse Cajetanus, & communiter Thomistæ: & prob. ratione sic. Si ens præcisè esset analogum attributionis ad Deum, & creaturas, & ad substantiam, & accidens, ratio entis sub nulla formalitate, & consideratione esset intrinsecè in creatura, & accidenti; sed ratio entis sub aliqua formalitate, & consideratione est necessario intrinsecè in creatura, & accidenti: ergo ens non est analogum ad Deum, & creaturas sola analogia attributionis. Mai. constat, siquidem in analogiæ attributionis, ut attributionis, ratio analogæ tantum reperitur intrinsecè in uno, & extrinsecè in alijs. Min. vero sic prob. Creatura, & accidens, ut pote analogata minus principalia attributionis, denominantur extrinsecè à ratione entis existente intrinsecè in principaliori analogiæ; sed talem denominacionem recipere non possent, si ratio entis nō esset intrinsecè in illis: ergo ratio entis sub aliqua formalitate, & consideratione est necessario intrinsecè in creatura, & accidenti. Prob. min. quod intrinsecè in se non est aliquid; & ens, nō est capax in se alicuius extrin-

sece denominationis: ergo ut aliquid denominetur extrinsecè ens ab entitate in altero existente, requiritur præsuppositivè, & materialiter quod illud sit sub aliqua formalitate, & consideratione intrinsecè ens: impossibile ergo est, quod ratio entis de aliquo dicatur analogice analogia attributionis, quin simul de illo analogia proportionalitatis dicatur.

3. Dico 2. *Ens ad Deum, & creaturas, & ad substantiam, & accidens, non solum est analogum, analogia proportionalitatis; sed etiam attributionis:* quod sic ostenditur. Licet creatura, & accidens, ut conclusione antecedenti diximus, denominentur entia à suis intrinsecis entitatibus, etiam creatura denominatur extrinsecè ens, & extrinsecè bona, ab entitate, & bonitate existente in Deo, & accidens ab entitate substantiæ: ergo creatura cum Deo, & accidens cum substantia analogatur etiam analogia attributionis. Prob. aīs. dupliciter, et 1. sic. Creatura in ratione entis dicit habitudinem formaliter, et quasi in actu signato ad Deum, et accidens ad substantiam: ergo denominatur creatura ens ab entitate Dei, et accidens ab entitate substantiæ. Conseq. patet, siquidem urina, et medicina ideo denominantur sana à sanitate existente in animali, quia dicunt respectum, et habitudinem formaliter, et quasi

in actu signato ad illam. An̄s. vero sic prob. Si creatura, et accidens non dicerent talem habitudinem, non oporteret (sicut oportet) in diffinitione exacta creature ingredi Deum, nec in diffinitione exacta accidentis ingredi substantiam: ergo creatura dicit formaliter, et quasi in actu signato respectum, et habitudinem ad Deū, et accidens ad substantiam: et consequenter ab illorum entitate extrinsecè denominantur.

4. 2. prob. principale an̄s. Quāvis creaturæ, et accidens materialiter, et sub aliqua ratione à suis proprijs intrinsecis entitatibus dicantur entia, et bona; formaliter tamen, et respectivè ad Deum, entitas, et bonitas creaturæ consideratur, ac si non esset: cum solus Deus dicatur esse justa illud Exodi: *Ego sum qui sum*; et solum Deus dicitur bonus, justa illud Lucæ 18. *Nemo bonus, nisi solus Deus*; et similiter potest dici, quod sola substantia dicitur simpliciter ens creatum, et bonum creatum: ergo sub aliqua ratione creatura denominatur extrinsecè ens, et bona ab entitate, et bonitate Dei, et accidens à bonitate, et entitate substantiae. Relinquitur ergo, quod ens ad Deum, & creaturas, & ad substantiam, & accidens non est analogum attributionis solum, nec solum proportionalitatis; sed esse analogum utraque analogia, attributionis videlicet, & proportionalitatis. Argumenta, quæ

contra suprapositas conclusiones possunt obijci; jam sunt proposita quæst. 7. præcedenti, & soluta: unde, ne inutiliter dicta repetamus, ibi possunt videri.

QUÆST. XVII.

UTRUM DETUR UNUS CONCEPTUS ENTIS OMNINO PRÆCISUS AB INFERIORIBUS?

SCOTUS CUM ALIJS, QUI ENI-
VOCUM ESSE AFFIRMANT AD
DEUM, & CREARURAS, AD
SUBSTANTIAM, & ACCIDENS; CON-
SEQUENTER TENENT DARI CONCEP-
TUM OBJECTIVUM ENTIS PERFECTE
PRÆCISUM A SUIS INFERIORIBUS; ITA
UT NULLATENUS IN ACTU INFERIORA
INCLUDAT: LICET OPPONITUM MAGIS
COMMUNIRER A DISCIPULIS D. THO.
TENEATUR.. PRO HUJUS TAMEN DU-
BIJ, CLARIORI, & FACILIORI RESOLU-
TIONE, EST MAXIME ADVERTENDUM,
QUOD PRÆCISIO EST DUPLEX, PERFE-
CTA VIDELICET, & IMPERFECTA. PRÆ-
CISIO PERFECTA EST, QUANDO RATIO
COMMUNIS, NEC EXPLICAT INFERIO-
RA, NEC IMPLICITE ACTU CONTINET
ILLA. SIC ANIMAL PRÆSCINDITUR A
SUIS DIFFERENTIJS, QMIA FACTA PRÆ-
CISIO, NEC EXPLICAT RATIONALE,
VEL IRRATIONALE, NEC ACTU IM-
PLICITE CONTINETILLAS. PRÆCISIO
VERO IMPERFECTA EST, QUANDO
RATIO COMMUNIS ABSTRAC-
TA AB INFERIORIBUS, INFERIO-

ra non explicat, actu tamen implicite continet illa; ita taliter, quod quando ratio communis cognoscitur explicitè, simul cognoscuntur ejus inferiora implicitè.

2 Secundò supponendum est tanquam certum, quod ratio communis entis præscindit imperfètè à suis inferioribus, quod sic ostenditur. Ens imperfectè præscindi à suis inferioribus est inferiora in suo conceptu non explicare, quamvis actu implicitè illa contineat; sed quando cognoscitur ratio entis in illo conceptu explicito, non explicantur inferiora, quamvis ibi sint actu implicitè: ergo datur conceptus entis imperfectè præcisus à suis inferioribus. Prob. min. Illa ratio communis entis sic abstracta tantum explicit illud, quod explicitè significatur per hoc nomen *ens*; sed hoc nomen *ens* tantum significat expresse esse, non vero inferiora: videlicet Deū, & creaturam, substantiam, vel accidens, ut est compertum: ergo.

3 2. prob. hoc idem aliquibus experientijs. Viso aliquo obiecto à longe cognoscimus certissime de illo, quod est ens; & tamen non cognoscimus, an sit homo, vel equus, substantia, vel accidens, certissime, usque dum ad illud accedimus: ergo potest cognosci ens expresse, quin cognoscantur expresse ejus inferiora. Similiter erit casus, clare cognoscit, quod illud, quod appa-

ret in Sacramento Eucharistiae est ens; & tamen, an sit substantia, vel accidens clare non cognoscit, sed dubitat: ergo ratio communis entis potest clare, & explicitè cognosci absque eo, quod ejus inferiora clare, & explicitè cognoscantur; quod est imperfectè à suis inferioribus præscindi. Quo supposito difficultas est, an etiam possit à suis inferioribus perfectè præscindi? Pro cuius resolutione.

4 Dico: *Quod ens non potest perfectè à suis inferioribus præscindi.* Prob. 1. concl. authoritate D. Tho. quæst. unic. de verit. ar. 2. ubi sic loquitur: *Enti non potest addi aliquid, quasi extranea natura, per modum, quo differentia additur generi, vel accidens subiecto;* sed si ens præscinderet perfectè à suis differentijs, aliquid possit illi addi extraneum, rigu-rosa addictione, sicut differentia rationalis additur animali: nimis differentiæ, quas exclude-ret: ergo ens iusta Ang. Mag. non potest perfectè præscindi ab inferioribus suis.

5 Prob. 2. concl. ratione fundamentali à priori. Prædicatum perfectè præcicum ab inferioribus non manet inclusum in illis; sed ens quantumcumque præscindatur omnimodo possibili, semper in inferioribus manet inclusum: ergo non potest perfectè ab illis præscindi. Mai. constat ex primo notabili. Min. vero sic prob. Quantumcumque præciciatur
ens

ens ab inferioribus , semper inferiora manent entia : ergo semper ens in in et inclusum in illis. Prob. āns. Facta præcisione entis , vel ex parte termini à quā manet aliquid , vel nihil ; si nihil , non datur præcisio ; cum hæc sit essentialiter unius ab alio separatio ; si vero manet aliquid , manet ens : ergo quantumcumque ens præcindatur , semper inferiora entis manent entia : ergo ens nunquam perfectè ab illis præscinditur .

Dices , quod facta præcisione inferiora entis manent entia secundum rationem particularem entis , non tamen secundum rationem communem . Sed contra hoc sic insurgo . Facta præcisione justa contrarios , inferiora entis manent entia secundum rationem particularem entis : ergo etiam manent entia secundum rationem communem . Prob. āns. Ratio communis entis est de essentia rationis particularis : ergo si inferiora entis manent entia secundum rationem particularem entis , etiam manent entia secundum rationem communem . Prob. āns. Ratio communis entis prædicatur essentialiter de quocumque ente , & essentia in particulari , cum istæ prædicationes sint veræ , & essentiales : entitas particularis est ens : differentia hæc particularis est ens : ergo ratio communis entis est de essentia rationis particularis ; ac proinde , si facta præcisione inferiora entis manent entia secun-

dum rationem particularem , etiā ratio communis entis manet in illis .

6. 3. prob. nostr. concl. Si ens perfectè præscinderet ab inferioribus esset univocum ad illa ; hoc falsum est : ergo & quod ens possit perfectè ab inferioribus præscindi . Min. ex dictis quæst. anteced. constat . Mai. vero sic prob. Si ens perfectè præscinderet ab inferioribus , non includeret acta aliquam diversitatem in suo conceptu formalis : ergo esset prædicatum univocum . Prob. āns. Tunc casus præscinderet perfectè , & pro implicito à differentijs ; sed differentiæ sunt principium diversitatis : ergo si ens præscinderet perfectè à differentijs , nullam includeret diversitatem ; & consequenter esset univocum ad illa .

7. Dices cum contrarijs , quod & si ens præscinderet perfectè à suis differentijs , non esset adhuc univocum ad illa ; quia licet acti non includeret diversitatem , includeret tamen illam virtualiter , & ex aliâ ; quia ex gerer descendere ad inferiora inæqualiter , quod sufficit , ut non esset prædicatum univocum .

Sed c. ut. hoc effugium sic insurges . 1. implicat , quod ratio entis sit omnino eadem nullam actu includens diversitatem , & non sit univoca : ergo solutio contrariorum est nulla . Prob. āns. Eo ipso , quod talis ratio sit , sic omnino eadem , necessario debet

bet illi convenire diffinitio univorum : ergo necessario talis ratio est univoca. 2. Exigentia in aliqua ratione communi , ut participetur inæqualiter , non tollit univocationem : ergo , & si talis ratio entis perfectè præcisa exigeret inæqualiter ad sua inferiora descendere , si nullam actu includit diversitatem , esset univoca. Prob. añs. ratio animalis exigit descendere inæqualiter ad sua inferiora , v. g. ad hominem , & equum ; & tamen ratio animalis est univoca : ergo exigentia in aliqua ratione communi , ut participetur inæqualiter , non tollit univocationem.

8 + Nec valet dicere , quod exigentia inæqualis participationis in animali , provenit ex rationibus particularibus ; & ideo non tollit univocationem rationis communis : exigentia tamen entis provenit à ratione communi entis , quod quidem obstat univocationi. Non quidem valet , quia exigentia inæqualis participationis in ente , non provenit ex ratione communi entis , sed ex rationibus particularibus : ergo si hæc exigentia non tollit univocationem in animali , nec illam tollit in ente. Prob. añs. diversitas virtualis , & tantum exactiva in ente , non provenit ab eo , quod actu includit : alias talis diversitas non virtualis , & potentialis esset , sed actualis ; sed quod ratio entis continet impotentia , sunt ejus inferiora : ergo exigentia

inæqualis participationis in ente , non provenit ex ratione communi entis , sed ex rationibus particularibus : consequenterque , si hæc exigentia univocationem non tollit , ens esset univocum , si perfectè præscinderetur.

9 Obijc. I. Inferiora entis non sunt de essentia entis : ergo ens potest ab illis perfectè præscindi. Prob. añs. si accidens v. g. esset de essentia entis , quando ens prædicatur de substantia , etiam accidens prædicaretur de illa ; sed accidens non potest de substantia prædicari : ergo inferiora entis non sunt de essentia entis. Min. constat , siquidem hæc prædicatio est falsa , substantia est accidens. Mai. vero sic prob. Quid quid est de essentia alicujus prædicati , prædicatur essentialiter de omni illo , de quo tale prædicatum dicitur , iusta regulam ante prædicamentalem ; cum quipiam , &c. sed ens prædicatur essentialiter de substantia : ergo etiam prædicatur de illa , quid quid est de essentia entis : ergo si accidens esset de essentia entis , accidens de substantia prædicaretur ; & consequenter hac prædicatio , substantia est ens , equivaleret huic : substantia est substantia , & accidens.

Resp. neg. añs. & ad ejus prob. neg. sequelam , vel ad cuius prob. dist. añs. Quid quid est de essentia alicujus prædicati prædicatur etiam de omni illo , de quo

tale prædicatum dicitur, si tale prædicatum enuntietur adæquatè de subjecto, conc. mai. si tantum enuntitur, inadæquatè, neg. mai. & dist. min. sed ens enuntiatur essentialiter de substantia, ens adæquatè sumptum, neg. min. inadæquatè sumptum; conc. min. & neg. conseq. Dicimus ergo, quod quamvis accidens sit de essentia entis, quantum ad implicitum, non tamen explicatur; sed tantum per hoc nomen ens exprimitur esse, in quo omnia inferiora proportionabiliter convenient; cumque ens solum prædicetur de substantia, secundum implicitum inadæquatum; hinc est, quod de illa non prædicatur accidens, nec est idem dicere: substantia est ens, ac dicere: substantia est substantia, & accidens. Regula autem ante prædicamentalis intelligitur, de prædicatis univocis, quæ adæquatè, & secundum omnem conceptum prædicantur de subjecto; non vero intelligitur de prædicatis analogis, quæ licet secundum expressum adæquatè prædicentur de subjecto, secundum implicitum solum inadæquate de illo enuntiantur.

10 + Sed contr. istam solutionem replicabis. Sed ens non prædicatur de substantia secundum implicitum inadæquatè sumptum; ergo solutio est nulla. Prob. min. sub sumpta. Si ens prædicaretur de substantia secundum implicitum inadæquatè sumptum, nimirum secundum, quod dicit esse per se: hæc prædicatio esset iden-

tica: substantia est ens, & equalis de æquali; sed hoc falsum est: ergo ens non prædicatur de substantia secundum implicitum in adæquatè sumptum. Min. const. siquidem hæc prædicatio: substantia est ens, est prædicatio superioris de inferiori. Mai. vero sic prob. Tunc casus, idem esset dicere: substantia est ens, ac dicere: substantia est substantia: ergo tunc casus, hæc prædicatio: substantia est ens, non esset superioris de inferiori, sed identica, & æqualis adæquali.

+ Resp. tamen ad istam replic. neg. mi. sub sūptā: & ad ejus prob. neg. mai. quia hæc prædicatio: substantia est ens, licet ex parte rei prædicatae, sit æqualis de æquali, & consequenter identica; ex modo tamen significandi, & prædicandi, est prædicatio superioris de inferiori; quia ens quantum ad explicitum est superius ad substantiam, & distinctum ab illa.

11 + Obijc. 2. Ab omnibus habetibus convenientiam in aliqua ratione communī est præscindibilis perfectè talis ratio; sed omnia inferiora entis habent convenientiam in ratione communī entis: ergo ratio communis entis, potest ab illis perfectè præscindi.

+ Resp. ad hoc arg. dist. mai. Ab omnibus habetibus convenientiam, univocam, conc. mai. habentibus convenientiam, analogam, neg. mai. & dist. mi. sed omnia inferiora entis habent convenientiam in ratione communī entis analogam, conc. min. univocam, neg. min. & cons. Dicimus ergo, quod quāvis

inferiora entis habeant conveniētiam in ratione communi entis, non tamen convenientiū univocē, sed analogice; ideoque talis convenientia imperfecta est: consequenterque ens non potest ab illis perfectē præscindi; quia fundamentum perfectæ præcisionis, non est qualibet convenientia, sed tantum convenientia perfecta, & univoca.

12 Obijc. 3. Ideo ens non potest perfectē præscindi à suis inferioribus, quia hæc essent de essentia illius; sed inferiora entis non sunt de essentia entis: ergo potest ab illis perfectē præscindi. Prob. min. tripliciter, & i. sic. Posteriorius non est de essentia prioris; sed ens est prius differentijs: ergo. Prob. min. Id est prius altero, à quo non valet subsistendi consequentia, bene vero è contra; sed non valet ab ente ad inferiora v. g. est ens: ergo substantia, valet tamen vice verfa: ergo. 2. prob. eadem min. Membra dividentia nunquam sunt de essentia divisi; sed ens dividitur per sua inferiora, nimirum per substantiam, & accidens, Deum, & creaturas: ergo. 3. Prob. min. Nulla res potest constitui per differentias oppositas; sed inferiora entis sunt opposita: ergo de primo ad ultimum differentiae entis non sunt de essentia illius.

I esp. conc. mai. neg. min. & ad illius 1. prob. dist. mai. Posteriorius non est de essentia prioris, quod est prius, quoad explicitum,

& implicitum, conc. mai. quod est prius, solum quoad explicitum, neg. mai. & dist. min. sed cns est prius differentijs, quoad explicitum præcisè, conc. min. quoad implicitum, & explicitum, neg. min. & conseq. Dicimus enim, quod licet ens quoad explicitum sit prius, quam sua inferiora, non tamen est prius quoad implicitum; siquidem illa actu implicitè continet. & d hoc tamen, ut non sit bona consequentia ab ente ad sua inferiora sufficit, quod ens sit prius, quantum ad explicitum; sicut non valet ab individuo vago ad determinatum: est quidam homo: ergo est Petrus, etiam si individuum vagum non sit conceptus perfectē præcisus ab inferioribus, seu individuis determinatis.

¶ d. 2. prob. dist. mai. membra dividentia nunquam sunt de essentia divisi, in divisione univoca, conc. mai. in divisione analogia, neg. mai. & sub eadem. ¶ ist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod divisum analogum semper debet actualiter includere differentias inferiorum, taltem implicite, & inconsueto; cum ratio analogia semper sit partim eadem, & partim diversa, ad quod salvandum necessario requiritur inclusio actualis inferiorum; cuius oppositum in divisione univoca contingit ¶ ad 3. prob. Pariter dicimus, verum esse, quod si aliqua essentia est univoca constitui non potest per differentias op-

oppositas, aliæ non esset omnino eadem; bene tamen potest constitui per differentias oppositas ratio analogæ; quia hæc est solum proportionabiliter eadem.

13 Obijc 4. Conceptus formalis entis est simpliciter unus: ergo, & conceptus objectivus. Añs. constat, siquidem, quilibet conceptus formalis intellectus, cum non possit dari æquivocatio in mente, est univocus. Conseq vero sic prob. Unitas conceptus formalis sumitur ab unitate conceptus objectivi specificantis: ergo si conceptus formalis entis est simpliciter unus, etiam conceptus objectivus entis erit simpliciter unus.

Resp. conc antec dist. conseq. ergo conceptus objectivus erit simpliciter unus, in *specificando*, conc. conseq. in *essendo*, neg. conseq. Dicimus ergo, quod quamvis conceptus objectivus entis in *essendo* sit analogus, & partim idem, & partim diversus; in *specificando* tamen conceptum formalem est univocus, quia ad *specificandum* conceptum formalem, solum se habet de formalis conceptus explicitus entis: inferiora vero, quæ includit, solum se habent de materiali, in ordine ad conceptum formalem; cumque conceptus explicitus entis, nullam dicat diversitatem; inde fit, quod in ratione objecti specificantis conceptum formalem sit unus simpliciter. Et instantia arg. est in ipso eate, comparativè ad

Metaphysicam; ratio enim entis in communi in *essendo*, certum est, quod est analogæ, & tamen in *specificando* Metaphysicam non est analogæ, sed una simpliciter, quia ad istam rationem tantum se habet de formalis conceptus explicitus entis, in quo nulla diversitas relucet.

QUÆST. XVIII.

UTRUM ENS REALE CRETUM ad equatè dividatur in decem predicamenta?

Prädicamentum nihil aliud est, quam quedam artificiosa coordinatio generum, specierum, & individuorum, quæ sub eodem genere supremo continentur, importans de materiali naturas reales, & de formalis dispositionem rationis; unde prædicamentum sic communiter diffinitur: *est prædicatorum, seu prædicabilium coordinatio à primo genere usq; ad ultimum individuum,* i. g. prædicamentum substantiæ est dispositio, & ordinatio omnium prædicatorum de linea substantiæ; nam, quia de Petro prædicatur *homo*, de homine *animal*, de animali *vivens*, de viventi *mixtum*, de mixto *generabile*, de generabile *corpus*, & de corpore *substantia*, quæ est genus generalissimum; omnia hæc suo ordine prædicantur de Petro. Et hæc ordinatio, & dispositio dicitur prædicamentum.

+ Ex quo infertur, quod id, quod non est genus, nec sub genere continetur, non potest poni in prædicamento. Et hac ratione, *ens*, quia genus non est, utpote analogum, nec sub genere contentum; & etiam Deus, qui propter sui infinitatem sub nullo genere continetur, sed est supra omnia genera, recte excluduntur à prædicamento. Similiter ens rationis in prædicamento non collocatur; quia prædicamenta sunt genera entis realis, in quæ ipsum *ens reale* dividitur, sub quo ens rationis minime continetur. Nec collocantur in prædicamento res complexæ, quia hæc solent ad diversa genera, seu prædicamenta pertinere. Nec denique res incompletæ in prædicamento collocantur, quia in prædicamento solum collocantur res compleæ: videlicet genera, species, & individua. Requiritur ergo, ut aliquid possit in prædicamento collocari, quod sit ens reale, creatum, univocum, incomplexum, & complexum. Quo supposito inquirimus; an ens reale creatum adæquate dividatur in decem prædicamenta? Vel alijs terminis; an prædicamenta sint tantum decem?

3 Ad quam difficultatem cum nostro Sap. Mag. Soto affirmati ve respondeo: quod sic breviter prob. Prædicamenta sunt prædicata, que possunt dici de prima substantia, v. g. de Petro; sed hujusmodi prædicata sunt tantum decem: ergo, & prædicamenta.

Prob. min. Quidquid prædicatur de prima substantia, vel prædicatur essentialiter, vel accidentaliter; si prædicatur essentialiter est substantia: si accidentaliter, vel ut quid intrinsecum substantię, vel ut quid extrinsecum; si ut intrinsecum, & est relativum, erit relatio: si absolutum, si sequitur ad materiam est quantitas; si ad formam est qualitas. Si vero id, quod prædicatur de prima substantia est quid absolutum presumptum ab extrinseco; vel est ornamentum substantię, & est habitus; vel principium, & est actio; vel terminus actionis, & est passio; vel mensura durationis, & est quando; vel mensura substantię, quoad existentiam ejus in loco absolute, & non attento ordine partium, & est ubi: si vero ordo partium in loco attendatur, est situs; sed nihil aliud potest de prima substantia prædicari: ergo tantum sunt decem prædicata, que de 1. substantia possunt enuntiari: ergo, & decem tantum sunt prædicamenta: videlicet substantia, relatio, quantitas, qualitas, habitus, actio, passio, quando, ubi, & situs. De quibus in sequenti libro, suo ordine, est agendum.

4 Contra prædictam divisionem solum potest objici, quod melius fieret per pauciora membra, videlicet per substantiam, & accidens; vel saltim per substantiam, & accidens relativum, & absolutum: ergo supra posita divisione non est bona, & adæquata.

Con-

+ Confirm. Differentię tam substantiales, quam accidentalēs, & etiam punctū, quod est principium quantitatis, sunt entia realia creata; & tamen hęc non ponuntur in aliquo prædicamento ex assignatis: ergo aliud prædicamentum debet dari.

Resp. ad arg. neg. ans. Licet namque omnia accidentia convenient in ratione accidentis, & accidentia absoluta in ratione accidentis absoluti; non tamen convenient in hoc tanquam in ratione illis generica, sed tanquam in ratione illis analogā, & transcendentī; & ideo talis convenientia non tollit novem genera accidentium esse primo diversa, & quod

quodlibet accidens ex assignatis suum constitutat prædicamentum.

+ Ad confirm. Resp. dist. mai. Differentiae, & punctum sunt entia realia creata incompleta, conc. mai. completa, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod non quodlibet ens reale creatum collocatur in recta linea prædicamentali, sed solum hic collocatur ens creatum, & completum; cumque differentiae, & punctum sint quid incompletum: hinc est, quod non collocantur in recta linea prædicamentali, sed ad latus ponuntur prædicamenti.

)(o)(

LI

LIBER SEPTIMUS

DE PRÆDICAMENTIS.

Explicatis jam libro antecedenti, que ad notitiam prædicamentorum necessaria erant; restat modo agere de uno quoque illorum in particulari; & quia inter omnia prædicamenta principalem locum tenet substantia, prius de hoc prædicamento, quam de alijs, cum Philosopho est agendum.

CAPUT DE SUBSTANTIA.

QUÆST. I.

**QUID SIT SUBSTANTIA, ET
quod illius constitutivum?**

Pro hujus dubij intelligentia est notandum, quod substantia potest dupliciter sumi. Primo, prout est idem, ac essentia, vel quidditas alicujus rei, sive talis res sit accidens, sive substantia, & in hoc sensu non agimus in præsenti de illa; secundo modo potest sumi substantia, quatenus est ens per se subsistens, seu existens, & quatenus contraponitur accidenti, & prout sic sumpta dubium procedit de illa, & inquirimus, quo modo diffiniatur, & quod nam sit ejus prædicatum primarium, & constitutivum?

Substantia ergo in hoc sensu accepta, sic optimè communiter diffiniatur, est ens cui debetur esse

per se. Ex qua diffinitione clare constat, quod substantia rigurose sumpta tria dicit. Videlicet negationem essendi in alio, subflare, seu sustentare accidentia, & per se stare, seu existere; unde ortum habuit præsens dubium, quod nam ex his sit prædicatum constitutivum, & quod primo intelligitur in substantia? Pro cujus reolutione.

2 Dico 1. *Substantia non potest constitui per negationem essendi in alio.* Quod sic breviter prob. negatio non potest esse forma constitutiva alicujus positivi; sed substantia est ens positivum: ergo non potest constitui per negationem essendi in alio. Prob. mai. Forma negativa, seu negatio non potest dare esse positivum: ergo ens positivum non potest constitui per negationem. Prob. añs. Forma non potest communicare id, quod illi repugnat, & in se non continet, sicut *rationale* nequit præstare esse *irrationale*: ergo forma negativa nequit dare esse pos-

positivum : consequenterque si substantia est ens positivum , ut de facto est , nequit per negationem essendi in alio constitui .

3 Dico 2. *Substantia nequit constitui per substare accidentibus.* Quod sic ostenditur. Constitutivum cuiuslibet rei est , quod primo intelligitur in tali re , ut radix cæterorum ; sed quod primo intelligitur in substantia non est substare accidentibus : ergo substantia nequit constitui per substare accidentibus. Prob. min. dupl. & i. sic. Prius intelligitur in substantia , utpote quid absolutum , esse in ordine ad se , quam in ordine ad aliud ; sed quando intelligitur substare accidentibus , intelligitur in ordine ad aliud : ergo substare accidentibus non est , quod primo intelligitur in substantia. 2. prob. min. præcipitalis sic. Deus est vere , & propriæ substantia ; & tamen non substat accidentibus : ergo signum est , quod substare accidentibus non est constitutivum , nec id , quod primo intelligitur in substantia. Patet conseq. nam constitutivum substantiæ debet necessario omni substantiæ convenire .

3 Dico 3. *Substantia essentialiter constituitur per rationem entis , cui debetur esse per se.* Hæc conclusio prob. sic. Illud est constitutivum alicujus rei , quod primo intelligitur in tali re ; sed ratio entis , cui debetur esse per se , est , quod primo intelligitur in substantia : ergo substantia constitui-

tur per rationem entis , cui debetur esse per se. Prob. min. Si aliquid esset assignabile justa contrarios prius quam ratio entis , cui debetur esse per se , vel esset negatio essendi in alio ; ut aliqui dicunt , vel substare accidentibus , ut alij senserunt ; sed nullum ex his est , quod primo intelligitur in substantia , ut manet probatum : ergo quod primo in illa intelligitur est ratio entis , cui debetur esse per se.

Explicatur magis hæc ratio. Ens absolute constituitur per ordinem ad existendum : ergo ens tale , & determinatum debet constitui per taliter existere , modo sibi proprio ; sed modus proprius existendi substantiæ est existere per se : ergo debet constitui per exigentiam existendi per se. Patet conseq. Nam substantia debet constitui per exigentiam oppositam accidenti ; sed accidentis constituitur per exigentiam existendi in alio : ergo substantia debet constitui per exigentiam existendi per se .

4 Cont. nostr. concl. Obijc. 1. Constitutivum substantiæ nequit alijs à substantia convenire ; sed existere per se convenit alijs à substantia : ergo existere per se non est constitutivum substantiæ. Prob. min. Accidentia in Sacramento Eucharistiae existunt per se ; sed talia accidentia non sunt substantia : ergo existere per se convenit alijs à substantia .

Reip. conc. mai. neg. min.

&

& ad illius prob. dist. mai. Acciden-
tia in Sacramento Eucharistiae
existunt per se, per accidens, &
ab extrinseco, conc. mai. per se, &
ab intrinseco, neg. mai. & conc.
min. neg. conseq. Dicimus ergo,
quod quamvis quantitas, & alia
accidentia existant per se in Sa-
cramento, non convenit illis cō-
stitutivum substantiæ, quia substi-
tantiæ constitutivum non est exis-
tere per se, ut cumque, sed est
existere per se naturaliter, & ab
intrinseco; cumque Eucharistiae
accidentia solum existant per se,
per accidens, & ab extrinseco,
quatenus Deus miraculosè illa si-
ne subjecto conservat: hinc est,
quod illis constitutivum substi-
tia minime convenit.

5 Obijc. 2. cont. 2. conclus.
Substantia dicitur à substando:
ergo in hoc, quod est substare
alijs essentia, & constitutivum
substantiæ debet consistere. Con-
firm. Prima substantia juxta Philo-
sophū in hoc cap. est magis substi-
tancia, quam secunda; non alia
ratione nisi quia pluribus substata:
ergo essentia substantiæ in hoc
quod est substare alijs consistit.

Resp. ad arg. dist. aīs. Sub-
stantia dicitur à substando, tan-
quam id, à quo nomen imponitur,
conc. aīs. tanquam id, ad quod
significandum imponitur, neg. aīs.
& conseq. Dicimus ergo, quod
aliud est id, à quo nomen impo-
nitur; aliud vero id, ad quod sig-
nificandum imponitur. Hoc enim
nomē lapis impositum est à leden-

do pedem, non tamen significat
lesionem pedis, sed lapidem; sic
pariter dicimus, quod hoc nomen
substantia impositum est à substi-
ando alijs, minime tamen hoc signi-
ficat; sed ens quod per se stat, vel
ens cui debetur esse per se; ac
proinde hoc, & non substare alijs
erit substantiæ constitutivum. Ad
confirm. dicimus Aristotelem, lo-
eo citato, non intendere, quod
prime substantiæ, in ratione essen-
tiali substantiæ, sint magis substi-
tantiæ, quam secundæ; sed solum in
aliqua proprietate subsequuta;
scilicet in substando, quod per
prius convenit prime substantiæ,
quam secundæ, & quia prima plu-
ribus substat.

6 Objic. 3. Substantia consti-
tuitur per aliquid superadditum
enti; sed nihil positivum superad-
ditur enti: ergo substantia non
constituitur per positivum exis-
tendi per se, sed per negationem
essendi in alio. Prob. min. Omne
positivum est ens; sed ens non
superadditur enti: ergo nihil po-
sitivum superadditur enti.

Resp. ad hoc arg. dist. mai.
Substantia constituitur per ali-
quid superadditum enti, super-
additum, quod explicitum, conc.
mai. quoad implicitum, neg. mai.
& dist. min. sed nihil positivum
superadditur enti, quoad implici-
tum, conc. min. quoad explicitum,
neg. min. & conseq. Dicimus,
quod enti quoad implicitum nihil
potest addi: bene vero, quoad
explicitum, nempe esse per se,
quod

Quod est proprium substantiæ, & esse in alio, quod est proprium accidentis: unde sicut accidens constituitur per positivam exigentiam existendi in alio; ita substantia constituitur per positivam exigentiam existendi per se.

QUÆST. II.
QUALIS SIT DIVISIO SUBSTANTIAE IN 1. & 2. SUBSTANTIAM?

Substantia prædicamentalis completa, dividitur in primam, & secundam substantiam. Prima substantia est, quæ nec in subjecto est, nec de subjecto dicitur. V. g. Petrus, & omnia alia individua substantiæ. Petrus enim non est in subjecto, cum non sit accidens, nec de subjecto dicitur, cum nihil sub se contineat, de quo possit prædicari. Secunda vero substantia est, quæ in subjecto non est, de subjecto tamen dicitur v. g. species, & genera substantiæ, ut homo, & animal, quæ dicuntur 2. substantiæ; quia substantia secundo accidentibus ratione, videlicet, primæ substantiæ; ideo namque homo est albus, quia Petrus est albus. Ideoquæ prima substantia 1. dicitur, quia primo substata; & maxime substantia à Philosopho vocatur; quia pluribus substata, quam secunda; quia secunda substata accidentibus: prima vero substata accidentibus, & ipsi secundæ substantiæ. Quapropter prædicata, quæ magis accidunt ad primam substantiam, sunt

magis substantia; quia id, quod ad magis tale magis accedit, est maxime tale.

2. supponimus tanquam certum, quod, cum divisum hujus divisionis sit substantia realis quantum comprehendit omnem substantiam directe ponibilem in substantiæ prædicamento, haec divisione in primam, & secundam substantiam est bona, & adæquata. Et ratio est, quia omnis substantia directe ponibilis in prædicamento est genus intermedium, species, vel individuum; sed genera intermedia, & species sunt secundæ substantiæ, & individuum prima: ergo substantia directe ponibilis in prædicamento bené, & adequate dividitur in primam, & secundam substantiam. Quia tamen includitur virtualiter duplex divisione: scilicet substantiæ in substantiam, quæ primo substata accidentibus, & in substantiam quæ 2. substata, & divisio substantiæ in substantiam singularem, & universalē: ideo inquirimus; qualis utraque haec divisione sit?

3. Ad quod breviter dicendum est, quod prima divisio, est divisio subjecti in accidentia realia: & secunda est divisio subjecti in accidentia rationis. Et ratio primæ partis est, quia prima divisio est divisio substantiæ per diversos modos substandi, vel substantandi accidentia; sed iste modus diversus substadi, vel substantandi accidentia realiter, & physicè convenit, tā primæ, quæ secundæ substantiæ, per se primo pri-

substantiæ, & per se 2. substantiæ; nam ideo homo est albus, quia Petrus est albus: ergo prima divisio virtualiter in nostra divisione contenta, est divisio subjecti in accidentia realia. Ratio vero secundæ partis nostræ conclus. est, quia 2. divisio est divisio substantiæ in accidentia rationis: ergo est divisio subjecti in accidentia rationis. Pr. ans. Secunda divisio est divisio substantiæ in particularem, & universalem; hoc est in substantiam, quæ potest dici de subjecto, & in substantiam, quæ non potest de subjecto prædicari; sed dici de subjecto, vel non dici convenit substantiæ secundo intentionaliter, in quantum subiectibilis, videlicet, vel prædictabilis: ergo divisio 2. in principali divisione virtualiter contenta, est divisio subjecti in accidentia rationis.

4. Contr. prædictam tamen divisionem Obijc. 1. In hac divisione divisum continetur sub uno ex membris dividentibus: ergo non est bona divisio. Prob. ans. Divisum hujus divisionis est substantia incomuni; sed hæc, cum sit genus, est secunda substantia: ergo divisum hujus divisionis continetur sub uno ex membris dividentibus.

Resp. dist. ans. Divisum hujus divisionis continetur sub uno ex membris dividentibus, ut quod, accidentaliter, & denominative, conc. ans. essentialiter, & ut quo, neg. ans. & conseq. Dicimus er-

go, quod divisum hujus divisionis essentialiter consideratum non est secunda substantia; quia prout sic abstrahit à prima, & secunda substantia; unde tantum est secunda substantia accidentaliter, & denominative; quatenus denominatur à 2. intentione universalis. Quod autem divisum continetur accidentaliter sub aliquo ex membris dividentibus nullum est inconveniens; ut diximus agentes de divisione universalis in quinque prædicabilia.

5. Obijc. 2. In hac divisione membra dividentia non opponuntur formaliter: ergo non est bona divisio. Prob. ans. Secunda substantia verè affirmatur, & prædicatur de prima: ergo membra hujus divisionis non opponuntur formaliter. Prob. ans. Hæc est vera prædicatio: Petrus est homo: ergo secunda substantia verè affirmat, & prædicatur de prima.

Resp. ad hoc arg. neg. ans. ad cuius prob. dist. ans. Secunda substantia verè prædicatur de prima materialiter, & pro substrato, conc. ans. formaliter, neg. ans. & conseq. Dicimus ergo, quod quamvis secunda substantia materialiter, & pro substrato prædicetur de prima; quia homo v. & qui est subiectum secundæ intentionis secundæ substantiæ prædicatur de Petro, sicut prædicatur genus de specie; formaliter tamen non prædicatur de illa, quia hæc prædicatio est falsa: prima substantia formaliter sumpta est se-

tunda substantia, sicut ista : *spes-*
cies formaliter est genus. Conse-
quenterque membra prædictæ di-
visionis formaliter opponuntur.

QUÆST. III.

UTRUM DIFFINITIONES I.

¶ 2. *Substantiae sint bonaæ*, & alia,
que in prima parte hujus capi-
tis afferit Philosophus,
sint vera?

IN prima parte hujus capitum in primis divisit Philosophus substantiam in primam, & secundam substantiam ; deinde illas diffinivit dicendo ; quod prima substâlia est : *que nec in subiecto est*, *nec de subiecto dicitur*, ut Petrus, & quod 2. substâlia est *que in subiecto non est de subiecto tamen dicitur*, *ut homo*. Et denique primam substantiam esse magis substantiam, quam 2. afferuit. Unde, & nos in hac quæstione duo inquirimus , primo , an diffinitiones 1. & 2. substantiaz sint rectè à Philosopho assignatae ? Secundo , an illa , quæ in prima parte hujus capitum afferuit sint vera ?

2. Ad primum ergo , quod inquirimus resolutorie dicendum est , diffinitiones 1. & 2. substantiaz esse à Philosopho rectè assignatas. Et ratio est , quia in illis ponitur id , in quo cum alijs conveniunt , & id , per quod differunt

ab alijs : ergo sunt optime assignatae. Prob. ahs. Per non esse in subiecto convenit prima substantia cum 2. substantia , & differt ab accidenti ; & per non dici de subiecto differt prima substantia à secunda , & etiam à substantijs in completis , quæ de subiecto discuntur. Similiter per id , quod dicitur in diffinitione secundæ substantiaz : videlicet , quod non sit in subiecto , convenit secunda substantia cum 1. & differt ab accidenti ; & denique per hoc , quod est dici de subiecto differt à prima substantia , & convenit eum accidenti : ergo in prædictis diffinitionibus ponitur id , in quo prima , & secunda substantia conveniunt cum alijs , & id , per quod differunt ab alijs : consequenterque sunt recte à Philosopho assignatae.

3. Ad secundum , quod inquirimus , breviter dicendum est , ea , quæ in prima parte hujus capitum afferuit Philosophus vera esse. Siquidem in 1. textu afferuit primam substantiam esse maxime substantiam , quatenus substâlia dicitur à substando , & species esse magis substâlias , quam genera : in 2. textu possuit differentiam inter secundas substârias , & universalia accidentium ; quod 2. substâlia prædicantur de suis inferioribus nomine , & ratione ; universalia vero accidentium , licet nomine de substâlia prædicentur , non tamen prædicantur de illa nomine , & ratione ; sed omnia ista verissi-

ma sunt: ergo quæ asseruit Philosophus in 1. part. hujus capituli vera sunt. Mai. const. ex textu, min. habet duas partes probandas, & quantum ad primam sic prob. Illa substantia est magis substantia, quatenus substantia dicitur à *substantando*, quæ magis substans; sed prima substantia magis substans, quæ secunda; cum non solum substet accidentibus; sed etiam substet ipsis 2. substantiæ: ergo, quod Philosophus in primo textu asseruit, est verum.

4. Quantum ad 2. partem prob. eadem minor sic. Prædicari solo nomine est, quod nomen prædictati dicatur de subjecto: prædicari vero ratione est, quod ratio, & diffinitio prædictati sit ratio, & diffinitio subjecti; sed 2. substantia nomine, & ratione prædicatur de prima; quia nomen v. g. *homo* dicitur de Petro, & ratio, & diffinitio hominis, est ratio, & diffinitio Petri: accidens vero v. g. *albus*, licet nomine prædicetur de substantia, non tamen ratione: cum diversa sit ratio, & diffinitio hominis, à ratione, & diffinitione *albi*: ergo etiam, quod Philosophus in 2. textu affirmavit est verum.

5. Cont. primum assertum Obijc. 1. Prima substantia non est diffinibilis: ergo male à Philosopho diffinitur. Prob. aīs. dupl. & 1. sic. De singularibus non est scientia, nec diffinitio; sed 1. substantia est singularis: ergo nequit diffiniri. 2. prob. idem aīs. ut ali-

quid possit diffiniri debet esse species; sed 1. substantia species non est; alias non esset prima, sed 2. substantia: ergo.

Resp. ad arg. dist. aīs. Prima substantia non est diffinibilis, prima substantia in particulari, conc. aīs. *incommuni*, neg. aīs. & conseq. Solutio pater ex dictis lib. 4. agentes de diffinitione individui. Licet namque prima substantia in particulari, ut potè singularis, & corruptibilis, nequeat diffiniri; bene tamen ratio communis huic, & illi primæ substantiæ; & sic Philosophus in præsenti illam diffinivit. Ad 2. prob. antec. Resp. dist. mai. Quod diffinitur debet esse species, ut *quod*, conc. mai. ut *quo*, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Licet namque prima substantia, ut *quo*, & essentialiter non sit species, est tamen species, ut *quod*, & denominative, quatenus videlicet est communis huic, & illi primæ substantiæ; quod sufficit ut possit diffiniri.

6. Obijc. 2. Prima substantia est aliquid reale positivum: ergo male diffinitur per duas negationes dicendo; quæ nec in subjecto est, nec de subjecto dicitur. Confirm. Illæ duæ negationes convenient substantiæ secundum secum substantia secundum se, nec dicat esse in subjecto, nec dici de subjecto: ergo prædictæ negationes non sunt proprium distinctivum, & constitutivum primæ substantiæ.

Resp. ad arg. Quod licet per pre-

predictas negationes explicetur prima substantia; ut diximus, q.
1. illæ tamen non sunt constituti-
vum primæ substantiæ, sed mo-
du*s* specialis positivus singulariter
existendi, in quo talis utraque ne-
gatio fundatur: admodum quo,
quando dicimus, quod equus *est*
irrationalis, non intēdimus, quod
talis negatio sit prædicatum con-
stitutivum equi; cum equus sit
quid positivum, sed solum, quia
propria differentia positiva est
nobis occulta, ponimus negatio-
nem loco illius, solum quoad ex-
plicari. ¶ Ad confirm. Dicimus,
quod prædictæ duæ negationes, ut
ponuntur in diffinitione 1. sub-
stantiæ non convenient substantiæ
secundum se; quia in diffinitione
primæ substantiæ ponuntur, ut
fundantur in modo positivo sin-
gulariter existendi; & hoc modo
substantiæ secundum se nullaten-
nus convenient. Vel potest dici,
quod substantia secundum se, nec
dicit, nec excludit positivè esse
in subjecto, aut dici de subjecto,
sed mere negativè se habet; pri-
ma vero substantia positive ex-
cludit esse in subjecto, aut dici de
subjecto: & ideo prædictæ nega-
tiones, ut prima substantia illas
importat, non convenient substantiæ
secundum se.

7. Obijc. 3. Prima substantia
dicitur de subjecto: ergo secun-
da particula diffinitionis male po-
nitur. Prob. ans. 2. & 1. sic. Prima
substantia est individuum; sed in-
dividuum diffinitur à Philosopho,

quod sit id, quod de uno tantum
prædicatur: ergo jam 1. substantia
dicitur de subjecto. 2. prob. idem
ans. Licet prima substantia, quæ
est individuum determinatum, v.
g. Petrus tantum identicè prædi-
cetur de se ipso; prima tamē sub-
stantia, quæ est singulare demon-
strativum, ut *hic homo* non omni-
no identicè, sed formaliter dicitur
de aliquo: dicendo, *Petrus est*
hic homo; ergo.

Resp. tamen, quod quando
aliquid dicitur de subjecto, ut di-
ci de subjecto hic sumitur, non
est quomodocumque identicè, vel
formaliter dici de aliquo, sed est
dici de aliquo, ut sibi essentiali-
ter inferior: & hoc modo nulla
prima substantia dicitur de ali-
quo; quia nullum habet sibi es-
sentialiter inferius. Per quod pa-
tet solutio ad secundam prob. an-
tecedentis.

8. Contr. secundum assertum
Obijc. 4. Genera, & species sunt
propriæ primæ substantiæ: ergo
male dicimus appellari secundas
substantias. Prob. ans. Singularia
sunt corruptibilia, & species, &
genera sunt perpetua, & incor-
ruptibilia: ergo genera, & spe-
cies sunt proprie substantia, &
magis substantia, quam prima.

Resp. tamen dist. ult. conf.
ergo genera, & species sunt pro-
priæ substantia, & magis substanc-
tia, quam prima, sumpta substanc-
tia pro *quidditate*, & *essentia*, conc.
conseq. sumpta substantia à subs-
tante alijs, neg. consequentiam.

Dicimus, quod substantia potest duplicitate sumi, juxta Philosoph. 5. Metaph. textu 15. primo modo pro quidditate, & pro essentia rei substantialis: 2. modo pro substantia subsistenti, & quæ a ijs substat; si primo modo accipiatur, non est dubium, quod universalia possunt dici magis, & prius substantiae, quam singularia; in quo sensu dixit Phil. 8. Metaph. text. 2. quod genus, est magis substantia, quam species, & species, quam singulare; si tamen substâtia 2. modo accipiatur, singularia sunt magis substantia, quia pluribus substant, quam universalia.

9. Obijc. 5. Differentia, quam assignavit Arist. in 2. textu hujus capitatis, inter accidentia, & secundas substâtias est nulla: ergo non omnia, qua in hoc capite dicit vera sunt. Prob. a. ns. etiam accidentia, v. g. *album*, nomine, & ratione prædicantur de *hoc albo*, cum diffinitio albi sit diffinitio hujus albi: ergo prædicta differentia inter accidentia, & secundas substâtias assignata à Philosopho est nulla.

Nec valet dicere, quod Philosophus debet intelligi, quod 2. substâtiae nomine, & ratione prædicantur de substantia, quod minimè habent accidentia; licet de sibi inferioribus quidditatib[us] nomine, & ratione prædicentur, ut *album* de *hoc albo*, & *albedo* de *hac albedine*. Non inquam valet. Quia etiam accidentia prædicantur nomine, & ratione de substantia: ergo solutio est nulla. Prob. a. ns. cum album prædicatur de corpore, etiam diffinitio albi est diffinitio corporis, cum talis diffinitio de corpore prædicetur.

Resp. tamen solutione data, quæ optima est; & ad replicam dicimus, quod sicut album prædicatur solum denominativè de corpore; ita diffinitio albi, etiam denominativè de corpore prædicatur: nunquam tamen diffinitio albi est adæquata, vel inadæquata corporis diffinitio; quod requireretur, ut album nomine, & ratione prædicaretur de corpore. Secundæ vero substâtiae prædicantur nomine, & ratione de prima substantia, ut *homo* de *Petro*, quia diffinitio hominis est diffinitio adæquata Petri: & animal de homine, & etiam de *Petro*; quia licet Petrus aliiquid includat, præter hoc, quod dicit animal, diffinitio animalis est diffinitio, saltem inadæquata Petri.

QUÆST. IV.
UTRUM NON SOLUM SUBSTAN-
tia creata, sed etiam Deus ponan-
tur in hoc prædicamento?

SUPPONIMUS primo tanquam certum, omnem substâtiā creatam completam ponī directe in hoc prædicamento; quia omnis substantia creata completa, sive humana, sive Angelica est substantia composita saltem ex genere, & differentia;

cum

cum omnia , quæ in aliquo prædicamento collocantur , præter genus generalissimum , habeant convenientiam in ipso genere generalissimo , & aliæ habeant suam propriam differentiam , ut inter se distinguantur. Unde supposito , quod omnis substantia creata , & finita in prædicamento substantiæ ponitur , inquirimus ; an etiam Deus possit in hoc prædicamento collocari.

2 Secundo , ut æquæ certum supponimus , substantias creatas incompletas , ut sunt differentiæ , & partes substanciales , in directè , & reductive ponи in hoc substantiæ prædicamento ; quia ad illud limitantur , & directè non pertinent ad illud ; nam directè solum collocantur in prædicamento genera , species , & individua ; differentiæ vero ad latus ponuntur prædicamenti , & partes substanciales ratione totius ; quia non per se , sed ratione totius subsistunt.

3. 3. supponimus , Deum non posse ponи in prædicamento , ut genus generalissimum ; siquidem Deus non prædicatur de substantijs completis , quæ in hoc prædicamento collocantur ; & aliæ non sunt plures species Deorum , ut docet fides , de quibus possit prædicari : unde solum est difficultas ; an possit collocari in hoc prædicamento substantiæ , tanquam quid essentialiter contentum sub genere generalissimo , tanquam species , vel tanquam individuum ?

Quibus suppositis .

4 Dico : Deus non ponitur directè in prædicamento substantiæ . Hec conclusio est D. Tho. pluribus sue doctrinæ in locis , precipue i.p. q.3. art.5. prob. que ejus rationibus , & i. sic . Quidquid ponitur directè in prædicamento debet esse compositum ex genere , & differentia ; sed talis compositione Deo repugnat : ergo , & poni directè in prædicamento Mai. est certa ; siquidem quod directè ponitur in prædicamento , & non est genus generalissimum , est species , vel individuum ; sed species , & individuum ex genere , & differentia constant : ergo quidquid ponitur directè in prædicamento debet constare genere , & differentia . Min. vero principalis sic prob. Compositio ex genere , & differentia dicit in suo conceptu formalí imperfectionem ; sed omnis imperfectio est à Deo releganda : ergo compositio ex genere , & differentia Deo repugnat . Prob. mai. Compositio ex genere , & differentia est compositio ex potentia contrahibili , & ex actu contrahente : cum genus sit essentialiter potentia contrahibilis , & differentia actus contrahens ; sed compositio ex actu rigurose contrahente , & potentia rigurose contrahibili dicit imperfectionem : ergo & compositio ex genere , & differentia . Prob. mai. Compositio ex potentia contrahibili , & ex actu contrahente est compositio conceptuum mutuo

se excludentium per rationem; sed conceptus mutuo excludens alterum, cum quo identificabatur, dicit necessario imperfectionem objectivam; cum non includat perfectionem, quam excludit: ergo compositio ex potentia contrahibili, & ex actu contrahente dicit imperfectionem Deo repugnantem: ergo, & compositio ex genere, & differentia talem imperfectionem importat: ac proinde defectu illius repugnat Deo ponni in prædicamento.

5 Dices ad hanc efficacissimam rationem, quod quamvis Deo repugnet compositio, & potentialitas realis; non tamen repugnat illi compositio, & potentialitas rationis; & cum compositio, & potentialitas generis sit rationis: hinc sit, quod Deo compositio ex genere, & differentia non repugnat.

Sed cont. hoc effugium contrariorum sic insurges. Omne prædicatum divinum concipitur, ut actus purus: ergo adhuc per rationem non potest, ut potentialis concipi. Conseq. patet: quia de ratione actus puri est omnem potentialitatem excludere; alias actus purus non esset: aīs. vero sic prob. Omne prædicatum divinum concipitur à nobis cum omni illo, quod est de illius essentia; sed ratio actus puri de essentia cuiuscumque prædicti Domini: ergo omne prædicatum divinum concipitur, ut actus purus. Prob. min. ratio actus puri, infiniti, &c. suat

prædicata transcendentia attributa divina: ergo ratio actus puri est de essentia cuiuscumque prædicti divini.

Ulterius reiicitur prædicta solutio. Potentialitas generis, & si rationis, non se tenet præcisè ex parte intellectus cognoscentis, sed etiam ex parte naturæ, vel objecti cogniti; sed ex parte Dei repugnat talis potentialitas: ergo etiam repugnat illi potentialitas, & compositio rationis. Prob. mai. Ex parte illius se tenet potentialitas generis, quod verè actuatur per differentias, & de pluribus differentibus specie verè potest prædicari; sed non actus intellectus cognoscentis, sed objectum, vel natura cognita, actuatur verè per differentias, vereque potest de pluribus differentibus specie prædicari: ergo potentialitas generis, & si rationis, non se tenet præcisè ex parte intellectus, sed etiam ex parte naturæ, vel objecti cogniti. Prob. min. Natura animalis v. g. est, quæ verè actuatur per rationale, vel irrationale, verèque de homine, & equo prædicatur, non vero actus intellectus, quo animal cognosco: ergo.

6 2. prob. nostr. conclus. alia ratione D. Tho. Si Deus ponetur in prædicamento substantia conveniret univocè cum creaturis; sed hoc nequit dici: ergo nec, quod Deus in prædicamento collocetur. Mai. constat: siquidem omnia, quæ collocantur in eodem prædicamento univocè don-

veniunt in genere generalissimo. Min. vero sic prob. Deo, & creaturis nihil commune univocum potest assignari: ergo Deus, & creature non possunt univoce cōvenire. Prob. aīs. Deus est ens in actu per essentiam, creature vero sunt entia in potentia ad existendum; sed ab ente in potentia, & ab ente in actu, nequit abstracti ratio univocè communis: ergo. Prob. min. Ens in potentia est ens per attributionem ad ens in actu, dependet ab illo, & inæqualiter quamlibet rationem participat: ergo convenit analogicè cū ente in actu, & non univoce: ac proinde Deus, & creature nequeunt in eodem prædicamento collocari. ¶ Addimus ad hæc. Quod quidquid ponitur in prædicamento est finitum, & limitatum, cum claudatur terminis talis prædicamenti; sed Deus finitus, & limitatus non est: ergo nequit in prædicamento substantiæ collocari; quia ut inquit M. P. August. *Angusta est Demus prædicamenti, quæ tantum hospitem capiat.*

7 Contr. prædictam conclus. Obijc. 1. Justa D. August. lib. 5. de Trinit. cap. 9. *Quædam predicationa, substantia videlicet, relatio, & actio dicuntur proprie de Deo: reliqua vero tantum metaphoricè: ergo Deus ponitur in prædicamento substantiæ, relationis, & actionis. Patet conseq. Nam id, de quo genus generalissimū alicujus prædicamenti verè, & proprie dicitur, bene potest in tali prædicat-*

mento collocari: ergo si juxta D. August. prædicamenta substantiæ relationis, & actionis proprie dicuntur de Deo, bene potest Deus in illis collocari.

Resp. explicando D. August. quædam prædicamenta proprie dicuntur de Deo, proprie *analogicè*, conc. aīs. proprie *univocè*, neg. aīs. & conseq. Dicimus ergo, quod D. August. solum intendit, quod aliqua prædicamenta, qualia sunt in arg. numerata proprie dicantur de Deo, analogicè tamē analogia proportionalitatis propria; ad differentiam aliorum prædicamentorum, v. g. *quantitatis*, *Qualitatis*, quæ non proprie, sed metaphoricè dicuntur de Deo; unde ex verbis D. Aug. non convincitur Deum in aliquo prædicamento collocari; quia ad hoc non sufficit convenientia analoga, sed univoca convenientia requiritur.

8 Obijc. 2. Christus, ut infra dicemus, ponitur in prædicamento substantiæ: ergo etiam Deus. Prob. hæc cōseq. bene valet, *Christus ponitur in prædicamento substantia; sed Christus est Deus: ergo Christus ponitur in prædicamento: ergo, si per nos Christus in prædicamento ponitur, etiam Deus in illo collocatur.*

Resp. conc. antec. neg. cons. & ad illius prob. Dicimus, quod ille discursus non est legitima conseq. quia in illa variatur appellatio. Nam cum poni in prædicamento sit prædicatum secundæ intentionis *appellativum*, applicat

suum significatum formale ad significatum formale subjecti; unde in mai. appellat supra Christum, ratione naturae humanae, ratione cuius Christus in praedicamento ponitur; in consequenti vero L. ponit in praedicamento, appellat supra Deum, ratione naturae Divinae: & ideo est mala consequentia. Ut autem esset recta illatio debebat sic inferri: ergo Deus ponitur in praedicamento ratione naturae humanae assumptae; cumque sic non inferatur: inde fit esse malam consequentiam.

9 Obijc. 3. Deo non repugnat compositio ex genere, & differentia: ergo ex hoc capite non repugnat illi ponit in praedicamento. Prob. aſis. Deo non repugnat distinctio rationis cum fundamento in re: ergo nec repugnat illi compositio ex genere, & differentia. Aſis. est, certum: siquidem attributa Divina distinctione rationis cum fundamento in re distinguuntur. Conseq. vero sic prob. sicut Deus est summe simplex, ita est summe unus: ergo si ejus summae identitati non repugnat distinctio rationis cum fundamento in re, nec repugnabit ejus summae simplicitati compositio rationis ex genere, & differentia.

10 Resp. neg. aſis. & ad ejus prob. dist. aſis. Deo non repugnat distinctio rationis penes implicitum, & explicitum, conc. aſis. penes, excludens, & exclusum, neg. aſis. & conf. Dicimus ergo, quod in Deo tantum datur distinctio ra-

tionis penes implicitum, & explicitum, quatenus una perfectio Divina in suo conceptu essentiali non excludit aliam, sed illam pro implicito importat; nam quicumque perfectio Divina est simpliciter infinita, & actus purus; unde haec distinctio fundatur in eminentia Divisa, & in imperfectione intellectus creati, qui non potest unico conceptu exprimere omnem perfectionem essentialiunius attributi; ideoque multiplicando conceptus distinguit attributa Divina; & consequenter hec distinctio non opponitur identitati, & unitati Divinae, sed potius arguit infinitam perfectionem. At vero compositio rationis ex genere, & differentia petit necessario distinctionem rationis penes excludens, & exclusum; cumque haec distinctio compatibilis non sit cum ratione actus puri, quia potentialitatem importat: hinc fit, quod compositio ex genere, & differentia Deo omnino repugnet.

11 Obijc. 4. Ideo Deus non poneretur in praedicamento substantia, quia est summe actualis; sed hoc non obstat: ergo potest in praedicamento substantia collocari. Prob. min. Existencia creata omnimodo est actualis; & tamen in praedicamento substantia collocatur: ergo omnimoda actualitas non obstat, ut aliquid in praedicamento possit collocari.

Resp. conc. mai. neg. min. & ad ejus prob. neg. mai. Existencia namque creata non est omnino

actualis. Tum, quia licet excludat omnem compositionem physicam: habet tamen aliquem nodum compositionis metaphysicæ. Tum etiam, quia saltem dicit ordinem ad naturam, tanquam in qua recipitur, in qua limitatur; & ideo ponitur reductivè in prædicamento. Deus tamen non solum nō habet in se aliquam compositionem, sed ita est actus purus; ut nullius rei compositionem possit ingredi: ut ostendit Div. Tho. i. p. q. 3. ar. ult. nec in aliquo potest recipi, & ideo in nullo prædicamento potest collocari.

12 Obijc. ultim. Quidquid continetur sub genere supremo substantiæ ponitur in prædicamento substantiæ; sed Deus continetur sub genere supremo substantiæ: ergo ponitur in prædicamento substantiæ. Prob. min. Omne illud de quo prædicatur genus supremum substantiæ, continetur sub genere supremo substantiæ; sed de Deo prædicatur genus supremum substantiæ: ergo. Prob. ni. Genus supremum substantiæ sit ens per se subsistens; sed Deus verè, & proprie est ens per se subsistens: ergo.

Resp. ad hoc arg. dist. mai. ultimi discursus Genus supremum substantiæ est ens per se subsistens, *creatum*, & *finitum*, conc. mai. *increatum*, & *infinitum*, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod genus supremum substantiæ, sicut quodlibet aliud genus, est essentialiter

potentiale, & per se àibile, ac per consequens finitum, & limitatum; cumque ens per se existens finitum, & limitatum nequeat dici de Deo; hinc est, quod, nec genus generalissimum prædicamenti substantiæ, potest de illo prædictari.

13 Sed contr. hanc solut. repl. Genus supremum substantiæ non est substantia finita, & limitata; ergo solutio est nulla. Pr. aīs. Genus supremum substantiæ est substantia præscindens à finita, & infinita: ergo. Prob. aīs. Genus supremum substantiæ est substantia magis communis; sed substantia magis communis est præscindens à creata, & increata: ergo.

Resp. tamen dist. etiam mai. ultimi discursus Genus supremum substantiæ est substantia magis communis, & *univoca*, conc. mai. & *analogia*, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod genus quodlibet illud sit debet esse prædicatum univocum, & omnino unum; cumque substantia, ut præscindit à finita, & infinita, non sit univoca, sed analogia, ut patet ex supra dictis: hinc est, quod genus generalissimum substantiæ non potest esse substantia præscindens à finita, & infinita, sed est determinatè substantia finita, & limitata, sub qua Deus minime continetur.

14 Ex dictis in hac q. infertur 1. quod Deus nec reductive ponitur in prædicamento, quæ doctrina est expressa D. Tho. i. p. q. 3.

ar. 5. & prob. breviter sic. Reductivè poni in prædicamento libstantiè dicit imperfectionem: ergo propter eandem rationem, propter quam Deus non potest poni directè in prædicamento substantiè, nequit etiam reductivè in illa collocari. Prob. ans. Quod reductivè ponitur in prædicamento debet esse ens incompletum, per se ad ens completum ordinatum; sed hoc manifestam dicit imperfectionem: ergo & poni reductivè in prædicamento. Prob. mai. Quod ponitur reductivè in prædicamento reducitur ad illud, quod ponitur directe, indigetque consortio illius: ergo debet esse ens incompletum, & imperfectum, quod Deo omnino repugnat.

¶ 5 Nec obstat hujus resolutio-
ni, quod D. Tho. videtur opposi-
tum docere q. 7. de Potent. ar. 3.
his verbis: *Licet Deus non pertineat
ad genus substantiæ quasi in genere
contentus, potest tamen dici, quod
sit in genere substantiæ per reduc-
tionem: sicut principium, & sicut punc-
tum est in genere quantitatis conti-
nuæ, & unitas in genere quantitatis
discretæ.* ¶ Nō inquā obstat. Quia,
& si comparet Deum in ratione
principij ad punctionem, & unitatem,
cum discrimine tamen; quod illa
sunt principia unius tantum genera-
ris: Deus autem est quasi principium
universalissimum omnium
generum; & sic potius dicitur con-
tinere omnia genera, quam in ali-
quo illorum determinatè contine-
ri. Quæ doctrina, & disparitas pœ-

test videri in ipso D. Tho. in 1. dist.
8. q. 9. ar. 2. ad 3.

16 2. infertur ex dictis Chris-
tum Dominum poni in prædicamen-
to ratione naturæ humanæ; ita
quod natura humana sit ratio for-
malis, ut ponatur, & suppositum
mera conditio. Et quod ratione
naturæ humanæ ponatur sic ostendit-
ur. Id, de quo verè prædicatur
genus generalissimum prædicamen-
ti substantiæ, in prædicamento subs-
tantia collocatur; sed de Christo
ratione naturæ humanæ verè præ-
dicatur genus generalissimum subs-
tantiae: ergo. Prob. min. Genus ge-
neralissimum substantiæ est subst-
antia creata; sed substantia crea-
ta verè prædicatur de Christo ra-
tione naturæ humanæ, cum hæc
sit vera prædicatio: *Christus ratio-
ne naturæ humanae est substantia
creata;* ergo.

17 Advertendum est tamen,
quod licet hæc prædicatio: *Chris-
tus ponitur in prædicamento sub-
stantia,* sit absolutè vera; hæc ta-
men prædicatio: *Christus est crea-
tura,* non est vera absolute, sed
solum cum addito, scilicet *ratio-
ne naturæ humanae.* Et ratio dispa-
ritatis est, quia *poni in prædi-
camen-*, est prædicatum 2. inten-
tionis conveniens rebus, & non
vocabus, & ideo appellat, & ap-
plicat suum significatiū supra for-
male subjecti, quod est *natura hu-
mana.* At vero prædicatum *creatua*
non est prædicatum appellati-
vum, sed absolutum, indifferens
que covenire, etiam ratione sup-

positi , ratione cuius repugnat Christo esse creaturam. Quapropter hæc propositio : *Christus ponitur in prædicamento* , absolute est concedenda: hæc tamen: *Christus est creatura solum est concedenda cum addito* , scilicet , *ratione naturæ humanae* : ne cum hæreticis Arrianis nomen habeamus communem , ut inquit Ang. Mag. opusc. 7^a.

QUÆST. V.

QUÆ. SINT SUBSTANTIÆ proprietas? & an esse susceptivam contrariorum sit proprietas.
quarto modo
illius?

IN secunda parte hujus capituli sex assignat Aristoteles substantiæ proprietates. Quarum 1. est , quod substantia non est in subjecto ; quod de subjecto inhæsionis debet intelligi , & ex ejus diffinitione colligitur. Quapropter , licet anima sit in materia , non est inhæsiæ , sed informativæ : & partes substantiales sunt in toto non inhærendo , sed componendo. Et hæc proprietas convenit omni substantiæ , tam complete , quam incompleta , tam 1. quam 2.

2. 2. proprietas est , quod secundæ substantiæ prædicantur univocè de prima substantia , siquidem genus v. g. *animal* univocè

prædicatur de Petro. Unde omnia prædicta prædicamenti substantiæ , sive significant naturas completas , ut genera , & species , sive formas incompletas , ut differentie prædicantur nomine , & ratione de suis inferioribus ; & ideo omnia illa convenienter univocè. ¶ 3. proprietas est , quod prima substantia significat , hoc aliquid , secunda vero substantia significat , quale quid. Et ratio est , quia prædicatum se habet , ut forma respectu subjecti ; sed secunda substantia prædicatur de prima: ergo secundæ substantiæ significant quale quid.

3. 4. proprietas substantiæ est , quod substantiæ nihil est cōtrariū contrarietate propria , & stricta. Et ratio est ; quia contraria rigurosa sunt , quæ sub eodem genere maxime distant , & ab eodem subjecto mutuo se expellunt , ut dicitur in post prædicamentis : sicut album , & nigrum v. g. quæ in genere coloris maxime distant , & in eodem subjecto compati non possunt in gradibus intensis ; sed una substantia non potest expellere aliam à subjecto , cum substantia in subjecto non sit : ergo substantiæ nihil est contrarium.

4. Dices tamen contra hoc , quod elementa sunt substantiæ ; & tamen sunt contraria , cum ignis , & aqua contrariantur : ergo hæc quarta proprietas non est universaliter vera. ¶ Resp. tamen quod elementa non contrariantur ratione substantiæ , sed ratione qua-

qualitatis; habent namque qualitates contrarias, quia ignis est *calidus*, & *siccus*, & aqua est *frigida*, & *humida*; terra est *frigida*, & *sicca*; aer vero est *calidus*, & *humidus*; unde ratione istarum qualitatum contrariantur, & non ratione substantiarum.

5. proprietas est, quod substantia non suscipit magis, & minus; hoc est non potest augeri, aut minui intensivè, licet possit extensive; & ideo substantia non est intensibilis, nec remissibilis ratione sui; cum non sit in subjecto, in quo possit intendi, aut remitti; unde unus homo non est magis homo, quam alter; licet sit major illo extensivè. Et si dicas contra hanc proprietatem, quod animæ intellectivæ sunt substantiarum; & tamen suscipiunt magis, & minus in sua perfectione, & una est perfectior altera, ut docet Div. Tho. 1.p. q.85. ar.7. ergo. ¶ Respond. conc. premissis neg. conseq. Quia suscipere magis, & minus, ut in præsenti accipitur non est quod unum sit perfectus altero, sed quod idemmet possit intendi, aut remitti, ut patet in albedine, quæ intensibilis, & remissibilis est; unde quamvis una anima rationalis ex se, vel quia est in meliori corpore sit perfectior altera; eadem tamen anima non potest esse modo perfectior, postea imperfectior se ipsa; ac proinde, nec suscipere magis, & minus.

6. proprietas substantiarum est,

quod substantia est susceptiva contrariorum. Siquidem idem homo, modo est calidus, modo frigidus, modo sanus, modo ægrorius; hæc tamen proprietas rigurose loquendo tantum convenit substantiarum creatarum. Istæ sunt proprietates substantiarum à Philosopho assignatae, circa quas nulla se offert difficultas, aut argumentum, quod non possit ex dictis solvi; vel jam non maneat solutum. Unde solum est specialis difficultas inter Authores; an hæc sexta proprietas sit proprietas conveniens quarto modo substantiarum?

7. Unde ad secundum, quod in dubio principaliter inquirimus, deveniendo, affirmative respondeo, & dico, quod esse subjectum susceptivum contrariorum est proprietas conveniens quarto modo substantiarum. Quod sic breviter ostenditur. Proprium quarto modo est illud, quod convenit omni, soli, & semper; sed esse subjectum susceptivum contrariorum convenit omni, soli, & semper substantiarum: ergo esse subjectum susceptivum contrariorum est proprium quarti modo substantiarum. Prob. min. esse subjectum susceptivum contrariorum intelligitur non de subjecto quo, sed de subjecto quod substantiativo accidentiū; sed esse subjectum quod substantiativo accidentium convenit omni, soli, & semper substantiarum: ergo etiam esse subjectum susceptivum contrariorum convenit omni, soli, & semper substantiarum.

Obijc.

8 Obijc. 1. Si esse subjectum susceptivum contrariorum esset proprietas quarto modo substantia, primo, & per se conveniret substantiae in communi, & secundario individuis, seu primæ substantiæ; sed hoc est falsum: ergo & quod, esse subjectum susceptivum contrariorum, sit propriū quarto modo substantiæ. Mai. constat: siquidem proprietates, & propriæ passiones sic competunt. Min. vero sic prob. Prima substantia, v. g. *Petrus* non suscipit contraria, quia illa suscipit *homo*; sed potius è converso, ideo homo suscipit accidentia contraria, & substat illis; quia illis substat *Petrus*, seu prima substantia: ergo falsum est, quod esse subjectum susceptivum contrariorū primo, & per se conveniat substantiæ in communi, & secundario individuis, seu substantiæ.

Resp. dist. mai. esse subjectum susceptivum contrariorum, primo, & per se conveniret substantiæ in communi, *exactiæ*, conced. mai. suscipere *exercitè*, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Certum namque est, quod suscipere contraria in exercitio convenit homini, quia convenit Petro; esse tamen susceptivum contrariorum, seu aptitudo ad contraria suscipienda competit Petro, quia competit homini; & hoc secundum est proprium quarto modo substantiæ, non primum. Exemplum hujus doctrinæ est in *risibilitate*; *risibilitas* namque est

proprietas quarto modo hominis, quæ convenit Petro, quia convenit homini; exercitium tamen ridendi convenit homini, quia convenit Petro.

9 Obijc. 2. Esse susceptivum contrariorum non convenit omni substantiæ: ergo non est propriū quarto modo substantiæ. Prob. aūs. Deus, Angeli, & corpora cœlestia sunt vere, & proprietatiæ; & tamen, quia incorruptibiles sunt, non sunt susceptivæ contrariorum: ergo esse susceptivum contrariorum non convenit substantiæ.

Resp. ad hoc arg. quod hæc proprietas, ut illam assignando diximus, convenit soli substantiæ creatæ; unde non mirū, quod non conveniat Deo. Angeli vero, & corpora, cœlestia, licet non sint susceptiva contrariorum, quæ disponunt ad corruptionem, bene tamen aliorum contrariorum; nā Angelus potest suscipere *scientiæ*, & *errorem*, affectusque aliquos voluntatis contrarios; corpora etiam, cœlestia recipiunt aliqua contraria; ut *dextrum*, & *sinistrum*, motum naturalem, & violentum: omni ergo substantiæ creatæ convenit sexta proprietas supra assignata.

10 Obijc. 3. Suscipere contraria convenit alijs à substantia: ergo non convenit soli substantiæ. Prob. aūs. Eadem numero oratio transit de vera in falsam, v. g. ifta: *Petrus sedet*; nam Petro sedente, est vera, & illo non sedente, est

est falsa: similiter eadem met actio transit de bona in malam moraliter, ut si illa perseverante prohibetur; & denique quantitas recipit accideatia contraria: ergo fulciper contraria convenit alijs à substantia: ac proinde non potest esse proprium quarto modo substantiae.

Resp. neg. aīs. & ad 1. prob. Dicimus, quod in sententia, quod eadem num. oratio potest transire de vera in falso, tamen non recipit talia contraria, ut inquit Aristotel. in hoc capit. per sui intrinsecam mutationem; sed hoc solum fit per mutationem objecti, & per respectum ipsius orationis ad diversum objectum; cumque susceptivum contrariorum, ut est proprium substantiae debeat esse per realem mutationem ipsius susceptivi: hinc est, quod orationi non convenit sexta proprietas substantiae. Per quod patet solutio ad 2. prob. Si enim eadem actio transit de bona in malam moraliter, id non fit per realem mutationem ipsius actionis, sed præcise per novum respectum ad legem illam prohibentem.

Ad 3. prob. antec. Resp. dist. aīs. Quantitas recipit accidentia contraria, ut subjectum quo conc. aīs. ut subjectum quod, neg. aīs. & conseq. Dicimus ergo, quod esse subjectum quod susceptivum contrariorum ex se, & ex natura sua est proprium substantiae, & hoc modo nulli alij convenit, nam quantitas ex natura sua solum est

subjectum quo disponens substantian ad receptionem aliorum accidentium corporalium. Hoc etiā modo potentiae, v. g. intellectus, & voluntas, quae sunt accidentia realiter distincta à substantia, non recipiunt *ut quod* accidentia, actus videlicet: sed sunt principium, quo mediante in substantia recipiantur. Et denique quantitas in Eucharistia non ex natura sua, sed ex speciali modo per se existendi admodum substantiae ei divinitus communicato, est quasi susceptivum *quod* accidentium, & contrariorum. Et in hoc sensu explicandus est D. Tho. quando videatur oppositum nostræ conclusio- nis afflere. Et hæc de prædicamento substantiae.

CAPUT DE QUANTITATE.

QUÆST. VI.

*QUID SIT QUANTITAS? ET
qua ejus ratio formalis, vel
constitutive?*

Secundum prædicamentum in ordine est quantitas. Quæ duplex est, quantitas, videlicet, virtus, & qualitas molis. Quantitas virtutis nihil aliud est, quam *perfectio cuiuslibet rei*. In quo sensu dicitur in Psalmis de Deo: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis*. Hæc tamen non constituit hoc prædicamentum. Quantitas vero molis dupliciter à Philosopho diffinitur, in abstracto,

videlicet, & inconcreto; in abstracto sic: *est accidentis reale extensum partium substantiae in ordine ad se.* Inconcreto vero diffinitur ab ipso 15. Metaph. cap. 13. sic: *Quantum est divisibile in ea, quæ sunt, quorum utrumque utrumque, vel unum quodque, unum quid apud est esse:* ut quantitas vi palmaris, v. g. divisibilis est in duos palmos. Prima diffinitio essentialis est; 2. tamen descriptiva, sed optima; nam per *habere esse* convenit quantitas cum alijs praedicamentis; per illam particulam, *divisibile* differt à substantijs spiritualibus, quæ in partes divisibles non sunt. *In ea, quæ in sunt,* denotat, quod quantum est divisibile in partes, quæ sunt formaliter in illo, ad differentiam mixti, quod dividitur in elementa, quæ non sunt formaliter, sed tantum virtualiter in illo. Ultima particula denotat, quod quælibet pars quantitatis, divisa ab alia, est totum, & potest per se existere, ad differentiam divisionis compositi in materiam, & formam, quæ divisæ non possunt per se existere: ergo predicta diffinitio, & si descriptiva optima est.

2. Dices tamen contr. prædicatam diffinitionem, quod non convenit omni quanto: ergo non est recte assignata. Prob. aīs. non convenit cœlo, nec minimo naturali: ergo non convenit omni

quanto. Prob. aīs. si cœlum esset divisibile, esset corruptibile, & si minimum naturale divisibile esset, daretut aliqua pars minor minima; sed hoc est implicitorum: ergo predicta diffinitio non convenit cœlo, nec minimo naturali.

Resp. tamen neg. aīs. Talis enim diffinitio omni quanto convenit; nam quando in illa dicitur, quod quantum est *divisibile*, non debet intelligi de divisibilitate Physica, quæ sit per separationem realem unius partis ab altera, sed debet intelligi de divisibilitate Mathematica, & Logica; quatenus intellectus, data quacumque parte quantitatis, potest assignare aliam minorem, & unam ab alia dividere; & cum hujusmodi divisibilitas conveniat cœlo, & minimo naturali: hinc est, quod omni quanto convenit predicta quanti diffinitio.

3. Quo supposito circa diffinitionem, ut ad secundum, quod in dubio principaliter inquirimus respondeamus, est valde notandum, quod in quantitate varijs effectus inveniuntur. 1. reperitur, *extensio partium in ordine ad se;* quæ consistit in eo, quod una pars sit extra aliam, & illi sit unita, non secundum se totam, sed secundum extremitates, & medio aliquo indivisibili. 2. reperitur in quantitate, *extensio localis partium in ordine ad locum;* quæ tantum con-

sistit in eo, quod quælibet pars quantitatis correspondat parti loci. 3. Bene reperitur *divisibilitas in partes*. 4. reperitur *impenerabilitas*; quæ consistit in expulsione alterius quantitatis ab eodem loco; vel in negatione coexistentiæ cum illa. 5. reperitur *ratio mensura*; nam per quantitatem ulnae, extensionem aliarum rerum, tanquam per mensuram, cognoscimus. Et denique reperitur in quantitate esse subjectum quo aliorum accidentium; est enim accidens primum, & immediate inherens substantia, ratione cuius, cetera accidentia in substantia recipiuntur. Ex varietate ergo horum effectuum oritur difficultas; quis nam ex illis sit effectus primarius, & constitutivus quantitatis?

4. Ad quam difficultatem resolutorie dicendum est. Effectum formalem primarium, & constitutivum quantitatis, esse extensionem partium in ordine ad se. Hæc conclus. prob. autoritate, & rationibus. Authoritate, ex D. Tho. opusc. 70. q. 5. ar. 3. ad 3. ubi sic loquitur: *Ordo partium in toto includitur in ratione essentiali quantitatis, tanquam differentia constitutiva ipsius*; sed ordo partium in toto, nihil aliud est, quam extensio partium in ordine ad se; ergo sentit Ang. Mag. quod effectus primarius, & constitutivus quantitatis est extensio partium in ordine ad se.

5. Ratione vero prob. nostr. conclus. & 1. sic. Ille est effectus

formalis primarius alicujus formæ, qui primo intelligitur ab illa provenire, & est radix ceterorum; sed extensio partium in ordine ad se est, quæ primo intelligitur in quantitate, ut radix ceterorum: ergo extensio partiū in ordine ad se est effectus primarius constitutivus quantitatis. Prob. min. extensio partium in ordine ad locum supponit necessario extensionem partium in ordine ad se; sed omnes alij effectus supponunt extensionem partium in ordine ad locum: ergo extensio partium in ordine ad se est, quæ primo intelligitur in quantitate, ut radix ceterorum. Mai. constat. Siquidem extensio partium quantitatis in ordine ad locum est effectus secundarius impedibilis à Deo, ut patet in corpore Christi existenti in Sacramento. Min. vero sic prob. hæc causalis est vera: Ideo una quantitas est impenetrabilis cum altera, & est divisibilis in partes, potest aliam mensurare, & denique esse subjectum quo aliorum accidentium, quia habet extensionem in ordine ad locum, nam si illam ita non haberet, nihil ex numeratis illi conveniret: ergo omnes alij effectus supponunt necessario extensionem partium in ordine ad locum; cumque iste etiam supponat extensionem partium in ordine ad se: de primo ad ultimum sequitur, quod extensio partium in ordine ad se, est effectus primarius constitutivus quantitatis.

6 2. prob. conclus. Ille est effectus formalis quantitatis, qui est ab illa inseparabilis communicata subjecto; sed omnes alij effectus præter extensionem partium in ordine ad se, sunt separabiles à quantitate communicata subjecto: ergo. Mai. est certa. Siquidem forma communicata subjecto capaci, quamvis possit divinitus nō communicare effectus secundarios; semper tamen debet communicare suum effectum primarium: cum effectus formalis, & primarius formæ sit ipsam formam communicata. Min. vero sic prob. Quantitas corporis Christi in Eucharistia præter extēsionem in ordine ad se, non communicat corpori Christi aliud effectum formalem, ut explicat D. Tho. in 4. sent. dist. 10. q. 1. ar. 3. quæst. 3. ad 2. cum ibi careat extensione locali, impenetrabilitate, divisibilitate, ratione mensuræ, & alijs: ergo omnes effectus præter extēsionem partium in ordine ad se, sunt separabiles à quantitate: cōsequenterque extēsio partium in ordine ad se erit effectus formalis, & primarius quantitatis, in quo cæteri, ut secundarij radicantur.

7 Ex quo infertur, quod essentia quantitatis consistit in extēsione aptitudinali partium substantiarum, & non in extēsione actuali suarum partium. Et ratio est, quia accidens est entis ens, quod non est propter se, sed propter substantiam; unde effectus prima-

rius quantitatis non est ille, quem ex se, & in se habet, sed quem communicat substantiæ: sicut quavis per existentiæ existat natura, & ipsa existentiæ, effectus tamen primarius existentiæ, non est redere se ipsam existentem, sed redere existentem natūram.

8 Contr. p̄dictam conclus. Obijc. 1. Effectus formalis, & primarius quantitatis est ratio mensuræ: ergo non est extēsio in ordine ad se. Prob. aīs. ex Div. Tho. opusc. 52. ubi sic loquitur: *Propria ratio quantitatis, quæ competit quantitati, quatenus quantitas est, ratio est mensuræ: ergo juxta Ang. Mag. effectus formalis primarius quantitatis est ratio mensuræ.*

Resp. explic. D. Tho. propria ratio quantitatis est ratio mēsūre per modum proprietatis, conc. aīs. per modum rationis formalis, seu differentiæ essentialis, neg. aīs. & conseq. Dicimus ergo, quod D. Tho. in p̄dicto testimonio non intendit, quod ratio mensuræ sit propria ratio quantitatis per modum differentiæ essentialis; quia hęc est ordo partium in toto juxta ipsum, loco pro nostr. conclus. citato. Unde solum intendit rationem mensuræ, esse propriam rationem quantitatis per modum proprietatis quantum modo. E. cōsequenter, & si ratio mensuræ sit proprium quantitatis, non tamen est ratio formalis constitutiva illius.

9 Obijc. 2. Ratio formalis quantitatis consistit in eo, quod sit divisibilis: ergo effectus primarius, & constitutibus quantitatis est divisibilitas. Prob. aīs. Philosophus 5. Metaph. cap. 13. hoc modo quantum diffinivit. *Quantum est divisibile in ea, quæ in sunt,* &c. ergo sentit, quod ratio formalis constitutiva quantitatis est divisibilitas, & non extensio partium in ordine ad se.

Ad hoc arg. pariter Resp. explicando Philosophum. Diffinivit quantum per esse divisibile, diffinivit *descriptivè*, conc. aīs. *quiditativer*, seu *essentialiter*, neg. aīs. & conseq. Solutio patet ex dictis: nam, ut in principio diximus, Philosophi diffinitio, qua diffinivit quantum inconcreto solum est *descriptiva*, per proprietatem: unde solum convincitur, quod divisibilitas sit proprietas quantitatis, non tamen ratio formalis constitutiva illius.

10 Obijc. 3. Ratio formalis quantitatis non consistit in extensione partium substantiarum; deinde non consistit in extensione propriarum partium quantitatis: ergo ratio formalis quantitatis non consistit in extensione partium. Min. constat, siquidem nullius accidentis ratio formalis explicatur per ordinem ad se, sed per ordinem ad substantiam, quam afficit. Mai. vero sic prob. In Sacramento Eucharistiae existit quantitas panis; & tamen non extendit partes substantiarum panis, cum:

ibi facta consecratione non detur: ergo ratio formalis quantitatis non consistit in extensione partium substantiarum.

Resp. neg. mai. & ad ejus prob. conc. mai, dist. min, sed in Eucharistia quantitas panis, non extendit partes substantiarum, *actualiter*, conc. min. *aptitudinaliter*, neg. min. & dist. conseq. ergo ratio formalis quantitatis non consistit in extensione partium substantiarum *actuali*, conc. conseq. *aptitudinali*, neg. conseq. nullum enim accidens consistit in actuali inherentia substantiarum, sed in *aptitudinali*; unde sicut albedo in accidentibus Eucharisticis actualiter non dealbat substantiam panis, quæ ibi non est, sed tantum dealbat aptitudinaliter: ita quantitas actualiter non extendit partes substantiarum, sed tantum *aptitudinaliter*. Qua ratione communiter diffinitur: *quod sit accidens extensivum partium substantiarum in ordine ad se*: ac proinde in hac *aptitudinali* extensione partium substantiarum, consistit ratio formalis constitutiva quantitatis.



QUEST. VII.

UTRUM SUBSTANTIA COR-
ponea independenter , & anteceden-
ter ad quantitatem actualem , ha-
beat partes substantialiter , &
entitative actualiter distinctas ?

Pro resolutione hujus celeber-
rimæ difficultatis aliqua, li-
cet breviter, notanda sunt.
1. est notandum, & modo tanquam
certum supponendum , substantiam esse realiter distinctam à quan-
titate ; quia ut postea dicemus,
quantitas realiter distinguitur à
re quanta. 2. Est notandum, quod
dubium non procedit de partibus
essentialibus substantiæ , scilicet
de materia , & forma substantiali;
quia has substantiam habere rea-
liter distinctas independenter ab
actuali quantitate , certissimum
est ; unde dubium solum procedit
de partibus integralibus , nimi-
rum de substantia capitis , & pe-
dis v. g. de quibus inquirimus; an
substantialiter distinguuntur ante,
& independenter ab actuali quan-
titate ; non distinctione locali , &
extensiva, quia hæc est effectus for-
malis actualis quantitatis : nec
distinctione opposita confusionis;
sed distinctione opposita identita-
ti : ita , ut una pars non sit altera ?
quibus suppositis.

2. Resolutorie dicendum est,

Substantiam quamlibet corpoream
antecedenter , & independenter à
quantitate actuali , immo , & si mi-
raculose quantitatem non habeat,
habere partes actualiter distinctas,
ita , ut una non sit alia. Prob. 1.
conclus. ex Ang. Mag. I. 2. q. 17.
ar. 4. in corp. ubi sic loquitur: To-
tum in genere substantie composi-
tum ex suis partibus , vel integrali-
bus , vel essentialibus est unum per
se. In quibus verbis parificat Div.
Tho. totum integrale , cum toto
essentiali ; sed totum essentiali
componitur ex partibus essentiali-
bus realiter distinctis indepen-
dentibus ab actuali quantitate ; er-
go pariter totum integrale com-
ponitur ex partibus integralibus
realiter substantialiter distinctis,
independentibus ab actuali quanti-
tate.

3. Deinde prob. 1. conclus. ra-
tione , meo videri , efficaci sic.
Partes quantitatis distinguuntur
realiter entitative : ergo etiam
partes integrales substantiæ reali-
ter entitative debent distingui i in-
dependentibus ab actuali quan-
titate. Prob. hæc conseq. Partes sub-
stantiæ exigunt , & radicant aiver-
sus partes quantitatis: ergo si par-
tes quantitatis distinguuntur rea-
liter entitative , etiam partes
substantiæ realiter entitative de-
bent distingui. Ans. conitat si-
quidem diversam quantitatem , &
organizationem exigit , & radi-
cat caput ad suas operationes
exercendas , ac petit , & radicat
manus. Conseq. vero sic prob. ideo

substantię totales , Petri , & Pauli v. g. distinguntur substantialiter actualiter , quia radicant diversas quantitates totales : ergo si partes substantię radicant diversas partes quantitatis , signum est partes substantię realiter entitativè distingui independenter ab actuali quantitate ; alias non diversam , sed eandem exigerent , & radicarent quantitatem .

4. 2. pro^b. conclus. alia ratione non minus efficaci. Substantia habet partes realiter substantialiter distinctas ; sed talis distinctio nequit à quantitate actuali provenire : ergo. Ipsa substantia illas habet ex se independenter ab actuall quantitate. Consequentia recte infertur. Min. etiam constat . Si quidem effectus substantialis nequit ab accidenti , qualis est actuallis quantitas provenire. Mai. vero in qua est difficultas sic prob. Quę realiter separantur realiter distinguuntur ; sed partes integrales substantię realiter adinvicem separantur : ergo realiter substantialiter distinguuntur. Mai. est certa : nam , ut inquit Philosophus 7. Topic. cap. 1. *Si potest alter sine altero esse , non est idem ; cum idem à se ipso separari , fit omnino impossibile.* Min. vero sic prob. Quando ab aliquo homine scinditur caput , pars substantię capitinis realiter separatur à parte substantię , quæ est in pede : ergo partes substantię realiter actualiter separantur , & consequenter realiter actualiter per se ipsas , & inde-

pendenter à quantitate actuali distinguntur.

5. Dices , quod quando scinditur caput , tantum quantitas capitinis separatur à quantitate pedis , non tamen separatur aliqua pars substantię. ¶ Sed contr. hoc sic insurgo. Quando scinditur caput ab aliquo , substantia capitinis simul cum quantitate separatur: ergo solutio est nulla. Prob. aīs. Si in capite separato non esset pars substantię , quantitas capitinis , quę accidens est , existeret naturaliter sine subjecto , cum subjectum accidentium sit substantia ; sed implicat inimo erro- neum est dicere , quod accidens possit naturaliter existere , sine subjecto ; alias existentia accidentium in Sacramento Eucharistię , sine subjecto miraculosa non es- set : ergo quando caput scinditur ab aliquo , non solum quantitas , sed etiam substantia capitinis sepa- ratur à substantia pedis.

6. Dicunt alij hac ratione con- vincti , verum esse in predicto ca- su partem substantię capitinis sepa- rari à parte substantię pedis ; ceterum hoc fit ad separationem quantitatis actualis ; unde semper verifica ur , quod substantia , tam in separatione , quam in distinc- tione partium , dependet à quan- titate actuali.

Sed contr. Possunt partes substantię realiter separari absque separatione quantitatis actualis: ergo signum est , quod non depen- det ab illa , nec in separatione , nec

nec in distinctione suarum partiū. Prob. aīs. Si Sacerdos consecraret dimidiā partem hostię, alia dimidia non consecrata, substantia panis partis consecratę separaretur realiter, à substantia partis non consecratę, quantitate panis integrę, & indivisa manente; sed primum potest naturaliter contingere ad libitum Sacerdotis: ergo possunt partes substantię realiter separari absque separatione partium quantitatis actualis.

7 Sed adhuc non quiesces, sed dices cum alijs, quod ex eo quod partes substantię possint separari, solum infertur posse distingui, nō tamen, quod actualiter distinguantur. ¶ Hoc etiam effugium contrariorum est omnino falsum, quod sic ostenditur. Extrema realiter semel identificata non possunt realiter separari: ergo ex reali separabilitate recte arguitur realis actualis distinctio. Prob. aīs. extrema semel realiter separata non possunt realiter identificari: ergo pariter extrema semel realiter identificata non possunt realiter separari. Patet conseq. nam sicut distinctum semper est distinctum, idem semper est idē: ergo si extrema realiter semel separata non possunt identificari, nec possunt semel identificata, realiter separari: ac proinde, si partes substantię possunt realiter separari; signum est, quod actualiter non sunt idem.

8 Obijc. 1. ex D. Tho. 1. p. q.
50. art. 2. ubi sic loquitur: Mate-

riam dividī in partes non convenit; nisi secundum quod intelligitur sub quantitate, qua remota remanet substantia indivisibilis, ut dicitur 1. Phisic. quam doctr. confirm. 4. contr. gent. cap. 65. hic verbis: Remota quantitate, substantia omnis indivisibilis est, ut patet per Phil. 1. Physic. sed quod est indivisible, partes distinctas non habet: ergo juxta D. Tho. substantia antecedenter, & independenter à quantitate, non habet partes actualiter substantialiter distinctas.

Resp. ad hoc arg. explicando D. Thom. remota quantitate substantia manet indivisibilis, remota quantitate radicali, conc. mai. quantitate actuali, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod D. Tho. in predictis testimonijs, non loquitur de quantitate actuali, sed quantitate radicali. Unde sensus illius est, quod si substantia non esset radix quantitatis, & partium illius, non esset divisibilis; quia substantia in tantum est divisibilis, in quantum per modum subjecti proportionati radicat diversas partes quantitatis, realiter entitatively distinctas. Remota tamen quantitate actuali, adhuc substantia divisibilis maneret; quia licet ex se non habeat distinctionem quantitativam, & accidentalem partium, habet tamen ex se distinctionem substantialem, & entitativam.

9 Sed contr. istam solutionem replicabis. D. Tho. loquitur de

remotione quantitatis, quæ potest removeri à substantia; sed quantitas radicalis non potest à substantia removeri: ergo loquuntur D. Tho. de quantitate actuali, & non de quantitate radicali. Prob. min. quantitas radicalis est ipsamet substantia, ut radicans; admodum, quo risibilitas radicalis est ipsamet anima rationalis radicans: ergo quantitas radicalis nequit removeri à substantia.

Ad hanc replic. Resp. dist. mai. D. Tho. loquitur de quantitate, quæ potest removeri à substantia, separatione Logica, conc. mai. separatione Physica, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Quamvis enim quantitas radicalis, non possit physice, & realiter separari à substantia, potest tamen ab illa separari Logice, & per intellectum; quia bene potest intelligi substantia secundum sua prædicata essentialia, & in ordine ad se; quin intelligatur pro expresso, ut radix quantitatis. Admodum quo bene potest intelligi anima rationalis secundum sua prædicata essentialia, absque eo quod intelligatur expressè, ut radix risibilitatis. Quæ solutio constat ex verbis ipsius D. Tho. nam ait: *Materiam dividit in partes non convenientes, nisi secundum quod intelligitur sub quantitate.* Loquuntur ergo Ang. Mag. de separatione, vel non separatione per intellectum, & Logica non vero physica.

10 Obje. 2. Ablata quantitate actuali à materia 1. nulla in illa manet actualis distinctio: ergo ablata quantitate actuali à substantia, non habet partes actualiter distinctas. Prob. aīs. dupl. & 1. sic. Omnis distinctio provenit ab aliquo actu; cum actus sit, qui distinguat, juxta Phil. 7. Metaph. sed materia 1. est pura potentia, nullum includens actuū: ergo ablata quantitate actuali à materia 1. nulla in illa manet actualis distinctio. 2. Prob. idē aīs. si materia haberet partes distinctas ante quantitatem, esset composita ex illis; sed materia 1. repugnat omnis compositio: ergo. Mai. patet: siquidem compositio est distinctorum unio. Min. vero sic prob. omnis compositio realis, vel est ex actu, & potentia, vel ex substantia, & accidenti; sed utraque compositio repugnat materia 1. ergo.

Resp. heg. aīs. ad cuius prob. dist. mai. Omnis distinctio provenit ab actu, intrinsecè actuante, vel extrinsecè terminante, conc. mai. ut intrinsecè actuante præcise, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Quamvis enim materia prima in genere physico non habeat actuū intrinsecè informātem; habet tamen ordinem ad illum, nimirum ad quantitatem, & formam substantialem; qui ordo est sufficiens, ut materia 1. habeat partes actualiter distinctas. Et instantia est in duplice substantia totali, quarum una est realiter

Entitativè distincta ab alia; quia præcise dicunt ordinem ad diversas quantitates; instatur etiam in materia cœlesti, & sublunari, quæ specificè distinguuntur, quia præcise dicunt ordinem ad diversas formas substantiales.

Ad 2. prob. a.n.s. Resp. conc. mai. neg. min. quia præter compositiones assignatas ibi, datur alia compositio realis entis incompleti, nimirum compositio integralis, de qua in præsenti loquimur; & hanc habere materiam primam assentimus. Et instantia est clara in ipsa quantitate, in qua non datur compositio formalis, reperitur tamen in illa compositio integralis.

Sed contr. istam solut. replica. Si partes materiae prima facerent compositionem antecedenter ad quantitatem, cum una pars non se habeat, ut actus, & altera, ut potentia, indigerent aliquo nexu, & termino communis, ut inter se uniantur; sed nullus datur nexus, aut terminus communis inter partes substancialiæ, quo realiter copulentur: ergo, vel nondantur tales partes distinctæ substancialiæ; vel illæ non sunt inter se unitæ: sed admodum quantitatis discretæ, una non est cum altera copulata. Min. prob. Si in materia substanciali essent aliqua indivisibilia substancialia, medijs quibus partes materiae unitentur; cum ab agente naturali dividitur una pars materiae ab altera, desideret esse illud indivisibile: sicut

ad divisionem quantitatis deperditur indivisibile, quo ejus partes uniuntur; sed ad actionem nullius agentis naturalis, potest desinere esse aliquid materiae i. cum sit ingenerabile, & incorruptibile sicut ipsa materia: ergo.

Ad hanc repl. Resp. conc. mai. neg. min. Nam in sententia, quam defendimus necessario sunt concedenda indivisibilia substancialia, medijs quibus partes substancialiæ uniantur; tum propter rationem assignatam in replica; tum etiam, ut substancialia sit subjectum omnino proportionatum quantitatis: ita, quod sicut in illa dantur partes, & indivisibilia quantitatis, quibus uniantur; ita, & in subjecto correspondent partes substancialiæ, & indivisibilia substancialiæ, quibus uniantur; cum hac tamen differentia, quod unio partium quantitatis ex natura sua ordinatur ad faciendam extensionem, magnitudinem, & situationem partium in loco: unio vero partium substancialiæ ad hoc non ordinatur. Unde haec indivisibilia substancialiæ desinunt esse ad separationem partium, & alia nova resultant, quod nullum inconveniens est; quia quævis materia substancialis quoad omnes suas partes sit ingenerabilis, & incorruptibilis: indivisibilia tamè substancialia ipsius materiae, cum adhuc in genere materiae sint quid incompletum educuntur ex potentia materiae: & sic ad actionem agentis naturalis possunt definire esse, & alia nova resultare.

12 Vel 2. & magis conformiter ad doctrinam D. Tho. Resp. quod substantia habet partes unitas *seipſis*: ad quod nō requiritur, quod una pars se habeat, ut actus, & altera ut potentia; quia hoc solum est necessarium, quando partes ordinantur ad componendum totum perfectum; non tamen quando ordinantur ad componendum totum imperfectum, & integrum; quia ad hoc componendum sufficit, quod omnes partes se habent in potentia in ordine ad totum: ut inquit D. Tho. i.p. q. 3. ar. 4. cumque partes substantiae solum ordinantur ad componendum unum totum integrale, & imperfectum; hinc est, quod ad hoc, ut sint unitæ non requiritur, quod una sit actus, & alia potentia; sed sufficit quod omnes partes sint sicut in potentia respectu totius. Verba D. Tho. sunt hæc: *In omni composito oportet esse potentiam, & actum; vel quia una pars est in potentia respectu alterius; vel sicut omnes partes sunt sicut in potentia respectu totius.*

QUÆST. VIII.

UTRUM QUANTITAS REALITER DISTINGUITUR A RE QUANTA?

EX jam dictis, facilis est hujus dubij resolutio. Unde dico primo: *quantitas realiter entitativè distinguatur a re quanta.* Hæc concl. quidquid dicat. *Ochā est communis, prob. que authori-*

tate, & ratione: *authoritate, ex Arist. 7. Methaph. text. 8. ubi sic loquitur: Longitudo, latitudo, & profunditas, quantitas quadam sunt, sed non substantia; quantitas enim non est substantia, sed magis, cui hæc prima insint.* Et clarius i. Physic. text. 15. *Si substantia, & quantum sunt, duo sunt; & denique ibidem text. 13. ait: Si substantia, & quantum, & quale sunt, non unum, sed multa sunt:* ergo cum Philosophus in predictis testimonijs absolute, & sine addito loquatur, non est dubium, quod distinctionem realem entitativam inter quantitatem, & rem quantam constituit.

2. Ratione vero prob. nostr. concl. sic. Quæ realiter entitativè separantur realiter entitativè distinguuntur; sed in Sacramento Eucharistiae quantitas realiter entitativè separatur à substantia panis, & vini: ergo quantitas realiter entitativè distinguitur à re quanta. Mai. constat: siquidem, cum una entitas realiter manet, altera entitate realiter destruenda, signum evidens est, quod tales entitates realiter entitativè distinguebantur, ut supra. ex Philosopho diximus. Min. vero sic prob. Facta consecratione, tota substantia panis convertitur in corpus Christi, & tota substantia vini in ejus sanguinem: manentibus tantum accidentibus; ut dissimilatum est in Conc. Trid. sess. 13. can. 2. sed unum ex accidentibus est quantitas: ergo in Sacramento Eucha-

risticæ, quantitas realiter entitati-
vè separatur à substantia panis, &
vini: & consequenter realiter en-
titative ab illa distinguitur.

3 Ex qua doctrina sequitur,
nominales non esse audiendos,
dum dicunt, quod quando per
conversionem definit esse substan-
tia panis, etiam definit esse quā-
titas panis, & cum alia remanent
accidentia panis, ununquodque,
videlicet, cum sua propria quan-
titate, secum realiter identifica-
ta. Non inquam audiendi sunt. Tū,
quia concilium absolute, & abs-
que aliqua exceptione asserit, ma-
nere accidentia panis, & vini; sed
unum ex illis est quantitas: ergo
quantitatem panis ibi manere,
etiam distinuit concilium. Tū
etiam, quia si facta consecratione
non solum substantia, sed etiam
quantitas panis converteretur in
substantiam, & quantitatem cor-
poris Christi, talis conversio non
diceretur transubstantiatio: ut
illam Concilium, & Patres appelle-
rant; sed diceretur etiam trans-
accidentiatio; cum etiam quanti-
tas, quæ est verum accidens in
quantitatem Christi convertere-
tur, quod quidem absque nota
temeritatis nequit dici.

4 2. prob. ratione naturali nos-
tra concl. Si materia prima, for-
ma, & accidentia, quodlibet il-
lorum haberet suam propriam
quantitatem, cum sua entitate
identificatam, materia forma, &
accidentia non possent in eodem
loco compati, sed unum, alterum

ab eodem loco expelleret; con-
sequens experientia constat esse
falsum: ergo non quodlibet illo-
rum habet suam quantitatem se-
cum identificatam, ut volunt cō-
trarij; sed una est quantitas om-
nium entitativè, ab entitatibus
ilorum distincta. Sequela vero,
in qua est difficultas, prob. Duo
corpora non possunt naturaliter
esse in eodem loco, sed unum al-
terum expellit; sed non alia ra-
tione, nisi quia habent diversam
quantitatem: ergo si materia, for-
ma, & accidentia haberent suam
propriam quantitatem, non pos-
sent in eodem loco compati. Prob.
min. Ablata ab aliquo corpore
quantitatè, non efflet novum mi-
raculum, quod cum altero cor-
pore simul existeret, absque pe-
netratione cum illo; sicut corpus
quantum non penetratur cum An-
gelo in eodem loco existenti; quia
Angelus non habet quantitatem:
ergo ideo unum corpus expellit
aliud, quia habent diversas quā-
titates. Consequenterque si ma-
teria, forma, & accidentia, quod
libet haberet suam quantitatem,
non possent in eodem loco exis-
tere.

5 Dico 2. *Partes quantitatis*
continuae realiter modaliter dislin-
guuntur ab indivisibilibus, quibus
continuantur. Hæc concl. prob.
authoritate, & ratione. Authori-
tate ex Phik. 4. physic. text. 107.
ubi sic loquitur: *Punctum non est*
pars lineæ, sed continuans us par-
tes. Et 5. Metaph. cap. 12. dicit:

Quod punc^{tum} est quid indivisibile habens positionem in continuo; sed partes continui divisibiles sunt: ergo sentit expressè Philosophus, punc^{tum} esse realiter distinctum à partibus linea^x realiter modaliter; quia, cum sit quid incompletum in genere quantitatis, se habet, ut modus, respectu partium, quas continuat.

Ex qua doctrina deducitur 1. concl. ratio. Nam quod in omni genere est indivisibile non potest realiter identificari cum eo, quod est divisible; sed punc^{tum}, ut vidi mus ex Philosopho, & juxta veritatem, est in omni genere indivisibile, & partes linea^x sunt divisibles: ergo partes linea^x non possunt identificari cum punc^{tis}.

7 2. ratione generali prob. hoc idem. Quæ realiter separātur realiter saltē modaliter distinguuntur; sed diviso continuo, remanēt partes, & non remanet punc^{tum} continuativum: ergo partes quantitatis continuae realiter, saltē, modaliter distinguuntur ab indivisibilibus, quibus continuantur. Prob. min. cum separantur partes, linea^x v. g. desinunt esse inter se copulatæ, & continua: ergo remanent partes, licet discontinuatæ, & punc^{tum}, quod erat terminus communis illarum, & medio quo copulabantur non remanet. Patet conseq. quia si punc^{tum} continuativum maneret, vel identificatum cum una parte, vel cum utraque; sed cum utraque parte identificatum non potest manere,

cum tales partes, facta divisione nihil possint habere commune; & alias non est major ratio, quod maneat identificatum cum una parte, & non cum altera: ergo.

8. Contr. 1. concl. Obijc. 1. Non sunt multiplicandæ entitates absque necessitate; sed nulla est necessitas, ut concedatur quantitas realiter distincta à substantia: ergo quantitas non distinguitur realiter à re quanta. Prob. min. nulla superaddita entitate substantiae corporeæ, illa ex se habet distinctionem partium, & ratione hujus distinctionis proportionatur cum partibus loci: ergo, cum quantitas solum ad hoc constituantur in substantia, nulla urget necessitas, ut constituatur quantitas realiter distincta à substantia.

Resp. ad hoc arg. neg. min. quia licet substantia corporea sine aliqua entitate sibi superaddita per id solum, quod sit radix diversarum partium quantitatis habeat actualem realem distinctionem suarum partium, ut quest. antec. diximus; non tamen absque entitate quantitatis sibi superaddite habet suas partes ordinatas, & extensas in ordine ad se: ac proinde, nec capaces proximæ extensionis actualis in ordine ad locum. Unde ad hanc effectum præstandum requiritur in substantia quantitas realiter entitatived illi superaddita, & ab illa realiter distincta.

9. Obijc. 2. Si quantitas realiter entitatived distingueretur à re quā-

ta, possent ad invicem realiter separari, & realiter separata existere; sed hoc falsum, immo impossibile est: ergo non datur quantitas realiter distincta à re quanta. Prob. min. si à substantia corpora separetur realiter quantitas, partes substantiae, quæ extensæ existebant localiter, fluarent ad punctum indivisibile; sed hoc dicere falsum est: ergo, & quod quantitas, & res quanta possint realiter separari, & realiter separata existere. Prob. min. partes substantiae non possunt fluere ad punctum indivisibile, nisi per motum localem; sed talis motus absque quantitate est substantiae impossibilis: ergo, & quod partes ejus fluant ad punctum indivisibile.

Resp. neg. sequel. quia licet valeat: aliqua duo realiter separantur: ergo realiter distinguuntur; non tamen valet: aliqua duo realiter distinguuntur: ergo realiter possunt separari, & separata existere; nam materia prima realiter distinguitur à forma substantiali, minime tamen potest à forma separari, & sic separata existere: ergo ex eo, quod quantitas realiter distinguatur à re quanta, non infertur posse realiter separari, & sic separata existere. Q. Dato tamen, quod substantia, & quantitas realiter separantur, & sic separata existant; non sequeretur intentum arg. scilicet, quod partes substantiae fluarent ad punctum

indivisibile; quia licet partes substantiae, tunc casus non essent ordinatae, nec extensæ, essent tamen distinctæ; ac proinde non fluarent ad punctum indivisibile. Admodum, quo, cum quantitate partes substantiae corporis Christi in Eucharistia nostra existunt extensæ in ordine ad locum; & tamen per id non est concedendum illas fluere ad punctum indivisibile, sed existere indivisibili- ter; hoc est, sine extensione locali.

10 Obijc. 3. contr. 2. conclus. Si punctum distingueretur realiter entitativè à partibus lineæ, separatis realiter partibus lineæ, desineret realiter esse punctum, quo continuabantur, & inciperent realiter esse duo puncta, quibus partes illæ separatae terminantur; sed ad separationem realem partium quantitatis, non resultant de novo aliqua indivisibilia ab ipsis partibus realiter entitatively distincta: ergo non dantur in linea talia indivisibilia ab ejus partibus, sic distincta. Probar. min. tunc causa non est aliqua causa productiva talium indivisibilium; ergo.

Resp. conc. mai. neg. min. & ad ejus probat. Dicimus, quod licet illa duo indivisibilia terminativa partium divisarum non producantur directè à causa dividente, & separante ab ipsis tamen partibus, sic di-

visis naturali resultantia consequuntur; quia, cum pars lineæ ab altera parte disconveniatur, eo ipso naturaliter petit terminari, ideoque ab ejus entitate fluit, & resultat unum indivisibile illam terminans: quod quidem antea erat in potentia illius, & ratione continuationis cum altera parte impeditebatur, ne à tali parte dimanaret. Unde causa, qua dividit, solum se habet, ut removens impedimentum continuationis propter quam tale indivisibile nō resultabat.

QUÆST. IX.

UTRUM DIVISIO QUANTITATIS in continuam, & discretam sit generis in species? & linea superficies, & corpus sint vere species quantitatis continuae?

Quantitas in communi dividitur 1. in continuam, & discretam: continua est illa, cuius partes copulantur aliquo termino communi: v. g. linea, cuius partes uniuntur punctis; & quia punctum est finis unius partis, & initium alterius; ideo vocatur terminus communis: quantitas vero discreta est illa, cuius partes non copulantur aliquo termino communi: v. g. numerus. Quantitas continua subdividitur in permanentem, & successivam; quantitas permanens est, cuius partes simul existunt, v. g. lignum: success-

siva est, cuius partes non simul existunt, sed aliæ sunt prius, alias posterius, v. g. tempus. ¶ Quantitas continua permanens, ulterius subdividitur in lineam, superficiem, & corpus. Linea est, cuius partes copulantur punctis; & solum est divisibilis secundum longitudinem: superficies est, cuius partes copulantur lineis, & est divisibilis secundum longitudinem, & latitudinem: corpus vero est, cuius partes copulantur lineis, & superficiebus, & est divisibile secundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem.

Quantitas successiva, etiam subdividitur in motum, & tempus: motus est, actus entis in potentia, secundum quod in potentia: tempus vero est, numerus motus secundum prius, & posterius; hoc est mensura motus. ¶ Denique quantitas discreta subdividitur in numerum, & orationem: numerus est multitudine numerata per unum, v. g. sex homines numerati numero senario: oratio vero est mensura entis successivi discreti, secundam longitudinem, vel brevitatem: ut si quis proferat tres syllabas, vel tres sonus in corda citharae; quapropter, oratio hic non sumitur, ut dialectica, sed accipitur pro qualibet multitudine syllabarum, attenta duratione, penes longitudinem, vel brevitatem. His suppositis.

2 Dico 1. *Divisio quantitatis in continuam, & discretam, est divisio generis in species subalternas.*

nas. Hæc concl. habet duas partes probandas, & quo ad 1. prob. sic. Species quantitatis distinguuntur penes diversas extensiones partium; sed quantitas continua, & discreta habent diversas extensiones partium: ergo divisio quantitatis in continuam, & discretam est divisio generis in suas species. Prob. min. quantitas continua, ut diximus, habet partes copulatas aliquo termino communi; & discreta habet illas non copulatas termino communi; hoc est habere extensionem diversam: ergo habent diversam extensionem; ac proinde constituunt diversas species quantitatis. ¶ 2. vero pars prob. breviter sic. Illa est divisio in species subalternas, quæ dividitur in species ulterius divisibilis; sed quantitas continua, & discreta sunt, species divisibilis in alias species: ergo divisio quantitatis in continuam, & discretam est divisio in species subalternas. Prob. min. quantitas continua dividitur in permanentem, & successivam, discreta subdividitur in numerum, & orationem; & istæ ulterius dividuntur in alias species magis infimas: ergo quantitas continua, & discreta sunt species ulterius divisibilis in alias species: & consequenter divisio quantitatis in continuam, & discretam est divisio generis in species subalternas.

3. Dico 2. *Linea, superficies, & corpus* sunt verè species atnomæ, & essentialiter distinctæ quantitatis.

continuae. Hæc conclus. prob. sic. Linea, superficies, & corpus veram habent extentionem partium, habentque diversum essentialiter terminum communem ipsarum partium continuativum: ergo omnia illa sunt veræ species quantitatis continuae, & inter se essentialiter distinctæ. Prob. ans. in primis linea, superficies, & corpus habent veram, & distinctam extentionem partium: cum linea sit divisibilis secundum longitudinem, superficies secundum latitudinem, & corpus secundum profunditatem; & denique continuativum partium lineæ est *punctum*, continuativum partium superficie est *linea*, & continuativum partium corporis est *superficies*: ergo linea, superficies, & corpus veram, & essentialiter diversam habent extentionem partium, distinctumque partium continuativum: ac proinde sunt veræ, & essentiales species quantitatis continuae.

4. Contr. hanc 2. concl. Obijc. 1. *Linea, & superficies* sunt quid incompletum in genere quantitatis continuae: ergo non constituunt veram speciem quantitatis. Prob. ans. ideo punctum est quid incompletum, & reductivè solum pertinet ad quantitatem, quia est quid indivisible, & ad continuandum partes quantitatis ordinatus; sed linea, & superficies sunt indivisia ordinata ad continuandum partes quantitatis: ergo sunt aliquid incompletum: ac perinde reductivè tantum pertinent ad quantitatē.

Kel.

Resp. ad hoc arg. neg. aīs.
& ad ejus prob. dist. mai. Ideo
punctum est quid incompletum,
& tantum reductivè pertinet ad
quantitatem, quia est indivisibili
le, *omnimodo*, conc. mai. quia est
indivisible, *utcumque*, neg. mai.
& dist. min. sed linea, & superfi
cies sunt indivisibilia, *omnimodo*,
neg. min. *aliquomodo*, & secundum
aliquam considerationem, conc. min.
& neg. conseq. Punctum enim est
omniamodo indivisible, ac proinde
solum reductivè pertinet ad
quantitatem; linea vero, & su
perficies non sunt omnino indivi
sibles, nam licet linea sit indivi
sibilis secundum latitudinem, &
superficies secundum profundita
tem; linea tamen est divisibilis se
cundum longitudinem, & superficies
secundum latitudinem: ac proinde
cum dicant suam propriam exten
sionem, & divisibilitatem directè
constituant diversas species quantitatis.

5 Obijc. 2. Linea, & superfi
cies includuntur in corpore: ergo
non possunt diversam essentialiter
speciem à corpore constituere.
Conseq. patet, quia una spe
cies distincta ab altera essentialiter,
non potest in altera contineri.
Aīs. vero sic prob. Corpus est
divisible secundum trinam di
mensionem, scilicet, secundum
longitudinem, latitudinem, &
profunditatem: ergo corpus con
tinet lineam, quæ est divisibilis
secundum longitudinem, & con
tinet superficiem, quæ est divisi
bilis secundum latitudinem.

Resp. dist. aīs. Linea, & su
perficies includuntur in corpore,
materialiter, & presuppositivè,
conc. aīs. formaliter, & constitu
tivè, neg. aīs. & conseq. Dicimus
ergo, quod linea, & superficies
continentur quidem in corpore,
cæterum non formaliter, & consti
tutivè, sed tantum materialiter,
& presuppositivè; quia corpus
formaliter solum constituit per
extensionem, & divisionem secu
dum profunditatem, continens
materialiter, & presupponens di
visionem secundum longitudinem,
quæ constituit lineam, & divisio
nem secundum latitudinem, qua
constituitur superficies: que con
tinentia non obstat distinctioni
formali, & specificæ illarum à
corpore. Admodum, quo non ob
stat distinctioni formali, & speci
ficæ numeri ternarij à quaternario,
quod materialiter, & pre
suppositivè in quaternario conti
neatur.

6 Obijc. 3. De ratione quanti
tatis continuæ est impenetrabili
tas cum altera; sed linea cum al
tera quantitate penetratur: ergo
non potest specialem speciem
quantitatis continuæ constituere.
Prob. min. Linea est continuati
vum partium superficie: ergo
tangit secundum se totam utram
que partem superficie. Prob. hæc
conseq. Quia punctum continuat
partes lineæ, tangit secundum se
totum utramque partem lineæ,
quam continuat; ergo pariter, si

Linea est continuativum partium superficie, tangit secundum se totam utramque partem, quam continuat: ac proinde cum illis penetratur; nam penetrari aliqua duo, nihil aliud est, quam se tangere secundum se tota. Et idem arg. potest fieri de superficie respectu corporis.

Resp. conc. mai. dist. min.
Sed linea cum altera quantitate penetratur, ut quanta est, neg. min. ut non est quanta, nec extensa, conc. min. & neg. conseq. Linea namque est divisibilis, & extensa secundum longitudinem, & prout sic est quanta, & simul est indivisibilis secundum latitudinem: & cum pro ut sic non sit quanta, non obstat ejus quantitati, quod secundum se totam tangat partes superficie, quas continuat; quia tangit illas, quia ratione indivisibilis est: obstat autem ejus quantitati, quod prioris partes ipsius lineæ tangeret 2. se totas posteriores, quia id esset non habere partes, nec extensionem adhuc secundum longitudinem. ¶ Idem dicendum de superficie; quia etiam superficies est divisibilis, & extensa secundum latitudinem, & prout sic est quanta: & indivisibilis secundum profunditatem, & prout sic non est quanta; unde ejus quantitati non obstat, quod secundum se totam tangat aliam superficiem, cum prout sic non exigat distinctum locum una superficies ab altera. Et non est idem de corpore, quia

cum corpus sit divisibile secundum trinam dimensionem, & extensum, nec partes illius possunt penetrari inter se, nec cum alijs corpore distincto.

QUÆST. X.

*UTRUM LOCUS SIT PROPRIA
SPECIES QUANTITATIS CONTINUA A SU-
PERFICIE DISTINCTA?*

Pro hujus dubij resolutione supponimus ex dicendis in Philosophia, locum sic distincti, est ultima superficies corporis continentis locatum. Quo supposito. Dico, quod locus non est species quantitatis continua a superficie essentialiter distincta. Hec conclus prob. ratione fundamentali sic. Illæ sunt species quantitatis essentialiter distinctæ, quæ habent distinctam extensionem partium sed locus formaliter, ut talis, non habet distinctam extensionem partium, ac superficies: ergo locus non est species quantitatis a superficie essentialiter distincta. Mai. constat: siquidem ratio formalis quantitatis in extensione partium consistit. Min. vero sic prob. Locus formaliter, ut talis, solum habet extensionem partium secundum latitudinem; sed hæc est extensio propria superficie: ergo locus formaliter, ut talis, non habet distinctam extensionem partium a superficie. Min. cum conseq. patet: mai. vero sic prob. Locus formaliter, ut talis, est superficies corporis continentis; sed

superficies, quælibet illa sit, solum habet extensionem partium secundum latitudinem: ergo locus formaliter, ut talis, solum habet extensionem partium secundum latitudinem. Consequenterque si hæc extensio est propria superficie, locus, & superficies non habent diversam extensionem: ac proinde, nec sunt diversæ species quantitatis continuæ essentialiter.

2. Obijc. 1. Secundum Philosophum in hoc cap. de quantitate: locus formaliter, ut talis, est quid distinctum à superficie; & alias est vera species quantitatis continuæ: ergo sentit Philosophus, quod locus est species quantitatis continuae essentialiter à superficie distincta.

Resp. explicando Phil. locus est quid distinctum à superficie, in ratione mensuræ, conc. mai. in ratione quantitatis continuæ, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Locus namque duplice potest considerari, in ratione mensuræ, & quatenus dicit extensionem partium; si 1. modo consideretur, certum est, quod est quid distinctum à superficie; quia superficies est mensura intrinseca subjecti in quo est; locus vero est mensura extrinseca locati; si tamen locus 2. modo consideretur, non distinguitur à superficie; nam sicut superficies habet extensionem secundum latitudinem, ita & locus, ut manet probatum: cum ergo species quantitatis continuae pe-

nes diversam extensionem essentialiter distinguantur; hinc fit locum non esse speciem quantitatis à superficie essentialiter distinctam.

3. Obijc. 2. Locus differt essentialiter à superficie in ratione mensuræ, juxta dicta ad 1. ergo etiam differt ab illa in ratione quantitatis continuæ. Prob. hæc conseq. Ratio mensuræ est proprietas quantitatis continuæ; sed non stat diversitas in proprietate, quin stet diversitas in essentia: ergo si locus in ratione mensuræ differt essentialiter à superficie, etiam differt ab illa in ratione quantitatis continuæ.

Resp. in forma conc. a. n. neg. conseq. & ad ejus prob. conc. mai. dist. min. sed non stat diversitas in proprietate, quin stet diversitas in essentia in proprietate, quæ convenit naturæ, absque respectu ad aliquid extrinsecum, conc. min. in proprietate, quæ convenit naturæ, per ordinem, ad aliquid extrinsecum, neg. min. & conseq. Verum namque est, quod quando est diversitas in proprietate convenienti naturæ ab intrinseco, & absque respectu ad aliquid extrinsecum, etiam debet stare diversitas in essentia, vel natura; securus tamen quando solum est diversitas in proprietate convenienti naturæ, per respectum ad aliquid extrinsecum; cumque ratio mensuræ sit proprietas loci, convenientis illi per respectum ad aliquid extrinsecum, scilicet per ordinem ad

Corpus locatum: hinc sit, quod in illo multiplicetur ratio mensuræ, non tamen ratio quantitatis continuæ.

4 Obijc. 3. Sicut superficies est mensura intrinseca subjecti in quo est, & extrinseca locati, ita & linea; & tamen in linea non distinguimus duplē rationem mensuræ, intrinsecæ videlicet, & extrinsecæ: ergo nec in superficie debemus illas distingui.

Resp. dist. mai. ita, & linea, ratione superficiet, conc. mai. ratione sui, neg. mai. & conc. min. neg. cotiseq. Dicimus ergo, quod sicut in superficie, ita, & in linea possamus distingui duplē rationem mensuræ, unam, qua linea sit mensura subjecti in quo est secundum longitudinem; alteram, qua sit mensura extrinseca locati; ceterum in rei veritate, hoc tantum convenit superficiei propriæ, & ratione sui, quia illius est proprium continere locatum, & esse mensuram illius: linea vero tantum convenit hoc ratione superficii; quatenus in illa continetur; & ideo in superficie distinguimus duplē rationem mensuræ, non tamen in linea.

QUÆST. XI.

**UTRUM TEMPUS, ET MOTUS
sint verae species quantitatis?**

Pro intelligentia hujus dubij, supponendum est etiam ex

dicendis in Philosophia, quod in motu tria inveniuntur, videlicet *actio*, & *passio*, terminus ipsius motus, & ratio formalis motus, quod est *actus entis in potentia*, secundum quod in potentia. Et de illo in hac ultima acceptione procedit dubium, & inquirimus; an tempus, & motus sint verae species quantitatis continuæ? Quo supposito.

2 Dico 1. *Motus non est species quantitatis.* Hæc concl. est communis, & prob. 1. sic. Motus formaliter, ut motus est aliquid imperfectum, & incompletum, & viale: ergo motus formaliter, ut motus non constituit specialem speciem quantitatis. Conseq. patet: siquidem illud, quod species est, necessario quid completum debet esse. Ans. vero sic prob. Motus formaliter, ut motus, ut constat ex ejus definitione, est via, & actus entis in potentia, secundum quod in potentia: ergo motus formaliter, ut motus est aliquid incompletum, & imperfectum, & viale: ac proinde, prout sic, non constituit specialem extensionem, nec speciem quantitatis.

3 2. prob. nostr. concl. Illud constituit specialem speciem quantitatis, quod habet specialem extensionem partium; sed motus non habet specialem extensionem ab spatio, in quo fit ipse motus: ergo motus non constituit specialem specie quantitatis, ab spatio, seu à corpore distinctam. Mai. cum

conseq. patet: min. vero prob. hęc est vera causalis: Ideo motus est extensus, & quantus, quia spatiū, in quo fit motus, est extensum, & quantum: ergo motus non habet aliam extensionem ab extensione spatij in quo fit: ergo nec constituit specialem speciem quantitatis.

4 Dico. 2. Nee etiam tempus constituit speciem quantitatis, à quantitate continua permanenti distinctam. Hęc concl. prob. autoritate, & ratione: auth. D. Tho. 5. Metaph. lect. 5. ubi ex Phil. assignans quantū per accidens duplex, aliud ratione subjecti in quo est, ut esse album, vel musicum: sic prosequiri: alio modo dicuntur aliqua quantia per accidens, non ratione subjecti, sed ex eo, quod dividuntur ad divisionem alicuius quantitatis, sicut tempus est divisibile propter motum, motus autem propter magnitudinem ejus in quo aliquid movetur: ergo secundum Ang. Mag. divisibilitas, & extensio motus non est alia, quam extensio corporis, supra quod sit motus: sed divisibilitas, & extensio temporis, juxta ipsum, non est alia, quam divisibilitas, & extensio motus: ergo de primo ad ultimum, tempus non habet aliam extensionem, prater extensionem spatij.

5 Unde ex predicto testim. deducitur ratio concl. ad hanc formam reducta. Diversa species quantitatis provenit ex diversa extensione partium; sed tempus non habet distinctam extensionem

ab extensione spatij: ergo nec constituit specialem speciem quantitatis ab illa, quam constituit spatium. Mai. cum conseq. patet: min. vero sic prob. Tempus non habet aliam extensionem prater extensionem motus; sed motus non habet aliam extensionem prater extensionem spatij: ergo nec tempus. Min. constat ex 1. concl. mai. vero sic prob. Ideo tempus est extensum, quia motus est extensus; est namque tempus, numerus motus secundum prius, & posterius: ergo tempus non habet aliam extensionem quam extensionem motus, & spatij in quo fit motus: ac proinde nec tempus constituit specialem speciem quantitatis.

6 Contr. utramque concl. Ob. ijc. 1. Et si extensio motus, & temporis proveniat ab extensione spatij, seu corporis, distincta tamen est ab illa: ergo motus, & tempus constituant specialem speciem quantitatis. Prob. aīs. motus, & tempus habent distinctas partes, diversam extensionem, & diversa partium continuativa: ergo & si extensio motus, & temporis proveniat ab extensione corporis, diversa tamen est ab illa. Prob. aīs. partes corporis sunt permanentes, & ejus continuativa sunt superficies; sed partes motus, & temporis, sunt successivæ, & continuativa motus, sunt mutata esse, & temporis, sunt instantia: ergo motus, & tempus habent distinctas partes, extensionem diversam, & diversa continuativa.

Resp. in forma neg. aīis. ad ejus prob. dist. aīis. Motus, & tempus habent distinctas partes, & continuativa, materialiter, ac habet corpus, seu spatum, conc. aīis. formaliter distinctas, neg. aīis. & conseq. Dicimus ergo, verum esse, quod motus, & tempus habet partes successivas, & continuativa transiuntur, corpus vero permanentia; ceterum hæc distinctio de materiali se habet ad quantitatem, & extensionem. De cuius ratione non est permanentia, vel non permanentia; & ideo tempus, motus, & spatum formaliter eandem habent extensionem, & continuativa: ac proinde non constituant formaliter distinctas species quantitatis.

7 Obijc. 2. Datur motus alterationis, & augmentationis; sed isti motus non habent extensionem spatij: ergo habent suas speciales extensiones. Prob. min. isti motus non sunt locales: ergo non habent extensionem loci, seu spatij. Resp. ad hoc arg. conc. mai. & min. neg. conseq. Dicimus enim, quod omnis motus, quilibet ille sit, ab alio habet suam extensionem, si localis sit ab spatio: si vero localis non sit, ut sunt motus alterationis, & augmentationis à termino illius motus. Quod si terminus motus sit indivisibilis: extensio ejus desumitur ab extensione contrarij: ob cujus resistantiam in tempore vincendam, erit motus successivus: unde seper verificatur, quod motus formaliter, ut talis non ha-

bet speciale extensionem, ex se, sed est quantum, & extensum per aliad; & consequenter, nec constituit speciale prædicamentum.

QUÆST. XII.

UTRUM UNITAS, QUÆ EST, principium numeri de prædicamento quantitatis, addat aliquid supra quantitatem continuam?

PRO hujs questionis intelligentia est notandum, quod unitas est duplex, una transcendentalis, & alia prædicamentalis; unitas transcendentalis sequitur ad quancumque rem, sive sit substantia, sive quantitas, connectiturque cum ente: & ideo transcendentalis dicitur: unitas vero prædicamentalis ad quantitatem sequitur; & ideo prædicamentalis, seu de prædicamento quantitatis nominatur. Dubium ergo non procedit de prima, sed de secunda unitate, & inquirimur unitas, quæ est principium numeri de prædicamento quantitatis, addat aliquid supra quantitatem continuam, vel ipsam et quantitas continua absque aliquo superaddito sit una unitate prædicamentali?

2 Ad quod resolutorie dicendum est, quod unitas, quæ est principium numeri de prædicamento quantitatis, aliquid addit entitati à distinctum à substantijs, & qualitatibus numeratis: nihil tamen addit supra quantitatem continuam realiter distinctum. Hac conclusio habet duas partes probandas,

& quoad 1. prob. sic. Unitas, quæ est principium numeri de prædicamento quantitatis distinguitur realiter à substantijs, & qualitatibus numeratis: ergo addit supra illas aliquid reale entitativè distinctum. Prob. aīs. unitas, quæ est principium numeri est idem cum quantitate continua; sed quātitas continua est realiter entitativè distincta à substantijs, & qualitatibus numeratis: ergo & ipsa unitas. Mai. constat ex secunda parte concl. min. vero sic prob. Quantitas realiter entitativè distinguitur à re quanta, ut supra manet probatum: ergo quantitas continua est realiter entitativè distincta à substantijs, & qualitatibus numeratis: ergo si unitas de prædicamento quantitatis est idē cum quantitate continua, unitas realiter entitativè à substantijs, & qualitatibus numeratis distinctur, & consequenter addit supra illas aliquid reale entitativè distinctum.

3. 2. pars conclus. sic breviter prob. Quantitas continua, quælibet illa sit, absque aliqua entitate ei superaddita est una: ergo unitas prædicamentalis, quæ est principium numeri, nihil reale entitativè distinctum supra quantitatem continuam addit. Prob. aīs. quando continuum dividitur in suas partes, quælibet pars absque aliqua entitate ei superaddita est una: ergo quantitas continua, quælibet illa sit, absque aliqua entitate ei superaddita est

una. Prob. aīs. quælibet pars, tunc casus est indivita in se, & divisa à qualibet alia, divisione quantitatis discrete: ergo quando continuum dividitur in suas partes, quælibet pars absque aliqua entitate, ei superaddita est una. Prob. aīs. licet quælibet pars facta divisione sit divisibilis in partes continuatas termino communis, non tamen in partes non continuatas: ergo quælibet pars tunc casus est indivisa in se, & divisa à qualibet alia, divisione quantitatis discrete, & consequenter una.

4. Contr. 2. partem concl. Obijc. 1. Unitas, quæ est principium numeri addit aliquid supra ens: ergo etiam addit aliquid supra quantitatem. Prob. aīs. dupl. testim. D. Tho. nam quodl. 10. ar. 1. sic loquitur: *Respondeo dicendum, quod unum, quod est principium numeri de necessitate aliquid positivè dicit in eo, cui attribuitur, quia cum ex unitatibus numerus constitutatur, nisi unitas res aliqua esset, numerus res esse non posset.* Quam doctrinam confirmare vindetur 1. p. q. 11. ar. 1. ad 1. his verbis: *Sic igitur dicendum est, quod unum, quod convertitur cum ente non addit aliquam rem supra ens, sed unum, quod est principium numeri addit aliquid supra ens ad genus quantitatis pertinens: ergo juxta Ang. Mag. unitas, quæ est principium numeri addit aliquid supra ens: & consequenter etiam addit supra quantitatem continuam.*

Resp. tamen ad hoc arg. explie-

plicando D. Tho. unitas , quæ est principium numeri addit aliquid supra ens , hoc est supra *substantiam entis* , conc. aīs. supra quantitatem continuam entis , neg. aīs. & conseq. Dicimus ergo , quod D. Tho. nunquam dixit , quod unum addat supra quantitatem continuam , sed supra ens idest supra substantiam entis ; in quo *unum* , quod est principium numeri distinguitur ab unitate trascendentali ; quia ista nec supra quantitatem , nec supra substantiam aliquid addit ; /consequenterque ex doctrina D. Tho. solum convincitur , quod unitas , quæ est principium numeri addat aliquid supra substantiam , vel quantitatem entis , quodlibenter admittimus ; non tamen quod aliquid addat supra quantitatem continuam .)

5. Obijc. 2. Unitas , quæ est principium numeri est aliquid indivisible , & incompletum : ergo non potest esse idem cum quantitate continua. Prob. hęc conseq. quantitas continua est aliquid divisible , & completum : ergo si unitas , quæ est principium numeri est aliquid indivisible , & incompletum , non potest esse idem cum quantitate continua.

Resp. dist. ultim. aīs. quantitas continua est aliquid divisible , & completum , in genere quantitatis continua , conc. aīs. in genere quantitatis discretæ , neg. aīs. & conseq. Dicimus ergo , verum esse , quod unitas est aliquid

indivisible , & incompletum , ceterum ex hoc non sequitur , non esse idem cum quantitate continua ; quia licet quantitas continua sit divisibilis , divisibilitate continui , est tamen indivisibilis divisione quantitatis discretæ , & aliquid incompletum ; & cum protut sic sit principium numeri : hinc sit , posse esse idem cum unitate , quæ etiam principium est numeri : cum hac tamē diversitate ab alijs rebus ; quod alię res , licet per suam entitatem sint unum trascendentale , tamen unum prædicamentale sunt per quantitatem continua , eis realiter superadiditam ; ac proinde in illis unitas trascendentalis non coincidit cum prædicamentali. In quantitate tamen continua , ejus unitas trascendentalis , quia est ingener quantitatis , & cum ipsa quantitate convertitur , est etiam unitas prædicamentalis , & principium numeri , cum sola distinctione rationis ; nam talis unitas considerata absolute est trascendentalis ; si tamen consideretur , quatenus ordinatur ad componendum cum alijs quantitatibus continua numerum prædicamentalem , dicitur unitas prædicamentalis .)

QUÆST. XIII.

UTRUM NUMERUS PRÆDICAMENTIS sit ens reale , ens per se , & vera species quantitatis ?

D Uplex est numerus , alius est numerus numerans , alius

1 Numerus numeratus. Numerus numerans est actus intellectus, quo designat partes rei numeratae. Numerus vero numeratus sunt ipsæ res numeratae. v. g. tres homines. Quæstio tamen non procedit de numero numerante, sed de numero numerato. Rursus numerus, aliud est transcendentalis, aliud prædicamentalis. Numerus transcendentalis est, que vis multitudo resultans ex quibus sumque unitatis: ut sex Angeli, decem prædicamenta. Numerus prædicamentalis est multitudo resultans ex divisione continui: unde numerus prædicamentalis resultat ex rebus habentibus quantitatem; & de isto numero, & non de transcendentali, inquirimus, an sit ens reale? ens per se, & vera species quantitatis? Quo supposito.

2 Dico 1. Numerus prædicamentalis est ens reale. Hæc concl. est expressæ D. Tho. & Phil. nam uterque enim pluribus in locis, assignat numerum veram speciem quantitatis; sed genus generalissimum quantitatis est aliquid reale impotens contrahi per species, quæ non sunt aliquid reale: ergo juxta Philos. & Ang. Mag. numerus prædicamentalis est aliquid reale.

3 Ratione vero prob. nostr. concl. sic. Numerus prædicamentalis est objectum Arithmeticæ; sed objectum Arithmeticæ est aliquid reale: ergo & numerus prædicamentalis. Prob. min. objectum Arithmeticæ abstrahit à materia sensibili: ergo est aliquid reale.

Prob. hæc conseq. Si objectum Arithmeticæ esset ens rationis abstraheret ab omni materia negativè, sicut objectum Logicæ: ergo si objectum Arithmeticæ abstrahit à materia sensibili signum evidens est, quod ejus objectum, quod est numerus, est aliquid reale.

4 Robotantur dicta. Illud est verè ens reale, quod reperitur à parte rei, independenter ab operatione intellectus; sed numerus prædicamentalis reperitur à parte rei, independenter à fictione intellectus: ergo vere est aliquid reale. Prob. min. Tres quantitates coconstituant numerum prædicamentalem; sed tres quantitates reperiuntur à parte rei, independenter à fictione intellectus: ergo & numerus prædicamentalis; & consequenter est aliquid reale.

5 Dico 2. Numerus prædicamentalis est etiam ens per se. Hæc concl. prob. 1. authorit. ex Ang. Mag. 8. Metaph. leſt. 3. ubi sic loquitur: est enim per se unum numerus, in quantum ultima unitas dat numero speciem, & unitatem; sicut etiam ex rebus ex materia, & forma, per formam est aliquid unum, & unitatem, & speciem sortitur: ergo numerus prædicamentalis, juxta D. Tho. est verè ens per se.

7 Ratione vero prob. concl. sic. Illud est ens per se, quod componitur ex partibus ingredientibus cum ordine; sed numerus prædicamentalis est hujusmodi: ergo est ens per se. Mai. patet: in

Sono v. g. Min. vero sic prob. Omnes unitates numeri ordinantur ad ultimam, tanquam ad ultimum complementum, & media qua constituantur in determinata specie: ergo numerus predicamentalis componitur ex partibus ingredientibus cum ordine: consequenterque est ens per se.

8 Dico 3. Numerus predicamentalis est vera species quantitatis, distincta à qualibet alia. Quod sic breviter ostenditur. Illud est vera species quantitatis, distincta à qualibet alia, quod habet veram extensionem, & distinctam à qualibet alia; sed numerus predicamentalis habet veram extensionem, & distinctam à qualibet alia: ergo est vera species quantitatis distincta à qualibet alia. Prob. min. Numerus habet extensionem, & est divisibilis in partes, non copulatas termino communis; sed habere partes, & extensionem hoc modo quanto convenit, & nulli alteri à numero: ergo.

9 Obijc. 1. contr. 1. concl. Numerus dependet in suo esse ab intellectu: ergo est ens rationis. Prob. aīs. numerus non est sine numerante; sed numerans est intellectus: ergo numerus dependet in suo esse ab intellectu. *Confirm.* Numerus abstractus, & precisus, nonnisi in intellectu reperitur: ergo ens rationis est, & non reale.

Resp. ad arg. dist. ultim. cōseq. ergo numerus dependet ab intellectu numerante, conc. cons.

dependet ab intellectu *fingente*, neg. cons. Verum nāque est, quod numerus non datur sine intellectu numerante; ex hoc tamen non sequitur, quod sit ens rationis, quia stat optimè, quod numerus habeat esse reale, & nihilominus dependere in tali esse ab intellectu: admodum quo, & si esse objecti visibilis sit verum, & reale, dependet tamen objectum in suo esse à potentia visiva: ita, quod si talis potentia possibilis non esset, non haberet esse, nec possibile esset objectum visibile: sic pariter dicimus in casu argum.

Ad confirm. yero resp. verū esse numerum abstractum non repertiri, nisi in intellectu, ex hoc tamen nō sequitur non esse ens reale: admodum quo, licet animal abstractum non sit nisi in intellectu, minimè sequitur non habere esse reale, & esse ens rationis.

10 Obijc. 2. Unitates constitutae numerū quaternariū, non possunt uniri media forma reali: ergo debet uniri media forma rationis. Prob. aīs. forma uniens aliquas unitates debet esse in omnibus illis; sed aliqua forma realis non potest esse in omnibus unitatibus: ergo unitates constitutae numerū quaternariū non possunt uniri media forma reali. Prob. min. unitates constitutae numerū sunt distinctæ; sed una forma nequit esse in pluribus subjectis distinctis: ergo forma realis non potest esse in pluribus unitatibus.

Resp. dist. mai. ult. discursus,

Unitates sunt distinctæ, & adunatae, conc. mai. & non adunatae, neg. mai. & sub eadem distinctione, min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod unitates constituentes numerum unius media aliqua forma reali, media videlicet ultima unitate, quia licet illæ unitates sint distinctæ, ut constituant numerum sunt adunatae; cumque eadem forma realis bene possit esse in pluribus rebus adunatis, cum prout sic se habeant per modum unius: hinc est, quod unitates constituentes numerum, quartarium bene possunt uniri, & de facto uniuntur media forma reali.

11. Obijc. 3. contr. 2. conclus. Numerus est ens per accidens: ergo non est ens per se. Prob. a.ñs. 1. numerus constat ex pluribus unitatibus; sed illud, quod componitur ex pluribus unitatibus, non potest esse ens per se: ergo numerus, est ens per accidens, & non per se. 2. prob. idem a.ñs. Secundum Arist. numerus est unus sicut cumulus; sed cumulus est ens per accidens: ergo.

Resp. neg. a.ñs. & ad 1. illius prob. dist. mai. Numerus constat ex pluribus unitatibus, cum ordine ingredientibus, conc. mai. sine tali ordine ingredientibus, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod numerus nullatenus est ens per accidens, sed per se, quia licet componatur ex pluribus unitatibus, componitur tamen ex illis, ut ingredienti-

bus cum ordine, quod sufficit, ut numerus sit unus per se perfecte ordinis. ¶ Ad 2. prob. Resp. neg. suppositum, quia Philosopher non dixit, quod numerus est unus, sicut cumulus, sed quod si numerus est unus per se, debet assignari per quod fiat unus, & si non assignetur, erit sicut cumulus; cum ergo nos assignemus per quod fiat unus, scilicet ultimam unitatem: hinc est, quod sit unus per se, & non unus per accidens. sicut cumulus.

12. Obijc. 4. Ex pluribus entibus completis non potest fieri unus ens per se; sed numerus componitur ex pluribus entibus completis: ergo non est ens per se. Prob. min. numerus componitur ex pluribus unitatibus; sed qualibet unitas est ens completum: ergo. Prob. min. qualibet unitas est quantitas continua; sed quantitas continua est ens completum: ergo.

Resp. conc. mai. ultimi cursus, dist. min. sed quantitas continua est ens completum, in genere quantitatis, continua, conc. min. in genere quantitatis, discreta, neg. min. & conseq. Dicimus ergo, quod numerus non componitur ex pluribus entibus completis: quia licet componatur ex pluribus unitatibus, quarum qualibet, utpote quantitas continua, sit quid completum in genere quantitatis continua, est tamen quid in completum in genere quantitatis discretæ; cum in hoc genere

quælibet quantitas continua, & consequenter quælibet unitas sit indivisibilis: ac proinde ex illis bene potest resultare unum ens per se.

13 Obije. ultim. Ultima unitas est, quæ dat speciem numero; sed esse ultimam unitatem habet ab intellectu: ergo numerus non est ens reale, nec ens per se. *Res p. conc. mai. dist. min.* habet ab intellectu, tanquam à conditione, *conc. min.* tanquam à ratione formalis, neg. min. & conseq. Verum namque est, quod ultima unitas dat speciem numero, cum se habeat, ut terminus, & complemētum determinativum, cæterarum; cæterum esse ultimam non habet ab intellectu singente, tanquam à ratione formalis: nam quælibet unitas per suammet entitatem habet capacitatem ad hoc, quod sit ultima; unde solum quo ad applicationem, & exercitium dependet ab intellectu: ex quo nullo modo sequitur, quod numerus non sit verè, & proprie ens reale, verèque, & proprie ens per se.

QUÆST. XIV.

UTRUM ORATIO SIT VERA,
Oratio distincta species quantitatis discretæ?

IN hac quæst. non est sermo de oratione grammaticalí, quæ constat nomine, & verbo, nec de oratione dialectica, constanti ex partibus significativis,

sed loquimur de oratione, quatenus componitur pluribus syllabis ordinatè sibi succendentibus, & prout sic sumpta oratione, iste sunt orationes, temporis, sermonis, legere, docere; imo, & tres sonitus cymbali, vel tubæ, & tres saltus ordinatè sibi succedentes habent rationem orationis. Quapropter oratio sic sumpta, diffinitur sic: est mensura quorūcumque motuum ordinatè sibi succedentium. Quo supposito.

2 Ad quæstum dicendum est, quod oratio nō constituit distinctam speciem quantitatis à numero: constituit tamen in ratione mensura. Hæc conclus. habet duas partes prob. & quo ad 1. prob. sic. Illud constituit distinctam speciem quantitatis, quod habet distinctam extensionem; sed oratio non habet distinctam extensionem à numero: ergo non constituit distinctam speciem quantitatis à numero. Prob. min. oratio habet eisdem partes, & eodem modo extensas, & non copulatas, ac numerus: ergo non habet distinctam extensionem à numero. Prob. min. hæc oratio, sermonis habet simul rationem numeri, & orationis: ergo oratio habet eisdem partes, & eodem modo extensas, & non copulatas, ac numerus.

3 Deinde prob. 2. pars concl. sic. Illa distinguuntur in ratione mensuræ, quæ habent distinctum modum mensurandi; sed numerus, & oratio habent diversum modum mensurandi: ergo oratio

constituit diversam speciem quantitatis à numero, in ratione mensuræ. Probat. Numerus mensurat res numeratas penes *multitudinem*, oratio vero penes *longitudinem*, vel *brevitatem*: ergo numerus, & oratio habent diversum modum mensurandi: ac proinde distinguuntur in ratione mensuræ.

4 Contr. 1. part. concl. hoc unicum militat arg. Juxta Phil. oratio est distincta species quantitatis à numero: ergo prima pars concl. est nulla. *Rsp.* tamen faciliter ex dictis, explicando Phil. oratio est distincta species à numero in ratione *mensuræ*, conc. aīs. in ratione *quantitatis*, neg. aīs. & conseq. Philosophus enim solum dixit, quod oratio in ratione mensuræ distinguatur à numero, quia habet distinctum modum mensurandi; & ratio est, quia Philosophus in hoc cap. agebat de oratione sub ratione mensuræ: non tamen intendit quod sit distincta species in ratione quantitatis; quia hanc non potest habere, cum habeat easdem partes, & eandem extensionem, ac numerus: consequenterque semper manet verum, quod licet distinguantur in ratione mensuræ, non tamen constituant distinctam

speciem quantitatis

discretæ.

XO



QUÆST. XV.

UTRUM PROPRIETATES
quantitatis recte à Philosopho
assignentur?

TRes assignavit Phil. proprietates quantitatis. Quarum 1. est, quod quantitati nihil est contrarium. Et ratio est, quia contraria sunt, quæ sub eodem genere maximè distant, & ab eodem subjecto mutuo se expellunt; sed una quantitas non expellit aliam à subjecto: ergo. 2. Proprietas est, quod quantitas non suscipit magis, nec minus. Et ratio est, quia in tantum aliqua forma suscipit magis, vel minus, in quantum magis, vel minus suscipit de suo contrario; sed quantitas non suscipit magis, vel minus de suo contrario, cum illud non habeat: ergo quantitas non suscipit magis, vel minus. Itē tamen duæ proprietates non convenient quantitati quarto modo; cum etiam convenient substantiæ. 3. Proprietas est, quod secundum quantitatem dicuntur aliqua æqualia, vel inæqualia. Et ratio est, quia sicut proprium est qualitatis esse mensuram similitudinis, aut dissimilitudinis, ita est proprium solius quantitatis, esse mensuram æqualitatis, vel inæqualitatis: ergo prædictæ tres proprietates sunt recte à Phil. assignatae. Ut ta-

men

men hoc clarius constet.

2 Contr. i. proprietatem Obijc. i. Magnum, & parvū sunt species quantitatis; sed magnum cōtrariatur parvo: ergo quantitatī aliquid est contrarium. *Confirm.* Motus augmentationis, & diminutionis, sunt motus contrarij: ergo debent habere terminos cōtrarios: nunc sic; sed terminus augmentationis est *magnus*, & terminus diminutionis est *parvū*, ergo magnum, & parvum sunt contraria.

Resp. ad arg. conc. mai. neg. min. Magnum enim, & parvum proprie minimè contrariantur, quia contraria sunt, ut diximus, quæ ab eodem subjecto mutuo se expellunt: quod quidem non habent magnum, & parvum, sed potius in eodem subjecto compatiuntur. Nam idem homo respectu formicæ est magnus, & respectu montis est parvus. ¶ Ad confir. vero dicimus, quod motus augmentationis, & diminutionis non opponuntur contrarietate rigurosa, sed lata; quatenus sunt inter se incompatibilis: ex quo non sequitur, quod termini illorum sint rigurosè contrarij.

3 Obijc. 2. Locus est vera species quantitatis; & tamen loco aliquid est contrarium: ergo quantitatī aliquid est cōtrarium. *Prob.* min. Loco sursum contrariatur locus deorsum: ergo loco aliquid est contrarium. *Confirm.* juxta Arist. corpora contraria tendunt in loca contraria, in quantum ha-

bent qualitates conservativas cōtrarias: ergo juxta Philos. loca sunt contraria.

Resp. ad arg. dist. mai. Locus est vera species quantitatis, ut est *ultima superficies corporis continentis*, conc. mai. ut dicit *es*, *se sursum*, vel *deorsum*, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod locus potest dupliciter considerari, videlicet, ut est *ultima superficies corporis continentis*, &, ut est *sursum*, vel *deorsum*: si 1. modo consideretur est species quantitatis; cæterum prout sic nihil est illi contrarium. Si vero 2. modo consideretur non est species quantitatis, sed constituit, & pertinet ad prædicamentum *ubi*, & prout sic est illi contrarium: ac proinde semper est verum dicere, quod quantitati, ut tali nihil est contrarium.

Ad confirm. resp. explicand, Phil. corpora contraria tendunt ad loca contraria *ratione sui*, neg. aīs. *ratione qualitatum*, conced. aīs. & neg. conseq. Dicimus ergo, quod verum est, quod corpora contraria feruntur ad loca contraria v. g. leye sursum, & grave deorsum; cæterum ista loca non sunt contraria, ratione sui, sed ratione qualitatum. Quæ explicatio ex verbis Phil. constat. Unde, & si qualitati aliquid sit contrarium, non tamen quantitati.

4 Obijc. 3. contr. 2. proprietatem. Quantitas per rarefactione

fit major, & extensior, ut ipsa experientia testatur: ergo quantitas suscipit magis, & minus. *Confirm.* Quantitas habet propriū augmentum, secundum D. Tho. ergo suscipit magis, & minus juxta Ang. Mag. Prob. aīs. D. Tho. 1.2.q.52.ar.2.ad 1.ait: *quod quantitas habet propriū augmentum, sicut aliæ formæ accidentales per modum intensionis ejus in subjecto: sicut patet in his, quæ rarefunt.* Et idem docet 2.2.q.24. ar.5. ad 1. ergo.

Ad arg. Resp. conc. aīs. neg. conseq. Verum namque est, quod quantitas per rarefactionem fit major, & extensior: ceterum ex hoc non sequitur, quod magis, vel minus suscipiat; quia tunc aliqua forma accidentalis magis, & minus suscipit, quando magis radicatur in eadem parte subjecti, & magis expellit de suo contrarios & cum hoc non habeat quantitas per rarefactionem; hinc est, quod non suscipit magis, & minus.

Ad confirm. Resp. explic. D. Tho. quantitas habet propriū augmentum extensivum, conc. aīs. intensivum, neg. aīs. & conseq. Dicimus ergo, quod quantitas per rarefactionem non habet augmentum intensivum, quod requiri- rebatur, ut magis, & minus susciperet, sed solum habet augmentum extensivum, quod non sufficit. Parificat autem D. Tho. istud augmentum extensivum cum intensivo, in quantum, sicut augmentum intensivum fit absque

additione gradus ad gradum, ita augmentum extensivum per rarefactionem fit absque additione novæ quantitatis.

Obijc. ultim. Alia præter quantitatem dicuntur æqualia, vel inæqualia: ergo hoc non est proprium quarto modo quantitatis. Prob. aīs. duæ differentiæ substanciales dicuntur æquales, & similiter Personæ Divinæ sunt æquales, & duo Angeli inæquales: ergo. *Confirm.* esse æquale, vel inæquale non pertinet ad quantitatem, sed ad relationem: ergo non est proprietas quantitatis. Prob. aīs. æquale, & inæquale sunt relativa ad aliud: ergo.

Resp. ad arg. dist. 2. aīs. Duæ differentiæ substanciales dicuntur æquales *impropriè*, conc. aīs. *propriè*, neg. aīs. & conseq. Dicimus ergo, quod duæ formæ substanciales, Personæ Divinæ, & Angeli dicuntur æquales, vel inæquales *impropriè*, ratione quantitatis virtutis, aut perfectionis, quæ *impropriè* est quantitas; non tamen dicuntur æquales *propriè*, cum non habeant quantitatem molis, quæ est mensura propria æqualitatis, vel inæqualitatis.

Ad confirm. vero dist. aīs. Esse æquale, vel inæquale non pertinet ad quantitatem, sed ad relationem, *formaliter*, conc. aīs. *fundamentaliter*, neg. aīs. & conseq. Dicimus ergo, quod æquale, & inæquale possunt dupliciter considerari, formaliter, videlicet, *quatenus important relationem,*

nem, & fundamentaliter, pro ipsa quantitate fundante relationē; si primo modo consideretur, certum est, quod pertinent ad prædicamentum relationis; si tamen secundo modo accipiāntur ad quantitatem proprie pertinēt, seu ad prædicamentum quantitatis. *Et hoc de prædicamento quantitatis.*

CAPUT DE RELATIONE.

QUÆST. XVI.

QUID SIT RELATIO SECUNDUM esse, & an sit à relatione secundum dici distincta?

PRo hujus dubij resolutione est advertendum 1. quod relatio secundum esse sic ab Aristotele diffinitur, relativa secundum esse sunt: *qua ad aliquid sunt, quibus hoc ipsum esse est ad aliud quodammodo se habere.* Quæ diffinitio coincidit cum altera, quæ communiter solet tradi, videlicet relatio secundum esse est, ens, cuius totum suum esse est in ordine ad aliud. Quæ diffinitio optima est, nam constat genere, & differentia, illa particula *ens* ponitur loco generis, quia per illam convenit cum relatione secundum dici, & cum alijs prædicamentis; altera particula loco differentię collocatur, quia per illam differt à supradictis: ergo est optimè assignata.

2. Est notandum, quod qua-

tuor sunt proprietates relationis. 1. est, quod relationi aliquid est contrarium. 2. quod relatio magis, & minus potest suscipere. Utraque tamen proprietas ista debet intelligi ratione fundamenti. 3. Proprietas est, quod relativa dicuntur ad convertentiam, quia bene valet; est pater: ergo alicius filius. Est filius: ergo alicius Pater. 4. Denique proprietas est, quod relativa sunt simul natura, & cognitione. Natura sunt simul, quia dicuntur ad convertentiam: cognitione, quia unum non potest cognosci, sine alio. Hoc supposito.

3. Ad principale quæstum veniendo, resolutorie dicendum est, quod relativa secundum esse, & relativis secundum dici maxime distinguuntur. Hęc concl. prob. auctoritate, & ratione: autho. ex Ang. Mag. 1.p. q.1. ar.7. ad 1. ubi sic loquitur: *quædam relativa sunt imposita ad significandas ipsas habitudines relatives, ut Dominus, servus, Pater, filius, & hujusmodi.* & hæc dicuntur relativa secundum esse. Quedam vero sunt imposita ad significandas rationes, quas consequuntur quædam habitudines, sicut movens, & motum, caput, & capitulum, & alia hujusmodi, quæ dicuntur relativa secundum dici. Hęc D. Tho.

4. Ex quibus verbis deducitur fundamentalis ratio nostr. concl. ad hanc formam reducta. Relatio secundum esse, & relatio secundum dici habent distinctum esse: ergo;

Maxime distinguuntur. Prob. aīs. *relatio secundum esse est*, cuius totum suū esse est in ordine ad aliud; sed *relatio secundum dici* non habet totum suum esse in ordine ad aliud: ergo habent distinctum esse. Consequētia recte infertur: mai. & min. sunt probandæ, & mai. prob. sic. *Pater*, ut pater, est relativum secundum esse; sed *Pater*, ut pater, totum suum esse habet in ordine ad aliud: ergo, & *relatio secundum esse*. Prob. min. *Pater*, ut *Pater* significat ordinem, & respectum ad *Filium*: ergo. Prob. aīs. hoc nomen *Pater* impositum fuit, ut inquit D. Tho. ad significandam ipsam habitudinem Patris ad *Filium*: ergo *Pater*, ut *Pater* significat ordinem, respectum ad *Filium*: & consequenter relativum secundum esse, totum suum esse habet in ordine ad aliud.

Minor etiam principalis prob. sic. *Scientia* est relativum secundum dici; sed scientia non habet totum suum esse in ordine ad aliud: ergo *relatio secundum dictum* non habet totum suum esse in ordine ad aliud. Prob. min. hoc nomen *scientia* primo, & per se non significat habitudinem scientiæ ad scibile, sed qualitatem absolutam: ergo hoc nomen *scientia* non habet totū esse in ordine ad aliud. Consequenterque *relatio secundum esse*, & *relatio secundum dici* maxime distinguuntur.

5 Ex qua doctrina clarissime infertur, quod inter relationem

secundum esse, & relationem secundum dici, tres inveniuntur differentiae. 1. Quod *relatio secundum esse*, respicit terminum, ut purum terminum; *relatio vero secundum dici*, ut causam, vel effectum. 2. Quod *relatio secundum esse* significat ordinem, & respectum, non tamen expressè significat fundamentum: *relatio vero secundum dici* utrumque potest significare, ut optimè advertit D. Tho. in 2. dist. 1. q. 1. ar. 5. ad 2. ¶ 3. Differētia est, quod *relatio secundum dici* est idem, ac *relatio transcendentalis*; quia sicut *relatio transcendentalis* per omnia genera divagatur, & ideo transcendentalis dicitur; ita relationes secundum dici in omnibus reperiuntur prædicamentis. Relationes autem secundum esse, licet possint pro materiali connotare, & afficere res diversorum prædicamentorum, formaliter tamen, solum reperiuntur in genere relationis.

6 Obijc. 1. *Relatio secundum esse* non habet totum suum esse in ordine ad terminum: ergo in hoc non distinguitur à relativis secundum dici. Prob. aīs. *relatio secundum esse* habet suum esse in ordine ad subjectum: ergo non habet totum suum esse in ordine ad terminum. Prob. aīs. *relatio secundum esse* est verè accidens: ergo habet suum esse in ordine ad subjectum. Confirm. Materia prima est relativum secundum dici; & tamen totum suum esse habet in ordine ad formam: ergo relati-

distinguntur à relativis secundū dici. Prob. min. materia prima nō habet esse præcisivè à forma: ergo, Resp. ad arg. neg. aīs. ad cujus prob. dist. aīs. Relatio secundum esse habet suum esse in ordine ad subjectum, ut illud referat ab terminā, conc. aīs. ad subjectum **absolutè sumptū**, neg. aīs. & cons. Dicimus ergo, quod licet relatio secundum esse habeat suum esse à subjecto, vel per ordinem ad subjectum, non tamen, ut in illo sit, sed, ut ultimate ordinet ad suum terminum: ac proinde **verè** dicitur, quod relatio secundum esse habeat totum suum esse non in ordine ad subjectum, sed in ordine ad terminum. ¶ Ex qua doctrina ad confirm dicimus, quod, licet materia prima habeat esse à forma, non tamen habeat esse per ordinem ad formam: ac proinde distinguuntur à relatione secundum esse, quæ totum suum esse habet per habitudinem ad terminum.

QUÆST. XVII. UTRUM DENTUR ALIQUÆ relationes reales?

PArtem negativam tenuerunt aliqui antiqui. Alij vero, cum communi sententia relationes reales concedebant, esse tamen reales secundum communem conceptum, non tamen esse reales secundum proprium conceptum relationis. Ita tenuit Gilbertus Porretanus; unde ex consequenti realē distinctionē Di-

vinarum Personarum negabat, quem tamen errorem in Concilio Remensi sub Eugenio 3. retractavit.

2. Pro veritatis tamen explicazione Dico 1. Dantur aliqua relationes reales, non solum in divinis, sed etiam in creatis. Hæc concl. est expressa D. Tho. pluribus sue doctrinæ locis; & præcipue 1. part. q. 13. ar. 7. & q. 7. de Potent. ar. 9. prob. que 1. sic. Secundum fidem non possunt negari relationes reales in divinis: ergo etiam debent concedi in creatis. Aīs. constat: siquidem tres Personæ Divinae, ut fides docet, distinguuntur, & opponuntur realiter; sed non distinguuntur, nec opponuntur in aliquo prædicato absoluto: ergo in prædicatis relativis. Conseq. vero sic prob. Ideo in Divinis dantur relationes reales, quia Filius realiter procedit à Patre; sed etiam in creatis, Filius realiter à Patre procedit, & cum majori distinctione, quam in divinis: ergo si in Divinis dantur relationes reales, etiam dantur in creatis.

2. Prob. concl. ratione D. Th. locis supra citatis ad hæc formam reducta. Illud est aliquid reale, quod reperitur à parte rei, indepē denter ab operatione intellectus singentis; sed datur à parte rei aliqua relationes, indepē denter ab operatione intellectus singentis: ergo datur aliqua relationes reales. Mai. cum conseq. est nota. Min. vero sic prob. Quilibet effectus ad suam causam realem,

& mensurabile ad suam mensuram dicit realiter ordinem, independenter ab operatione intellectus fингentis: ergo dantur à parte rei aliquæ relationes independenter ab operatione intellectus fингentis. Prob. aīs. quilibet effectus realis, realiter dependet à sua causa, & mensurabile à sua mensura: ergo quilibet effectus realis, dicit ordinem ad suam causam, & mensurabile ad suam mensuram, indepenter ab operatione intellectus fингentis: necessario ergo sunt concedendæ aliquæ relationes reales.

3. Dico 2. Dantur aliquæ relationes, que non solum secundum conceptum genericum in, sed etiam secundum conceptum differentiale ad sunt aliquid reale. Hæc concl. prob. etiā dupl. & 1. sic. Si relatio secundum conceptum ad differentiale, non esset aliquid reale, Personæ Divinæ, nec essent aliquid reale, nec realiter opponerentur; sed hoc dicendum non est: ergo aliquæ relationes non solum secundum conceptum in, sed etiam secundum conceptum ad sunt aliquid reale, prob. mai. seu sequela. Personæ Divinæ constituuntur formaliter per relationem secundum conceptum proprium ad relationis, distinguunturque, & opponuntur: ergo si aliquæ relationes secundum conceptum ad non essent aliquid reale, personæ Divinæ non essent aliquid reale, nec realiter opponerentur; cumque hoc salva fide nequeat dici,

dicendum est, quod dantur aliquæ relationes secundum conceptum ad reales.

4. 2. prob. concl. Si relatio realis esset realis secundum conceptum in, & non esset realis secundum conceptum ad, esset realis, & non esset realis; hoc est omnino implicitorum: ergo relatio realis non solum est realis secundum conceptum in, sed etiam est realis secundum conceptum ad. Min. cum conseq. tenet, sequela vero sic prob. In primis talis relatio esset realis, ut supponimur; alias realis non esset: ergo esset, & non esset realis. Prob. min. relatio resultat, & conflatur ex conceptu in, & ex conceptu ad; sed ex duplice conceptu inadæquato, quorum unus est realis, & alter rationis, nequit resultare aliquid reale: ergo si conceptus in relationis esset realis, & conceptus ad rationis, relatio ex illis resultans non esset realis: ergo esset, & non esset realis; cumque hoc implicitorum sit, dicendum est, quod sunt aliquæ relationes reales, non solum secundum conceptum in, sed etiam secundum conceptum ad, licet secundū hunc ultimum conceptum realitatem non explicitent.

5. Contr. 1. concl. Obijs. 1. Omnis relatio est comparatio unius ad aliud; sed omnis comparatio fit ab intellectu: ergo omnis relatio est aliquid rationis. Confirm. Licet à parte rei detur fundamentum relationis, non tam

men datur ipsa relatio formaliter sumpta: ergo licet relatio fundamentaliter sumpta sit aliquid reale, formaliter tamen sumpta, semper est aliquid rationis.

Resp. ad arg. neg. mai. Non enim omnis relatio est comparatio, quia licet aliqua ad hoc, quod dicant ordinem unius ad aliud, egeant comparatione intellectus, aliae tamen sunt, quae ex natura sua, & independenter ab operatione intellectus dicunt ordinem, & habitudinem ad aliud; in quo ordine, & habitudinem consistit ipsa relatio. Exemplum est in duobus albis, nam positis à parte rei, ex natura sua, & independenter ab intellectu unum dicit ordinem, & habitudinem aliud; quiordo, & habitudo nihil aliud est, quam relatio similitudinis formalissime sumpta: consequenterque non omnis relatio est rationis, sed aliquæ sunt relationes reales.

6 Sed confr. replicab. Positis duobus albis à parte rei non daretur relatio formaliter sumpta, sed tantum fundamentaliter: ergo solutio est nulla. Prob. aīs. Politis duobus albis à parte rei tantum daretur fundamentum relationis, scilicet *albedo*, & ratio fundandi scilicet unitas, &c. venientia: ergo non daretur tunc relatio formaliter sumpta, sed tantum fundamentaliter.

Resp. tamen ad istam replic. neg. utrumque aīs. Dicimus ergo, quod positis duobus albis à parte rei, non solum daretur à

parte rei fundamentum, & ratio fundandi, sed etiam ipsa relatio formaliter sumpta, scilicet ordo, & habitudo unius ad aliud. Quia posito fundamento, & termino statim resultat relatio; cumque positis duobus albis poneretur fundamentum, & terminus, & omnia alia requisita hinc sit, quod etiam resultaret relatio.

Ad confirm. Dicimus, quod licet in aliquibus solum sit fundamentum ad hoc, quod intellectus illa comparet, & media ista comparatione resultet relatio rationis, ut patet in *animali*, & *rationali*; aliae tamen sunt res, in quibus, non solum est fundamentum ad relationem, sed etiam ipsam relatio formaliter sumpta à parte rei, & independenter ab operatione intellectus invenitur; consequenterque ita relatio realis est, & à parte re reperitur, non solum fundamentaliter, sed etiam formaliter.

7 Obijc. 2. Posito hic aliquo albo, per hoc quod alibi aliud albu nascatur, non resultat in primo albo aliqua entitas, vel formalitas realis: ergo nulla resultat relatio realis. Prob. aīs. non datā causa productiva talis entitatis, aut formalitatis: ergo. Prob. aīs. si esset aliqua causa, vel esset producens primum album, vel producens secundum; sed neutrum ex his potest esse causa illius entitatis, vel formalitatis: ergo.

Resp. neg. min. ultimi cursus, quo ad hanc part. Dicimus,

enim, quod posito hic uno albo per hoc, quod alibi aliud album nascatur resultat necessario in primo albo aliqua entitas, vel formalitas realis, quae quidem entitas, aut formalitas nihil aliud est, quam relatio realis similitudinis ad alterum album; causa autem productiva istius formalitatis, aut relationis est producens primum album, non quidem absolute, sed dependenter à positione termini, unde posito termino resultat ipsa relatio, tanquam terminus secundarius actionis productivæ fundamenti, quae ibi virtualiter perser- verat.

8 Obje. 3. Relatio est denominatio extrinseca: ergo non est aliquid reale constituens speciale prædicamentum. Prob. a.ñs. secundum D. Tho. opusc. 48. cap. 3. *Relatio non differt a fundamento, nisi ratione termini extrinseci.* Et t. 2. q. 7. ar. 2. ad 1. ait: *quod in his, quae ad aliquid dicuntur, denominatur aliquid non solum ab eo, quod ineſt, sed etiam ab eo quod extrinsecus ad jacet;* ergo secundum D. Tho. relatio est denominatio extrinseca non constitutens speciale prædicamentum.

Resp. neg. a.ñs. Quia relatio non est denominatio extrinseca, sed intrinseca; nec oppositum dicit D. Tho. nam in primo loco citato solum intendit, quod relatio distinguitur a fundamento ratione termini extrinseci, in quantum relatio est id, quo subjectum refertur ad terminum, & subjec-

tum est id quod. Quod quidem verissimum est. ¶ Ad 2. authoritatem dicimus, quod D. Tho. ibi solum intendit, quod non solum fundamentum denominetur à relatione in ipso existente intrinsece, sed etiam denominetur extrinsece à relatione in alio existente, ut Pater à relatione existente in Filio, quod libenter concedimus. 9 Obje. ult. Relatio secundum conceptum ad non dicit realitatem: ergo relatio secundum conceptum ad realis non est. Prob. a.ñs. secundum D. Tho. I. p. q. 28. ar. 1. *Solum in his, que dicuntur ad aliquid inveniuntur aliqua secundum rationem tantum,* & non secundum rem, quod non est in alijs generibus; sed si relatio secundum conceptum ad diceret realitatem, hoc verum non esset: ergo.

Resp. dist. a.ñs. Relatio secundum conceptum ad non dicit realitatem, pro expresso, conc. a.ñs. pro implicito, neg. a.ñs. & conseq. Dicimus ergo, quod licet relatio secundum proprium conceptum ad, pro explicito realitatem non dicat, pro implicito tamen realitatem importat. Ex quo sequitur manifestè differentia inter genus relationis, & alia genera, posita à D. Tho. nam hoc ipso, quod relatio secundum conceptum ad non dicat pro expresso realitatem, sed solum esse ad terminum, genus relationis proprie dicitur, tam de relatione reali, quam rationis; cum etiam relatio rationis sit ad terminum. Qualitas autem

& quantitas rationis non dicunt proprietatem, adhuc analogice, id, quod est de ratione quantitatis, aut qualitatis, quod est extende-re partes subjecti inhaesio-nis, vel illud qualificare; cum illud non habeant, sed solum habeant sub-jectum denominationis, utpotè entia rationis. Unde genus quantitatis, aut qualitatis non dicitur proprio de illis: quod intendit D. Tho. & non amplius.

QUÆST. XVIII.

QUID REQUIRATUR AD RE-lationem prædicamen-talem.

EX dictis in præcedentibus constat, quod dantur ali-quæ relationes rationis, quæ ab hoc prædicamento, utpotè dividente ens reale, merito excluduntur. Dantur etiam relationes divinæ, quæ, quia infinitæ, eadem ratione, qua Deum à prædicamento exclusimus, ab hoc prædicamento relegantur. Ac de-nique alia sunt relationes secun-dum dici, & transcendentales, quæ sub speciali genere non con-tinentur, sed per omnia genera divagantur. Ut clarè ergo con-set, quæ relationes sunt prædicamentales ad hoc prædicamentum specialiter pertinentes, inquirimus in præsenti; quid requiratur ad relationem prædicamenta-lem?

2. Pro cuius resolutione supponendum est, quod ad relationem prædicamentalem tria concurrunt, scilicet subjectum, fundamen-tum, & terminus. Subjectum videlicet, cui inhaeret ipsa relatio, utpotè accidens; fundamen-tum à quo dimanet, & terminus in ordine ad quem habeat totum suum esse. De his ergo omnibus inquirimus, quomodo relatio exigit ista, & quid ex parte illorum requiratur. Quo supposito.

3. Dicendum est, quatuor con-diciones requiri ad relationem prædicamentalem: quarum 1. est, quod habeat subjectum reale, realiter existens. Et ratio est, quia relatio prædicamentalis est accidens rea-le; sed accidens reale exigit sub-jectum reale, cui realiter inha-erat: ergo relatio prædicamenta-lis exigit subjectum reale, reali-ter existens. Ex quo sequitur, quod non entia, entia rationis, & possibilia, nullam relationem prædicamentalem possunt dicere actu, cum non sint subjecta capa-cia ad illam substantandam.

4. 2. Conditio est, quod habeat fundamen-tum reale, & intrinsecum subje-cto, quod refertur. Ratio est, quia relatio prædicamentalis realiter naturali emanatione di-manat à fundamento; sed acci-dens reale qualis est relatio prædicamentalis, nequit ab ente ra-tionis, nec ab illo quod est ex-trinsecum subje-cto dimanare; ergo relatio prædicamentalis

debet habere fundamentum reale, & intrinsecum subiecto, quod refertur.

5. 3. Conditio est, quod etiam habeat terminum reale, realiter existentem; quæ conditio prob. à posteriori sic. Si relatio prædicamentalis non exigeret terminum reale, realiter existentem, sequeretur, quod in eodem subiecto v. g. in eodem albo essent infinitæ relationes; sed hoc impli- cat: ergo relatio prædicamentalis exigit terminum reale, & realiter existentem. Prob. sequela. Si relatio prædicamentalis non exigeret terminum existentem, idem album posset referri relatione prædicamentali ad omnia alba possibilia; sed omnia alba possibilia infinita sunt: ergo essent in eodem albo infinitæ relationes, vel ad minus infinitæ secundariae terminationes.

A priori vero prob. prædicta conditio sic. Relativa prædicamentalia, sunt simul natura, & existentia: ergo quando relatio existit etiam terminus debet realiter existere. Conseq. patet, an. vero sic prob. Relativa prædicamentalia dicuntur ad convertentiam: ergo sunt simul natura, & consequenter, quælibet relatio prædicamentalis exigit terminum reale, realiter existentem.

6. 4. Conditio est, quod relatio prædicamentalis debet esse inter extrema realiter distincta. Et ratio est, quia relatio nihil aliud est,

quam habitudo, & oppositio res lativa; sed ejusdem ad se ipsum non est habitudo, & oppositio: ergo debet versari inter extrema realiter distincta. Hoc tamen intelligendum est, quod sit inter extrema distincta, non materialiter, sed formaliter, ut fundant- ita, quod ratio fundandi distinc- ta sit in utroque extremo; ratio- ne cujus ait D. Tho. 1.p. q.42.ar. 2. non potest dari inter Divinas Personas relatio similitudinis, aut æqualiratis, quia ratio fundandi, scilicet essentia divina, non est diversa in extremis.

7. Ex dictis clare constat diffi- nitio, seu descriptio relationis prædicamentalis, videlicet, quod sit forma accidentalis realis, cuius totum suum esse sit in ordine ad ter- minum. Nam per esse formam ac- cidentalem excluduntur relationes divinae, quæ sunt formæ substan- tiales per se subsistens; & per esse formam realem excluduntur omnes relationes rationis, & denique per habere tota suum esse in ordine ad terminum, excluduntur rela- tiones secundum dici, quæ non habent totum suum esse in ordine ad terminum.

QUÆST. XIX.

QUOT SINT FUNDAMENTA
relationis prædicamentalis?

Cum relatio prædicamentalis sit inter omnia entia rea- lia minimæ entitatis, ejus uni-

tas , & distinctio nequit melius , & clarius cognosci , quam pér distinctionem , & unitatem ipsius fundamenti ; unde , ut hanc distinctionem , & unitatem relationum prædicamentalium cognoscamus , inquirimus in præsenti dubio , quæ , & quot sint relationis fundamenta ?

2 Dicendum igitur est cum Arist. & D. Tho. 5. Metaph. lect. 17. *Tria esse ingenera relationis fundamenta : videlicet , unitas , & numerus , actio , & passio , mensura , & mensurabile.* Quæ divisio bona , & adæquata est , quod sic ostenditur. Illud est fundamentum relationis , quod facit unum referri ad aliud ; sed quod facit unum referri ad aliud , directè , vel reductive pertinet ad aliquod ex his tribus : ergo hæc diviso est bona , & adæquata. Prob. min. omne , quod refertur ad aliud , vel refertur secundum *esse* , vel secundum *operationem* , vel secundum *portionem* , vel æqualitatem cum illo ; sed si refertur secundum *esse* , talis ordo fundatur in mensura , & mensurabili ; quia , quæ ab alio mensurantur , ab illo accipiunt esse ; si refertur secundum *operationem* , fundatur in *actione* , & *passione* ; si secundum *portionem* , vel æqualitatem cum illo , fundatur in *unitate* , & *numero* : ergo omne illud , quod facit unum referri ad aliud , pertinet directè , vel reductive ad aliquod ex tribus numeratis fundamenis : ac proinde divisio est

bona , & adæquata.

3 Obijc. 1. Aliquæ relationes possunt fundari in substantia , & qualitate : ergo non rectè fundamenta relationis à nobis assignantur. Prob. aīs. duæ substantiae fundant relationem identitatis , & duæ qualitates ejusdem rationis fundant relationem similitudinis : ergo aliquæ relationes possunt fundari in substantia , & qualitate.

Resp. conc. aīs. neg. conse. Verum namque est , quod in duabus substantijs , & in duabus qualitatibus possunt fundari relationes identitatis , & similitudinis ; ceterum istæ relationes etiam fundantur in unitate , & numero : ac proinde rectè fundamenta relationes assignamus.

4 Obijc. 2. Unitas , quam dicimus esse fundamentum relationis prædicamentalis , vel est unitas numerica , vel unitas formalis ; sed neutra potest esse fundamentum relationis prædicamentalis : ergo unitas non est fundamentum relationis prædicamentalis. Min. quantum ad 1. part. constat ; si quidem unitas in qua fundatur relatio debet esse unitas , per quam aliqua duo sunt unum ; sed per unitatem numericam nō sunt aliqua duo unum : ergo. Quantum ad 2. vero part. prob. eadem min. sic. Illud in quo fundatur relatio realis debet esse à parte rei , & aliquid reale ; sed unitas formalis non reperitur à parte rei , sed solum per intellectum : ergo

In unitate formalis non potest fundari relatio.

Resp. ad hoc arg. conc. mai. neg. min. quantum ad 2. partem, & ad ejus prob. conc. mai. dist. min. sed unitas formalis non est realis, unitas formalis per identitatem, conc. min. per convenientiam, & similitudinem, neg. min. & conseq. Dicimus ergo, quod unitas, que est fundamentum relationis prædicamentalis est unitas formalis, non per identitatem, sed per similitudinem, & convenientiam; & cum hæc unitas reperiatur à parte rei, ut diximus in 3. libro; hinc est, quod potest fundare relationem prædicamentalem.

Obijc. 3. In relationibus primi generis, non solum inveniuntur relationes similitudinis, identitatis, & equalitatis, sed etiam reperiuntur relationes dissimilitudinis, diversitatis, & inequalitatis; sed iste ultime relationes non possunt in unitate fundari: ergo male coarctatur primum genus relationis prædicamentalis ad unitatem, & numerum.

Resp. dist. min. Non possunt fundari in unitate, secundum quod dicit *indivisionem*, conc. min. secundum quod dicit *divisionem*, neg. min. & conseq. Unitas namque duo dicit, *indivisionem* videlicet, & *divisionem*; quatenus dicit *indivisionem* unius ab alio fundat relationes similitudinis, identitatis, & equalitatis; quatenus vero dicit *divisionem* fundat

relationes dissimilitudinis, diversitatis, & inqualitatis. Unde Petrus v. g. dicit relationem identitatis specificę ad Paulum, & relationem diversitatis specificę ad leonem; & utraque relatio fundatur in unitate specifica Petri, secundum diversos conceptus inadequatos ejusdem unitatis.

Obijc. 4. Nulla est relatio, que fundetur in numero: ergo male dicimus, quod numerus est fundamentum relationis prædicamentalis. Prob. aīs. si aliqua esset, maxime illa, que reperitur inter duos numeros binarios; sed ista non fundatur in numero: ergo nulla. Prob. min. relatio, que reperitur inter duos numeros binarios fundatur in unitate: ergo non fundatur in numero.

Resp. neg. aīs. & ad illius prob. neg. mai. Licet namque relatio, que reperitur inter duos numeros binarios non fundetur in numero, ut bene probat arg. fundatur tamen relatio numeri *quaternarij* ad numerum *ternarium*, que quidem in unitate fundari non potest, sed in proportione numeri ad numerum, in quantum ita se habet numerus *quaternarius* ad *quatuor unitates*, sicut *ternarius* ad *tres unitates*: ac proinde dantur relationes in numero fundate.

Obijc. 5. Nulla relatio potest fundari in actione, & passione; ergo actio, & passio non sunt fundamenta relationis prædicamentalis. Prob. aīs. si aliqua relatio

In actione, & passione fundatur, maxime relatio Paternitatis; sed ista non fundatur in illis: ergo. Prob. min. Existente relatione Paternitatis non existit actio generativa: ergo. Conseq. prob. Relatio similitudinis inter duo alba permanere non potest si deficeret unitas albedinis in qua fundatur: ergo similiter de Paternitate, &c.

Resp. conc. utrumque ultimum ahs. neg. conseq. & dicimus, quod relatio Paternitatis fundatur in actione generativa; quia licet non existat hæc formaliter, dum relatio Paternitatis existit virtualiter tamen existit in aliquo à se relieto: videlicet, in effectu ab ipsa generatione producto; à quo in *facto esse* ipsam relatio dependet. Consequenterque stat optime, quod transacta actione perseveret relatio Paternitatis in ipsa generatione fundata. Secus autem in relatione similitudinis: hæc enim fundatur in convenientia, & unitate exigente coexistentiali duorum; non autem in productione alicujus: unde tam *in fieri*, quam *in facto esse* à suo fundamento dependet, & non ab aliquo ab ipso relieto: ac proinde deficiente unitate albedinis inter duo, necessario ipsa relatio similitudinis periret.

8. Obije. ult. Nulla relatio potest in mensura, & mensurabili fundari: ergo non possunt esse fundamentum relationis prædicata-

mentalis. Prob. ahs. duplie. & i. sic: Mensurable ad mensuram semper dicit relationem transcendentalē: ergo non fundat prædicamentalem. 2. Prob. idem ahs. Mensurable respicit mensuram, sive existat, sive non existat: ergo relatione transcendentali.

Resp. neg. ahs. & ad i. prob. dist. ahs. Semper mensurable dicit relationem transcendentalē ad mensuram, quatenus respicit illam, ut *causam*, conc. ahs. quatenus illam respicit, ut *purum terminum*, neg. ahs. & conseq. Dicimus ergo, quod mensurable ad mensuram, v. g. scientia ad scibile, quatenus respicit illam, ut *causam*, dicit ordinem transcendentalē; secus tamen quando respicit mensuram, ut *purum terminum*; quia prout sic dicit relationem prædicamentalem, quæ quidem relatio in mensura, & mensurabili fundatur. ¶ Per quod patet solutio ad 2. prob. Dicimus enim, quod mensura respicit mensuratum, sive existat, sive non existat relatione transcendentali; non autem relatione prædicamentali, quia ad istam, ut diximus supra, necessarium est terminum realiter existere.

9. Ex dictis in hac quæstione, sequitur relationem essentialiter dividi, ut in species subalternas in prædicta tria genera relationis. Sub primo genere continentur, tum relationes similitudinis, & dissimilitudinis, tum æqua-

litatis, & inæqualitatis, identitatis, & diversitatis. Sub secundo genere continentur relationes Patris ad Filium, servi ad Dominum, & discipuli ad Magistrum. Sub tertio genere continentur relationes potentiarum ad objectum, scientiarum ad scibile.

10 2. Dividitur relatio in relationem mutuam, & non mutuam: mutua est illa, cui ex parte termini correspondet altera relatio. V. g. relatio similitudinis, & Paternitatis. Relatio non mutua est illa, cui ex parte termini non correspondet altera relatio, v. g. relatio creaturæ ad Deum, & Scientiarum ad scibile. Relatio mutua subdividitur in relationem equiparantiam, & disquiparantiam. Relatio æquiparantia est illa, cui ex parte termini correspondet similis relatio: v. g. relatio similitudinis. Relatio disquiparantia est illa, cui ex parte termini correspondet dissimilis relatio, v. g. relatio Paternitatis ad Filiū, cui non correspondet alia relatio Paternitatis, sed filiationis.

QUÆST. XX.

UTRUM RELATIONES PRÆdicamentalis possint esse fundamentum aliarum relationum prædicamentalium?

Quod est inquirere, an sicut duæ qualitates ejusdem rationis fundant relationem similitudinis, & duæ qualitates diversæ rationis, v. g. albe-

do, & nigredo fundant relationem dissimilitudinis; ita etiam duæ relationes prædicamentales ejusdem rationis, v. g. duæ Paternitatis possint fundare alias duas relationes similitudinis, & duæ relationes diversæ rationis, v. g. Paternitas, & filiationis duas alias relationes dissimilitudinis?

2 Ad quod resolutorie dicendum est, quod una relatio prædicamentalis, non potest esse fundamentum alterius. Hæc concl. prob. à posteriori, & à priori, à posteriori sic. si duæ relationes prædicamentales, v. g. duæ Paternitatis possent fundare duas relationes similitudinis, darentur actu infinitæ relationes; sed hoc dicendum non est ergo una relatio prædicamentalis non potest esse fundamentum alterius. Min. constat, siquidem infinitum in actu implicat, ut dicimus in Philosophia. Sequela vero sic prob. Si duæ relationes Paternitatis fundarent alias duas relationes similitudinis, illæ etiam fundarent alias, & istæ alias, & sic in infinitum: ergo. Prob. aīs. Ideo juxta contrarios duæ relationes Paternitatis fundarent alias duas relationes similitudinis, quia dicerent unitatem, & convenientiam; sed relationes similitudinis fundantur, etiam dicerent unitatem, & convenientiam, & sic de alijs, usque in infinitum: ergo si duæ relationes Paternitatis fundarent alias duas relationes similitudinis illæ etiam fundarēt alias, & istæ alias, & sic in infinitum.

3 Dices cū cōtrarijs, quod ex eo, quod relatio ies Paternitatis fūdat alias duas relationes similitudinis, & iste alias duas, solū sequeretur, quod darentur infinitæ relationes syncathegorematicè, & in potentia, quod inconveniens non est; non tamen sequeretur, quod darentur infinitæ relationes cathegorematicè, & actu, quia hoc infinitum, ut probat ratio, Philosophicè loquendo, repugnat.

Sed contr. hoc effugium sic insurgo. Si duæ relationes Paternitatis fundarent alias duas, & illæ alias, & sic in infinitum darentur actu, & chategorematicè infinitæ relationes: ergo solutio est nulla. Prob. aīs. istæ relationes, tunc casus existerent in eodem instanti temporis: ergo. Prob. aīs. Ponerenrur in eodem instanti, in quo ponitur fundamentum primarium relationum similitudinis: ergo existerent in eodem instanti temporis, & consequenter daretur infinitum in actu, & chategorematicè secundum multitudinem.

4 A priori vero prob. nostr. concl. Fundamentum relationis prædicamentalis debet habere influxum, & efficientiam in relationem fundatam; sed una relatio, respectu alterius hoc nequit habere: ergo nec una relatio prædicamentalis potest esse fundamenrum alterius. Mai. constat: siquidem relatio prædicamentalis resultat, & dimanat à fundamento; mia. vero sic prob. Relatio

prædicamentalis, utpote purus respectus est minimæ entitatis: sed illud, quod est minimæ entitatis, nequit habere influxum in aliam: ergo, nec una relatio in aliam ac proinde, nec illam fundare. Et adverte, quod non est idem de relatione rationis, quia si una relatio rationis, ut diximus in libro 2. potest supra aliam fundari, hoc est, quia fundamentum illius non habet activitatem, & efficientiam in ipsam, nec relatio rationis resultat ex suo fundamento, sed totum fit beneficio intellectus.

5 Contr. nostr. concl. unicum militat arg. quod sic proponitur. Duæ qualitates possunt fundare relationem similitudinis: ergo & duæ relationes. Prob. hac conseq. Ideo duæ qualitates possunt fundare relationem similitudinis, quia dicunt unitatem, & convenientiam; sed etiam duæ relationes prædicamentales, v.g. duæ Paternitates, dicunt unitatem, & convenientiam: ergo. Confirm. Duæ relationes paternitatis mutuo se respiciunt relatione similitudinis, cum sint similes: ergo fundant relationem similitudinis.

Resp. ad arg. conc. aīs. neg. conseq. & ad prob. Dicimus, quod non ideo præcise duæ qualitates possunt fundare relationem similitudinis, quia habent unitatem, & convenientiam, sed insuper, quia non sunt minimæ entitatis, cum ergo duæ relationes Paternitatis, & si dicant convenientiam,

tiam , sint tamen minimæ entitatis , utpote puri respectus : hinc fit , non posse fundare aliam relationem similitudinis .

+ Ad confirm. resp. dist. aīs. Duae relationes Paternitatis mutuo se respiciunt , se ipsis , conc. aīs. media alia relatione , neg. aīs. & conseq. Dicimus ergo , verum esse , quod duae relationes Paternitatis mutuo se respiciunt , ceterum non se respiciunt media relatione distincta , quam fundent , sed se ipsis inspiciuntur : ac proinde non sequitur ex hoc , quod fundent relationem similitudinis distinctam .

QUÆST. XXL

UTRUM RELATIO PRÆDICAMENTALIS DISTINGUATUR REALITER A SUO FUNDAMENTO?

Pro resolutione hujus dubij supponendum est , quod in aliquibus relationibus prædicamentalibus fundamentum distinguatur realiter entitative à subjecto , ut patet in relatione , quæ est inter duos homines albos : in alijs tamen relationibus idem entitative est fundamentum , & subjectum , ut patet in relatione , que fundatur in duabus substantijs , & in duabus qualitatibus separatis à subjecto . Unde supponimus tan-

quam , certum , quod quando fundatum distinguitur entitative à subjecto , etiam ipsa relatio ; nam relatio , si cum aliquo identificatur maxime cum fundamento . Quo supposito .

2. Dico 1. Relatio prædicamentalis realiter , saltem , virtualiter , distinguatur à fundamento . Quod sic prob. Illa , quæ pertinent ad distincta prædicamenta saltem realiter virtualiter distinguuntur : alias ad distincta prædicamenta non pertinerent ; sed relatio , & fundatum pertinent ad distincta prædicamenta : ergo . Prob. min. Relatio pertinet ad prædicamentum relationis ; sed fundatum , utpote quid absolutum , ad prædicamentum relationis non pertinet : ergo .

3. Dico 2. Relatio prædicamentalis realiter entitative distinguuntur à suo fundamento . Hæc concl. prob. auctoritate , ex D. Tho. I. p. q. 28. ar. 2. ubi sic loquitur : *Sicut in creatis in eo , quod dicitur relative , non solum invenitur respectus ab alterum , sed aliquid absolutum , ita in eo ; sed aliter , nam id , quod invenitur in creatura , preter id quod continetur sub significatione nominis relativi est alia res , in Deo autem non est alia res . Idemque docet q. 8. de Parent. ar. 2. & in 4. contr. gent. cap. 14. ex quibus verbis iste deducitur discursus . Relatio secundum D. Tho. distinguitur à fundamento , tanquam res à re ; sed illa , quæ distinguuntur tanquam res à re , proprie , & rigu-*

posse loquendo, distinguuntur realiter entitatively : ergo sentit Div. Tho. quod relatio, & fundamen-tum realiter entitatively distinguuntur.

4 Ratione vero fundamentali prob. concl. sic. Quæ realiter separantur, realiter entitatively distinguntur ; sed relatio, & fundamen-tum realiter separantur : ergo realiter entitatively distinguntur. Prob. min. destructa relatione, manet fundamentum : ergo. Prob. aīs. Destructo termino relationis, destruitur relatio ; sed destructo termino, potest manere fundamentum : ergo destructa relatione manet fundamentum. Min. constat : siquidem destructo uno albo terminante relationem similitudinis, potest manere aliud album, quod est fundamentum. Mai. vero sic prob. Destructo specifativo, destruitur specificatum ; sed destructo termino, destruitur specificativum relationis : ergo, & destruitur relatio : ergo si tunc casus manet fundamentum, fundamentum, & relatio realiter separantur.

5 Dices, quod destructo termino destruitur relatio solum quantum ad denominationem referentis, non tamen destruitur, quantum ad entitatem, ac proinde nunquam à fundamento realiter entitatively separatur. Contra hoc tamen sic replicabis. Implicat, quod deficiat denominatio prima formæ, & entitas formæ non deficiat ; sed denominatio

referentis est denominatio prima-ria relationis : ergo si destructo termino destruitur relatio quan-tum ad denominationem referen-tis, etiam destruitur quantum ad entitatem. Prob. min. effec-tus formalis, & primarius for-mæ est ipsa essentia, seu for-ma subjecto communicata ; sed essentia relationis est referre ergo denominatio primaria re-lationis est denominatio refer-entis : ergo hac denominatio-ne pereunte, necessario perijt, & desinit esse relatio.

6 2. Prob. concl. Relatio Pa-ternitatis distinguitur realiter à suo fundamento ; sed idem est de alijs relationibus ; ergo Pro-bat. mai. Fundamentum relationis Paternitatis est actio gene-rativa ; sed relatio Paternitatis realiter entitatively à tali actione distinguitur : ergo. Probat. min. Actio generativa, & relatio Pa-ternitatis subjectantur in diver-sis subjectis adæquatè distinctis : ergo. Probat. aīs. Relatio Pa-ternitatis, utpote accidens in-trinsecum subjectatur in Patres ; sed actio generativa, utpote transiens subjectatur in passo, seu in Filio : ergo.

+ Roborantur dicta, relatio, qua fundatur in substantia, realiter distinguitur à fundamento : ergo idem de alijs relationibus est dicendum. Probat. antec. si relatio, quæ in substantia fun-datur, non distinguetetur à suo fundamento, eadem esse

entitas relationis , & substantiæ; sed hoc implicat : ergo relatio , quæ fundatur in substantia realiter entitative distinguitur à fundamento. Prob. min. talis entitas esset substantia , & accidens , ut est manifestum ; sed hoc implicat: ergo.

7 Dico 3. Relatio habet distinctam existentiam à fundamento ; quod sic ostenditur. Relatio , vel fundatur in substantia , vel in aliquo accidenti ; sed in quocumque istorum fundetur , habet distinctam existentiam : ergo. Prob. min. in primis si fundatur in substantia habet distinctum esse à fundamento , alias habet distinctum esse , si fundatur in aliquo accidenti : ergo. Mai. patet , & min. vero sic prob. Quodlibet accidens habet specialem inherentiam in subjecto : ergo sive relatio fundetur in substantia , sive fundetur in accidenti , semper habet existentiam distinctam , ac habet fundamentum.

8 Contr. nostr. principalem concl. Obijc. 1. Per hoc , quod aliqua relatio adveniat alicui subjecto non mutatur realiter : ergo signum est , quod relatio non distinguitur realiter entitative à suo fundamento. Prob. a. n. juxta Phil. 5. Phys. text. 10. Altero subeunte mutationem , alterum mutationem non subiens , verè potest dici ad aliquid. Quod explicans D. Thom. opusc. 48. tract. 5. cap. 2. sic loquitur: Si enim similitudo adderet aliquam rem supra albedinem : for-

tis , nullo modo posset aliquis alicui fieri similis sine sui mutatione : sit autem homo similis alicui sine sua mutatione , ut patet ; nam siquicunque in India fieret modo albus , fieret similis mibi , & ego sibi , nulla in me facta mutatione: ergo.

Resp. dist. a. n. Per hoc , quod aliqua relatio adveniat alicui non mutatur , si illi adveniat in ordine ad terminum secundum , conc. a. n. in ordine ad terminum primarium , neg. a. n. & conseq. Dicimus ergo , quod semel existente relatione in ordine ad terminum primarium , v. g. ad unum simile , potest subjectum per eandem relationem absque nova mutatione referri ad secundum , & tertium simile ; & idem dicendum de relatione Paternitatis in ordine ad 2. & 3. Filium ; quia isti sunt termini materiales , qui non multiplicant relationes. Non autem potest relatio advenire subjecto de novo in ordine ad terminum primarium , qui est primum simile , vel primus filius ; quin subjectum realiter mutetur. Et hoc , & non amplius intendit Ang. Mag. & Phil. ut patet in exemplis aductis ab ipso D. Tho.

9 + Obijc. 2. Si relatio prædicamentalis distingueretur realiter à suo fundamento , sequeretur , quod idem accidens numero esset in pluribus subjectis ; sed hoc est omnino implicitorum : ergo , & quod relatio distinguatur realiter à suo fundamento. Prob. sequela. Tunc casus relatio numeri qua-

ter.

ternarij ad quaternarium esset simul in quatuor unitatibus realiter distinctis: ergo.

Resp. dist. mai. idem accidentis esset in diversis subjectis *inadæquatis*, conc. mai. *adæquatis*, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus, quod nullum sequitur inconveniens ex eo, quod eadem relatio numeri sit in pluribus subjectis *inadæquatis*, & materialiter distinctis; quia hoc potest accidenti absque inconvenienti convenire: nam quando ignis calefacit duo ligna, illa *actio calefactiva* in utroque ligno recipitur, tanquam in subjectis *inadæquatis*; cumque quatuor unitates numeri quaternarij sint subjecta *inadæquata* respectu relationis: hinc est, quod potest esse simul in omnibus illis absque inconvenienti aliquo.

10 Obijc. 3. Si relatio adderet novam entitatem supra entitatem fundamenti, infinitas fere entitates idem homo in instanti posset adquirere; sed hoc videtur falsum, immo impossibile: ergo relatio non addit supra fundamentum entitatem distinctam. Prob. sequela. Me v. g. existente albo, fere infinita alba possunt de novo ponii in mundo; sed ad omnia illa de novo inciperent esse in me relationes similitudinis: ergo si quilibet relatio adderet novam entitatem supra entitatem fundamenti, idem homo posset adquirere in eodem instanti infinitas fere entitates.

Resp. neg. sequelam; quia relationes non multiplicantur ad multiplicationem termini materialis, & secundarij: nam, ut inquit D. Tho. 3. part. q. 35. ar. 5. Eadem numero relatione refertur quis ad plures terminos, quo sub eadem ratione respicit, ut Panter ad plures Filios, Dominus ad plures servos, & Magister ad plures discipulos; & denique idem album ad plura alba, & si essent ferè infinita; quia licet multiplacentur in his casibus termini materialiter, non tamen multiplicantur formaliter: ideoque idem homo non acquireret, ut intendit argumentum ferè infinitas entitates in eodem instanti.

11 Obijc. 4. Relatio similitudinis inter duo alba non distinguitur ab albedine utriusque; sed talis relatio prædicamentalis est ergo. Prob. min. Per hoc præcise, quod duo extrema habeant formaliter albedinem, omni alio secluso, talia extrema erunt similia in albedine; sed similitudo in albedine est relatio similitudinis; ergo relatio similitudinis inter duo alba non distinguitur ab albedine utriusque. Prob. mai. similia secundum Phil. sunt: *quorum qualitas est una*: ergo.

Resp. explicando. Phil. similia sunt quorum qualitas est una, similia *fundamentaliter*, conc. aīs. similia *formaliter*, neg. aīs. & conseq. Dicimus ergo, quod duo alba, nullo respectu superaddito, solum sunt similia *fundamentaliter*.

ter, non tamen formaliter; quia licet detur in illis fundamentum similitudinis, scilicet duplex albedo, non tamen datur in illis forma, vi cuius unum sit simile alteri. Et ratio est clara, quia albedo denominat utrumque extre-
num absolute album: quod autem unum se habeat, sicut, & alterum, in hoc, quod est esse al-
bum, non provenit ab albedine, sed ab habitudine unius ad aliud, utriusque albedini superaddita; que
habitudo, cum effectus respecti-
vus sit, necessario debet à relatio-
ne provenire: quapropter relatio-
ne ablata, tantum illa duo alba es-
sent similia fundamentaliter. Et
hac solutione utendum est semper,
quod relatio auferatur, &
solum extrema ponantur, propter rationem supra jam assigna-
tam.

12. Obijc. ult. Potest deficere alicui subjecto denominatio relati, absque eo, quod illi deficiat aliqua relatio: ergo ratio probativa conclusionis nititur pri-
cipio falso. Prob. ahs. potest deficere alicui subjecto denominatio
Intrinsicā, absque eo, quod de-
ficiat entitas, à qua provenit: er-
go. Prob. ahs. Si Petrus haberet
tres filios, & unus ex illis morere-
tur, Petrus non denominaretur
intrinsicè relatus ad illum; & ta-
men relatio Paternitatis non de-
ficeret, cum eadem relatione res-
piciat filios remanentes: ergo.

Resp. neg. ahs. & ad ejus
prob. dist. ahs. Potest deficere de-

nominatio intrinsicā, absque eo,
quod deficiat entitas, à qua pro-
venit, denominatio secundaria,
& materialis, conc. ahs. intrinse-
ca, & primaria, neg. ahs. & con-
seq. Dicimus enim, quod deno-
minatio intrinsicā, & primaria
nunquam potest deficere, quin
deficiat entitas, à qua provenit;
bene tamen potest deficere si sit
denominatio secundaria, & ma-
terialis: cumque denominatio re-
lati in Patre ad 2, vel 3, Filium
sit denominatio secundaria, &
materialis; denominatio vero re-
ferentis, seu relati sit denomina-
tio primaria, & formalis relatio-
nis: hinc fit, quod potest defice-
re denominatio relati in Patre ad
2. Filium, quin aliqua entitas,
aut relatio deficiat: secus tamen
denominatio referentis, seu re-
lati.

QUÆST. XXII.

UTRUM RELATIO PRÆDI-
camentalis terminatur formaliter
ad relativum, an vero ad
absolutum?

Cum relatio non sit proprié-
tate refertur, sed ratio
referendi fundamentum
ad terminum, quod inquirimus
in praesenti dubio est; an iicut re-
lativum prædicamentale non re-
fertur ratione alicujus absoluti,
sed ratione relationis: ita etiam
terminus terminet formaliter re-
lationem ratione absoluti, an ve-

latione alicujus relativi? Pro cuius resolutione solum est notanda divisio relationis prædicamentalis *in mutuum*, &c non *mutuam*; quia de utraque procedit questio. Quo supposito, relataque diversitate sententiarum.

2. Dicendum est, ut magis conforme doctrinæ Phil. & D. Tho. Omnem relationem prædicamentalem terminari formaliter ad relativum. Hæc concl. est in primis expressa Phil. qui hoc in cap. sic loquitur: *Si servus ad Dominum dicitur circumscriptis omnibus, que accidentia sunt Domino, ut esse vi pedem, vel hominem, relictu vero solum, quod Dominus est, semper servus ad ipsum dicetur.* Et post pauca: *Circunscrivatur ab homine esse Dominum, non sanè amplius servus ad Dominum dicetur.* Quam doctrinam confirmat D. Tho. i. p. q. 40. ar. 2. ad 4. his verbis, *cum dicitur quod relativi esse est ad aliud se habere, per ly aliud intelligitur correlativum, quod non est prius, sed simul natura, & cognitione;* sed correlativum non est quid absolutum; sed relativum; cum correlativum, ut tale per relationem formaliter constituantur: ergo sentit D. Tho. quod omnis relatio prædicamentalis ad relativum formaliter terminatur.

3. Unde ex illius verbis prob. i. concl. sic. Relativa prædicamentalia sunt simul natura; sed si relatio prædicamentalis terminaretur ad absolutum, relativa non

est. et simul natura: ergo relatio prædicamentalis non ad absolutum, sed ad relativum terminantur. Mai. constat, siquidem relativa prædicamentalia mutuo se inferunt, & interimunt. Min. vero sic prob. Quidquid absolutum est in termino, est prius relatione illius, quod ad ipsum terminatur: ergo. Prob. aīs. Relatio fundamenti resultat expositione termini, secundum omnia sibi absoluta: ergo quid absolutum est in termino, est prius relatione fundamenti. Prob. aīs. exemplo. Ideo in me resultat relatio similitudinis, ad Petrum v. g. quia in me est albedo, & in Petro est albedo: ergo relatio fundamenti resultat expositione termini, secundum omnia sibi absoluta: ergo absolutum termini, non est simul natura cum relatione; ac proinde relatio prædicamentalis nequit ad absolutum termini, formaliter terminari.

4. 2. Prob. nostr. concl. In termino cujuscumque relationis prædicamentis formaliter, ut terminante, debet necessario dari aliqua relatio: ergo omnis relatio prædicamentalis terminatur ad relativum. Prob. aīs. Relativa, prædicamentalia, fundamentum, videlicet, & terminus opponuntur relativè; sed non possunt opponi relativè, nisi in utroque extremo sit aliqua relatio: ergo. Mai. constat. Siquidem relativa prædicamentalia, v. g. *Pater*, &

G Filius aliquam oppositionem dicunt; sed non contradictoriam, contrariam, aut subcontrariam: ergo relativam. Min. vero principalis sic prob. Relativa prædicamentalia non possunt relative opponi nisi in utroque extremo sit forma relativæ oppositionis; sed forma relativæ oppositionis est relatio: ergo. Min. constat. Nam forma relativæ oppositionis non potest esse aliquid absolutum, ut est luce clarior: ergo necessario est relatio. Mai. vero sic prob. Nō possunt aliqua contrarie opponi, quin in utroque extremo sit forma oppositionis contrariae: ergo pariter non possunt aliqua extrema opponi relativè, quin in utroque extremo, sit relatio, seu forma oppositionis relativæ. Consequenterque, si terminus formaliter, ut terminus opponitur relativè alteri extremo, non terminatur ratione absoluti, sed ratione relativi.

5. Prob. nostr. concl. Si relatio prædicamentalis non terminatur ad relativum, non distingueretur à relatione transcendentali, vel secundum dici; sed hoc dicendum non est: ergo omnis relatio prædicamentalis ad relativum terminatur. Prob. sequela. Si relatio prædicamentalis non terminaretur ad relativum, non respiceret terminum, ut purum terminum: ergo non distinguetur à relatione transcendentali, vel secundum dici. Prob. aīs. tunc casus relatio prædicamentalis ref-

piceret terminum, ut causam, vel effectum, ut mensuram, vel mensurabile, vel sub alia formalitate absoluta: ergo non respiceret illum, ut purum terminum: ac proinde à relatione transcendentali minimè distingueretur.

6. Roborantur dicta. Sicut relatio Paternitatis in divinis terminatur ad Filium, ita relatio Paternitatis in creatis ad Filium terminatur; sed terminus relationis Paternitatis in divinis nō est absolutum Filij, sed filiatio relativè accepta: ergo nec relatio Paternitatis in creatis ad absolutum Filij terminatur. Mai. constat: siquidem relatio creata, & increata in conceptum ad expresum convenient. Min. vero sic prob. Relatio Paternitatis divinæ terminatur formaliter ad filium, secundum id, in quo filius distinguitur à Patre; sed filius in divinis non distinguitur realiter à Patre, per aliquid absolutum, sed per relationem filiationis: ergo terminus relationis Paternitatis in divinis non est absolutum Filij, sed filiatio relativè accepta.

7. Obijc. 1. Terminus relationis debet esse prior ipsa relatione; sed relatio correspondens ex parte termini, non est prior relatione fundamenti: ergo ratio terminandi aliquam relationem in termino, non potest esse aliqua relatio, sed aliquid absolutum. Min. cum conseq. patet. Mai. vero sic prob. Terminus alicujus relationis formaliter, ut terminus illius

est,

est, specificat ipsam relationem: ergo est prior natura, quam illa. Patet conseq. Siquidem omne specificativum, cum sit causa extrinseca, debet esse prius natura specificato: ergo.

Resp. dist. mai. Terminus relationis debet esse prior ipsa relatione, terminus fundamentaliter sumptus, conc. mai. formaliter acceptus, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod, cum dicitur relationem specificati à suo termino, non intelligitur specificari à termino formaliter, ut terminante, quia prout sic est purus terminus, & non causa; sed terminus specificat relationem, ut fundamentaliter est terminus; & ita solum sequitur, quod, ut sic, sit prior relatione, quam specificat: non autem ut illam terminat; quia, prout sic, non illam specificat, sed pure illam terminat. Et hoc modo debet explicari illud commune dictum: *posito fundamento, & termino statim resultat relatio*; quod debet intelligi de termino fundamentaliter sumpto.

8. Et ut tota æquivocatio arg. tollatur: advertendum est, quod si verbum *specifico*, denotat causalitatem formalem rigurosam, dicendum non est, quod relatio specificetur à termino, sed à fundamento ad terminum. Si tamen ejus significatio nona ita rigurose accipiatur, sed præcisè pro specificatione pure terminativè sumatur, dici potest, quod relatio

specificatur à termino formaliter sumpto, non causaliter, nec tanquam à mensura, sed tanquam à puro termino simultatem habente cum relatione.

9. Obijc. 2. Relatio prædicamentalis diffinitur per suum terminum; sed non potest diffiniri per suum terminum formaliter, ut relativum: ergo nec potest terminari formaliter ad relativū. Mai. constat ex definitione relationis. Min. vero prob. dupliciter, & i. sic. Quod diffinitur debet diffiniri per aliquid sibi notius; sed unum relativum non est notius altero: ergo. 2. Prob. eadem min. Si unum relativum diffiniretur per aliud, etiam illud aliud diffiniretur per primum; sed hoc esset committere, circulum vi-
tiosum: ergo.

Resp. conc. mai. neg. min. ad cuius i. prob. dist. mai. Quod diffinitur, debet diffiniti per aliquid sibi notius, si sit prædicatum *intrinsecum*, conc. mai. si sit prædicatum *extrinsecum*, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod diffinitio debet esse notior diffinito, quantum ad prædicata intrinseca, genus videlicet, & differentiam; quia hæc in rei veritate explicant essentiam diffiniti: non tamen debet esse notior, quantum ad sua prædicamenta extrinseca; cumque terminus relationis sit, quid extrinsecum relationi: hinc sit, quod, & si unum relativum non sit notius altero, possit per illud

diffiniri. Et instantia est in *termi-*
no, & in *accidenti*. Terminus enim
diffinitur per propositionem, &
accidens in ordine ad substantiam,
& creatura in ordine ad Deum;
licet propositio non sit
notior termino, nec substantia
accidenti, nec Deus creatura.

Ad 2. prob. Resp. Qued in
diffinitione relativorum non co-
mittitur circulus *uniformis*, qui
vitiosus est, sed *diformis*, qui vi-
tiosus non est; siquidem relatio
ad terminum, & terminus ad re-
lationem se habent in diverso ge-
nere causæ; & tunc, quando ali-
qua duo sunt opposita, non est
inconveniens, quod unum ponan-
tur in diffinitione alterius, & è
contra; quia in hoc casu non po-
nuntur sub eadem ratione, & for-
malitate. Et instantia est in *de-
monstrazione*. Demonstramus enim
effectum per causam, & rursus cau-
sam per effectum; quia tamen iste,
circulus non est uniformis,
sed diformis, vitiosus non est.

10 Obijc. 3. Si aliqua relatio
terminaretur formaliter ad relativum maximè relationes 1. & 2. ge-
neris; sed istæ non terminantur
formaliter ad relativum: ergo
nulla relatio ad relativum termi-
nat. Prob. min. relatio dissimi-
litudinis in albo, quæ 1. generis
est, refert albeni ad nigum; sed
non ad relationem dissimilitudi-
nis, quæ est in nigro: ergo talis
relatio non terminatur ad relativum.
Prob. min. Album referunt
ad nigrum, ut ei dissimile; sed

nigrum per relationem dissimili-
tudinis non est dissimile albo, sed
per nigredinem, cum in relationis
bus convenient: ergo album non
refertur ad relationem dissimili-
tudinis, quæ est in nigro.

Resp. ad hoc arg. dist. mai.
Ultimi discursus album refertur
ad nigrum, ut sibi dissimile *for-
maliter*, conc. mai. ut illi dissimili-
le *fundamentaliter*, neg. mai. &
dist. min. sed nigrum non est dis-
simile albo per relationem dissimili-
tudinis *fundamentaliter*, conc.
min. *formaliter*, neg. min. & con-
seq. Dicimus ergo, quod nigrum,
quatenus nigrum est, tantum est
dissimile albo *fundamentaliter*,
quia *formaliter* est dissimile illi
per relationem dissimilitudinis,
quæ invenitur in nigro: & ratio
est quia *dissimile* *formaliter*, sicut
& *simile* est effectus formalis *re-
spectivus*, qui a sola relatione po-
test provenire. Ad quod non ob-
stat, quod hujusmodi relationes
dissimilitudinis non sint dissimi-
les, ut *quod* consideratæ, quia
sunt dissimiles *ut quo*. Sunt enim
rationes formales constituendi al-
bum, & nigrum *formaliter* dissimilia.

11 Obijc. 4. Relatio creaturæ
ad Deum, & Beatæ Virginis ad
Christum sunt relationes reales
prædicamentales; & tamen non
terminantur ad relativum: ergo.
Prob. min. Prædictis relationibus
nulla ex parte termini realiter
correspondet relatio: ergo non
possunt terminari ad relativum.
Prob.

Prob. aīs. tales relationes sunt non mutuae : ergo.

Resp. alijs solutionibus omis-
sis , conc. mai. dist. min. & tamen
tales relationes non terminantur
ad relativum *intrinsecum* , conc.
min. ad relativum *extrinsecum*,
neg. min. & conseq. Dicimus er-
go , cum Eminentis. Cajetano 1.
P. q. 13. art. 7. quod à relatione
existente in creatura , Deus deno-
minatur formaliter , licet extrin-
sece Dominus , & idem dicen-
dum de Christo respectu suæ San-
tissimæ Matris. Cumque talis de-
nominatio , licet extrinseca , pro-
veniat à forma relativa , termi-
num sic denominatum constituit
formaliter , licet extrinsecè rela-
tivum ; ac proinde , cum pro ut-
sic terminet relationem , non ter-
minat sub aliqua ratione absolu-
ta , sed potius , ut formaliter rela-
tivum.

12 Sed contr. istam solutio-
nem insurgunt contrarij multipli-
citer , & i. sic. Et si Deus deno-
minetur extrinsecè Dominus à re-
latione creaturæ , non tamen ter-
minat talem relationem , ratione
alicujus relativi , sed potius ratio-
ne alicujus absoluti : ergo solutio
data nulla est. Prob. aīs. 1. Prius
intelligitur Deum terminare re-
lationem creaturæ , quam quod
à tali relatione denominationem
accipiat : ergo. Prob. aīs. Ideo
Deus accipit denominationem
formalem à relatione creaturæ,
quia illam terminat : ergo. Prob.

aīs. Ideo Pater accipit denomi-
nationem extrinsecam visi à vi-
sione , quia illam terminat : ergo
pariter 2. Prob. idem. aīs. Si ratione
talis denominationis Deus ter-
minaret relationem creaturæ , re-
latio ipsa servitutis ad se ipsam
formaliter terminaretur ; conse-
quens est impossibile : ergo , &
aīs. Sequela prob. Tunc calus ta-
lis relatio terminaretur ad Deum ,
ut affectum extrinseca denomina-
tionem ab ipsa relatione desump-
ta , ut à forma denominante ; sed
quidquid terminatur à denomina-
tionem aliquam , eo ipso for-
maliter terminatur ad formam , à
qua provenit talis denomination
cum hæc sit indistincta ab ipsa
forma : ergo.

2. Sic insurgunt. Deum
denominati extrinsecè à rela-
tione existente in creatura est
falsum : ergo , & solutio data
falso nittitur principio. Prob.
aīs. secundum Div. Thom. 2.
contr. gent. cap. 13. A relatione
non invenitur aliquid denomina-
ri , quasi exterius existente , sed
inherentē : non enim denomina-
tur aliquis Pater , nisi à Paterni-
tate , quæ ei inest : ergo falsum
est juxta Ang. Mag. quod Deus
denominetur à relatione exis-
tente in creatura ; sicut falsum
est , quod filius per hoc , quod
relationem terminet Patris , ali-
quam denominationem extrin-
secam accipiat ab illo , ratione
cujus denominetur Filius.

Resp.

13 Resp. tamen ad 1. replic.
neg. aīs. & ad ejus 1. prob. conc.
ult. aīs. neg. conseq. Quia cum
denominatio, quam recipit Deus
& relatione creaturæ, non sit alia,
quam denominatio terminantis,
talis denominatio nullatenus in-
telligitur posterior, sed omnino
simul cum tali terminatione. Nec
est idem de denominatione visi in
pariete; quia hæc denominatio
non est denominatio terminantis
visionem, sed altera denominatio
à terminatione visionis procedēs:
ac proinde talis denominatio est
posterior terminatione. Denomi-
natio tamen, quam Deus accipit
& relatione creaturæ, quia est de-
nominatio terminantis relationem,
non est nullatenus posterior,
sed omnino simul cum ipsa ter-
minatione.

Ad 2. prob. aīs. Resp. juxta
doctrinam traditam lib. 2. q. 2. de
denominationibus extrinsecis,
neg. sequelam, & ad prob. conc.
mai. neg. min. & ejus inserta prob.
Intellecta de extrinseca denomina-
tione: & dicimus, quod rela-
tio servitutis in creatura, & idem
de qualibet alia relatione non mu-
tua, non terminatur à relativam
denominationem termini in abs-
tracto, sed ad terminum in con-
creto, qui omnino ab ipsa rela-
tione distinguitur. Et quāvis ter-
minus in concreto importet de
formali denominationem relati-
vam, extrinsece ab eadem rela-
tione provenientem; illa tamen
extrinseca denominatio est quid

realiter distinctum ab ipsam et re-
latione: sicut, & parietem esse
visum, & idem de qualibet alia
extrinseca denominatione, est
quid realiter distinctum ab visio-
ne, seu forma denominante; ut
in loco supra citato diximus: qua-
tenus ipsa denominatio est affec-
tio, & quædam adjacentia termi-
ni, extrinsece ex ipsa forma pro-
veniens: forma vero est affectio
subiecti, cui inhæret: unde relia-
quitur ipsam relationem non ter-
minari formaliter ad se ipsam; es-
to ipsa relativa denominatio in
termino sit ratio formalis termi-
nandi.

Ad 2. vero replic. Resp. ex-
plicando D. Tho. à relatione non
invenitur aliquid denominari sub
conceptu referentis, conc. aīs.
sub conceptu terminantis, neg.
aīs. & conseq. Dicimus ergo,
quod quando D. Tho. in prædic-
to testimonio assertit, à relatione
non invenitur aliquid denominari
quasi exterius existente, intel-
ligitur de denominatione relatio-
nis, secundum adæquatum con-
ceptum relationis; non vero se-
cundum illius inadæquatum con-
ceptum. Unde licet relatio crea-
turæ non denominet Deum sub
conceptu referentis, denominat
tamen ipsum secundum concep-
tum inadæquatum terminantis.
Quod in filio terminante rela-
tionem Paternitatis contingere non
potest; quia, in illo instanti, in
quo intelligitur terminare rela-
tionem Paternitatis, intelligitur

in ipso relatio intrinseca filiationis , ratione cuius relationem terminat Paternitatis : unde non est capax denominationis extrinsecæ ; quia in conspectu denominatio- nis intrinseca , non habet locum extrinseca denominatio ad termi- nandum.

14. Obijc. 5. Relativa non mu- tua non sunt simul natura : ergo signum est , quod non terminan- tur ad relativum . Conseq. patet siquidem , si terminus relationis non mutua esset aliquid relati- vum , licet extrinsecum , esset in ratione relativi simul natura cum altero extremo . Añs. vero est Phil. & D. Tho. Phil. nam in hoc cap. de relatione text. 5. hæc habet verba : *Videtur autem ipsa ad ali- quid simul esse natura , & in pluri- bus quidem verum est , in aliquibus vero non verum.* Et D. Tho. I. p. q. 13. ar. 7. ad 7. sic loquitur : *si autem unum in sui intellectu clau- dat aliud , & non è converso , tunc non sunt simul natura , & hoc mo- do se habent scientia , & scibile:* er- go relativa non mutua , juxta D. Tho. & Phil. non sunt simul na- tura.

Resp. neg. Añs. & ad 1. illius prob. explico Phil in aliquibus ve- ro non verum , si relativa non rectè assignentur , conc. Añs. si rectè as- signentur , neg. Añs. & conseq. Dicimus ergo , quod Phil. non in- tendit , aliqua esse relativa , quæ non sint simul natura ; alias eset sibi contrarius ; sed sicut dixit , quod omnia relativa , si rectè as-

signentur debent dici ad conver- tentiam , aliqua tamen , quia non rectè assignantur non dicuntur ad convertentiam ; ita etiam , licet omnia relativa prædicamentalia , si rectè assignentur sint simul na- tura , aliqua tamen non sunt simul natura , quia non rectè assignan- tur.

Ad testim. D. Thom. Resp. etiam explicando D. Tho. *tunc non sunt simul natura* , quo ad munus referendi , conc. Añs. quo ad munus terminandi , neg. Añs. & conseq. Dicimus ergo , quod D. Tho. solum intendit , quod relati- va non mutua , non sunt simul na- tura , quo ad munus referendi ; quia in uno extremo non est rela- tio per quam ad aliud extremum referatur , non tamen negat D. Tho. quod omnia relativa , etiam non mutua , debent esse simul na- tura saltem quo ad munus termi- nandi relativè relationem alterius correlativi . Et hoc modo sunt si- mul natura relativa non mutua ; quod quidem non habent , si terminarentur formaliter ad ali- quid absolutum ; quia quid quid absolutum est in termino relatio- nis , est prius natura ipsa relatio- ne.

15. Obijc. ult. Si omnis relatio prædicamentalis terminaretur ad relativum , relatio in communi , & ut est genus generalissimum , etiam terminaretur ad relativis ; sed hoc est impossibile : ergo non omnis relatio prædicamentalis terminatur ad relativum . Prob.

mai.

mai. quod convenit essentialiter omni inferiori , convenit etiam omni superiori : ergo si omni relationi prædicamentali convenit essentialiter terminari ad relativum , etiam id convenit relationi in communi . Quod autem hoc sit impossibile prob . Relationi incommuni non potest correspondere ex parte termini aliqua relatio : ergo quod relatio in communi terminetur ad relativum est impossibile . Prob . ahs . talis relatio non posset esse superior , nec inferior relationi in communi ; alias non dicerentur ad convertentiam ; deinde non posset illi esse aequalis , alias darentur duo genera generalissima relationis , cum daretur duplex relatio , quartum una sub altera essentialiter non contineretur : ergo .

Resp ad hoc arg . dist . mai . etiam relatio in communi terminaretur ad relativum , exercitio , conc . mai . exercitè , neg . mai . & sub eadem dist . min . neg . conseq . Cum enim referri in exercitio ad terminum , sit actus realis , & reale exercitium relationis , non potest convenire relationi nisi existenti à parte rei : ac proinde , nisi determinata ad aliquam speciem , & individuum . Unde cum relatio in communi solum repetriatur in intellectu , ut sic abstracta ad nullum terminum in exercitio refertur , aut terminatur ; sed solum habet pro prædicato essentiali , quod petat referri ad relativum , cuius exigentia exerci-

tium in individuis illi competere potest . Admodum quo , licet propositio in communis exigat significare verum , vel falsum , exercitium tamen hujus exigentia non nisi in singularibus propositionibus convenit illi . Cumque non concedamus relationem in communi in exercitio referri ad aliquem terminum ; nec tenemur concedere dari aliquem terminum in communi relationis , aut aliquam relationem , per quam in ratione termini constituatur .

QUÆST. XXIII.

A QUO DESUMATUR UNITAS
formalis , & numerica rela-
tionis ?

SUpponimus ex dictis , quod ad quamlibet relationem prædicamentalem concurredunt tria , scilicet subjectum , fundatum , & terminus ; modo inquitimus , à quonam ex his relatio accipiat suam unitatem , vel diversitatem , tam specificam , quam numericam ? Et non est sermo de illis materialiter sumptis , sed formaliter acceptis , in ratione videlicet formali fundamenti , & termini ; quia idem materialiter fundamentum secundum diversas rationes formales , diversas formaliter relationes potest fundare ; & idem materialiter terminus , secundum diversas rationes formales , illas terminare . Quo supposito .

2. Dicendum est r. Quod relatio specificatur formaliter à termino, causaliter vero à fundamento. Hæc concl. habet duas partes probandas, & quoad r. sic prob. Omne, quod essentialiter dicit ordinem ad aliud, ab illo accipit suam unitatem, vel diversitatem specificam; sed relatio prædicamentalis, non solum dicit ordinem ad aliud, sed totum suum esse habet in ordine ad aliud: ergo accipit suam unitatem, vel diversitatem formaliter à termino formaliter sumpto. Min. cum conseq. nota est. Mai. vero prob. exemplis, & ratione; exemplis: nam quia *motus* ordinatur ad terminum *ad quem*, ab illo accipit suam unitatem, vel diversitatem specificam. Similiter quia actus, habitus, & potentia ad objectum ordinantur, ab illo suam unitatem, vel diversitatem accipiunt specificam: ergo. ¶ Insuper convincitur eadē major ratione. Id, ad quod aliquid ordinatur essentialiter, habet se, ut proprius finis illius; sed unumquodque à suo proprio fine formaliter specificatur: ergo omne illud, quod essentialiter ad aliud ordinatur, ab illo accipit suam unitatem, vel diversitatem specificam. Consequenterque si relatio dicit ordinem ad terminum, ab illo accipit, suam unitatem formalem. ¶ Advertendo semper, ut diximus, quæst. antec. quod si verbum *specifico* denotat causalitatem formalem rigurosam, di-

cendum non est, quod relatio specificetur à termino, quia iste modus loquendi causalitatem de-notat; unde melius explicabitur ista specificatio dicendo, quod relatio specificatur à fundamento, *ad terminum*, ad excludendam omnem causalitatem, & de-notandum puram terminatio-nem.

3. 2. Vero pars concl. prob. Terminus relationis formaliter est idem, vel diversus unitate, vel diversitate orta causaliter à fundamento: ergo ab unitate, vel diversitate fundamenti accipit relatio causaliter, seu fundamentali-ter suam unitatem, vel diversi-tatem specificam. Prob. aīs. Ideo idem materialiter terminus multoties habet diversam rationem formalem terminandi, diversasque formaliter terminat relatio-nes, quia in diverso fundamento, fundantur: ergo. Prob. aīs. Idem materialiter *homo* terminat relationem *Paternitatis* sui Patris al-bi, quatenus fundatur *in actione*, & *passione*: & simili terminat re-lationem *similitudinis*, quatenus fundatur *in unitate albedinis*: ergo diversa ratio ad terminandum diversas relationes in eodem ma-terialiter termino, originatur ex diversitate fundamenti: con-sequenterque licet unicas, vel diversitas specifica relationis su-matur formaliter à termino, occa-sionaliter tamen, & causaliter ori-tur à fundamento.

4 Dico 2. Unitas vel distinctio numerica relationis sumitur à fundamento, seu subjecto. Hæc concl. suadetur 1. sic. Unitas, vel distinctio materialis, & numerica accidentium, sumitur ab illius causa materiali, sicut specifica à causa formalis; sed causa materialis cuiuscumque accidentis est subjectum, in quo recipitur: ergo unitas, vel distinctio numerica relationis, utpote verum accidentis à subjecto debet sumi: ac proinde duæ relationes solo numero distinctæ non possunt esse in eodem subjecto, sicut nec duæ quantitates, aut duæ qualitates.

5 2. Prob. hoc idem. Ab eo habet relatio unitatem numericam, à quo habet entitatem; sed relatio non habet suam entitatem à termino, sed à fundamento, vel subjecto: ergo. Mai. constat, si quidem unitas numerica rei est ipsa entitas indivisa. Min. vero sic prob. Relatio non habet, quod sit entitas realis per hoc, quod sit ad terminum, cum esse ad terminum sit quid communæ relationi reali, & rationis: ergo relatio non habet suam entitatem realem, & indivisam à termino; ergo nec ab illo relatio accipit suam numericam unitatem. Addimus, quod si relatio sumeret suam unitatem, vel diversitatem à termino in uno homine albo essent tot relationes numero distinctæ, quæ sunt alba in mundo; sed hoc esset multiplicare entitates absque necessitate: ergo.

6 Contr. 1. concl. Obijc. 1. Relatio non potest à termino specificari: ergo concl. falso nittitur principio. Prob. aīs. Specificans est prius specificato; sed terminus relationis prædicamentalis non est prior ipsa relatione: ergo nec potest illam specificare.

Ad hoc arg. patet solutio ex jam dictis, dicimus enim, vel quod terminus non specificat relationem formaliter sumptus, sed fundamentaliter acceptus, & cum prout sic sit prior relatione bene potest illam specificare. Vel dato, quod relatio specificetur à termino formaliter accepto, & prout sic non sit prior, adhuc potest relationem specificare; quia quando dicitur, quod specificans est prius specificato, debet intelligi de specificante per modum *causa*, non vero de specificante per modum puri *termini*, quo modo terminus relationis prædicamentalis specificat ipsam relationem.

7 Obijc. 2. Duæ relationes formaliter diverse possunt ad eundem terminum formaliter terminari: ergo signum est, quod relatio non specificatur à termino. Prob. aīs Relatio Paternitatis, & Maternitatis sunt specificè, & formaliter diverse; & tamen ad eundem Filium formaliter terminantur: ergo. Prob. mai. Una fundatur in concursu activo, & altera in concursu passivo: ergo.

Resp. conc. ult. aīs. neg. conseq. & dicimus, quod licet prædictæ relationes materialiter dis-

tinguantur, in quantum in diversis subjectis reperiuntur, non tamen distinguuntur formaliter; quia in primis respiciunt eundem terminum formaliter, & alias fundatum utriusque formaliter est idem: nam licet concursus activus, & passivus in esse entis distinguuntur, non tamen distinguuntur in ratione fundandi; cum uterque fundet, ut est concursus partialis ad generationem filij ordinatus: ac proinde, nec ipsa relationes formaliter distinguuntur.

8. Obijc. 3. contr. 2. part. I. concl. Plures relationes specificè distinctæ possunt esse in eodem fundamento, & econtra, relationes ejusdem speciei in fundamentis specificè diversis: ergo relatio non specificatur causaliiter à fundamento; aīs. quoad I. partem sic prob. Albedo est fundatum similitudinis ad aliam albedinem, & dissimilitudinis ad nigredinem; sed relatio *similitudinis*, & *dissimilitudinis* sunt relationes diversæ speciei: ergo relationes diversæ speciei possunt esse in eodem fundamento. *Quantum* ad 2. part. prob. idem aīs. sic. Relatio *identitatis* inter duos equos, & relatio *identitatis* inter duos homines, sunt ejusdem speciei; & tamen fundamenta sunt specificè diversa, homo, videlicet, & equus: ergo.

Resp. neg. aīs. quoad utrāque partem, & ad 1. prob. dist. mai. eadem albedo *materialiter*, conc. mai. eadem *formaliter*; &

quatenus fundat, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Relatio namque non sumit suam unitatem specificam à fundamento materialiter sumpto; sed formaliter accepto; cumque albedo in casu argumenti, licet *entitative*, & materialiter sit *eadem*, formaliter tamen, & in ratione fundamenti sit diversa; nam fundat relationem similitudinis, quatenus convenit cum alia albedine, & relationem dissimilitudinis, quatenus differt à nigredine: hinc est, quod cum fundamenta sint formaliter diversa, etiam, & relationes sunt formaliter diversæ.

Ad 2. prob. Resp. conc. mai. dist. min. & tamen fundamenta sunt diversa, *materialiter*, conc. min. *formaliter*, & quatenus fundant, neg. min. & conseq. Verum namque est, quod homo, & equus materialiter, & inter se specificè distinguuntur; secus tamen formaliter, & quatenus fundant relationem identitatis; quia convenientia specifica in ratione fundandi *eadem* est formaliter inter homines, & equos; & sic cum fundamenta non distinguantur specificè in ratione fundamenti, non est mirum, quod non distinguantur specificè relationes fundatae.

9. Ex dictis in hac quæst. infert D. Tho 3.p. q.35. ar. 5. quod in eodem Patre ad plures filios, unica tantum est relatio Paternitatis; in eodem Magistro ad plures discipulos, in eodem Domino a-

plures servos; immo, & in eodem albo ad plura alba, in eodem gradu unica datur relatio similitudinis. Et ratio est, quia omnes predictæ relationes si plures essent non possent diffettere plusquam numero; & ideo non possent in unico subiecto numero reperiiri.

QUÆST. XXIV.

UTRUM QUATUOR PROPRIETATES RELATIVORUM SINT RECTE

ASSIGNANTÆ?

RElationis prædicamentalis quatuor sunt proprietates. Quarum 1. est, quod relationi, ratione sui, nihil est contrarium. Et ratio est, quia ad formas contrarias datur per se motus; sed ad relationem non datur per se motus, sed resultat: ergo relationi, ratione sui, nihil est contrarium. Dixi ratione sui, quia ratione fundamenti, relationi aliquid est contrarium: siquidem relationi fundatae in *albedine*, contrariatur ratione fundamenti, relationi fundata in *nigredine*.

2. Proprietas relationis est, quod relatio ratione sui non suscipit magis, nec minus; quia suscipere magis, vel minus fit per maiorem, vel minorem additionem formæ contrariae; sed relationi, ut diximus in 1. proprietate, ratione sui nihil est contrarium: ergo nec ratione sui potest suscipere magis, vel minus. Potest tamen magis, vel minus suscipere, ratione fundamenti.

3. Proprietas est, quod relativa predicamentalia dicuntur ad

QUÆST. XXV.

convertentiam: hoc est, unum interfert aliud, vel se interimunt; quia bene valet: est Pater: ergo est Filius, est Filius: ergo, & Pater. Et similiter bene valet non est Pater: ergo nec Filius, non est Filius: ergo nec Pater. Et haec proprietas, cum conveniat etiam relativis secundum dici, non proprietas quarto modo.

4. Proprietas est, quod relativa sunt simul natura, & cognitione: esse simul natura est, quod unum non sit causa alterius, & posito uno ponatur, & aliud, & ablato uno auferatur, & aliud; ut patet in consequentijs supra positis; esse autem simul cognitione est, quod cognito uno, simul cognoscatur, & aliud; nam qui cognoscit aliquem, ut Patrem, necessario cognoscit esse Patrem alicujus filij: & hujusmodi proprietas est proprietas quarti modo relationis prædicamentalis, tam matutæ, quam non matutæ, saltem sub formalitate pure terminantis ex parte ipsius termini. Quo supposito.

Dico, quod prædictæ proprietates sunt recte assignatae. Ratione hujus, illas proponendo, insinuavimus. Ut tamen magis illucescat, obijc. contr. 2. proprietatem relationis in qualitatibus suscipit magis, & minus; & tamen non potest dici, quod talis relatio recipit magis, aut minus, ratione fundamenti: ergo ratione sui, suscipit magis, vel minus. Min. constat: siquidem fundamentum talis relationis, est

qua-

quantitas, quæ magis, vel minus non suscipit. Mal. vero sic prob. Major inæqualitas est inter ulnā, & palmum, quam inter ulnam, & dimidiā ulnam: ergo relatio inæqualitatis magis, & minus suscipit.

Confirm. Relatio similitudinis fundata in qualitate, non ratione fundamenti, sed ratione sui magis, & minus suscipit: ergo. Prob. a. Non aucta, aut intensa, sed potius remissa qualitate, quæ est fundamentum relationis similitudinis, ipsa similitudinis relatio augetur: ergo. Prob. a. Si Petrus albus, ut quatuor, habeat relationem similitudinis ad Paulum album, ut duo, si in Petro remittatur albedo, usque ad albedinem, ut duo, erit magis similis Paulo: ergo augebitur in illo relatio similitudinis, non aucto, sed potius remissò fundamento.

6. Resp. ad hoc arg. Quod tam in casu illius, quam in casu confir. nec relatio inæqualitatis, nec relatio similitudinis propriè, & rigurose magis, vel minus suscipit, quia ad id requirebatur, quod eadem relatio modo esset major, modo minor, quod in neutro casu sic contingit; quia variato fundamento, variatur etiam relatio, & diversam dicit relationē inæqualitatis ulna ad palnum, ab illa, quam dicit ad idem quantum, si extendatur, & fiat magis longum; & similiter diversam dicit relationē similitudinis album, ut quatuor ad album, ut duo, ab illa,

quam dicit tale album, si ejus albedo remittatur usque ad albedinem, ut duo. Et hæc de prædicamento relationis.

CAPUT DE QUALI, ET qualitate.

QUÆST. XXV.

QUID SIT QUALITAS, ET
an rectè à Philosopho diffiniatur,
ejusque species sint rectè assignatae?

Qualitas duplicitate potest summi, sicut videlicet, & stricte: est qualitas latè accepta, quæcumque forma determinans, & modificans subjectum: in quo sensu non loquimur in præsenti de illa; quia prout sic, omnia accidentia possunt dici qualitates. Loquimur ergo de qualitate stricte accepta, quatenus est quidam modulus præstans ornamentum substantiae, & per quam resp. ad interrogationem *qualis sit?* nam si quis interrogaret *qualis sit Petrus?* Rectè respondetur, quod est albus, vel niger, sanus, vel ægrotus, doctus, vel indoctus; quia omnia ista qualitatem strictam significant. Qualitas ergo hoc modo considerata, constituit quartum, & speciale prædicamentum.

2. Quam sic Phil. diffinivit: *est forma secundum quam quales esse dicimus.* Illamque divisa in quatuor species, nimirum in dispositionem communiter dictam, potentiam, & impotentiam, passionem, & passibilem qualitatem, & in formam, & figuram. Dispositio communiter dicta, est quali-

tas bene, vel male disponens subiectum in ordine ad suam naturam, v. g. sanitas, & ægritudo, quibus homo bene, vel male se habet in sua natura. ¶ Hęc tamen 1. species qualitatis subdividitur in habitum, & dispositionem. Habitus est, qualitas difficile mobilis à subiecto ab intrinseco, v. g. habitus scientiae, & virtutis. Dispositio vero specialiter dicta est qualitas facile mobilis à subiecto ab intrinseco; v. g. sanitas, & ægritudo, quæ quidem facile moventur à subiecto; siquidem causæ, ex quibus proveniunt non habent ab intrinseco firmitatem, & stabilem permanentiam, sicut habent causæ habitus.

3. 2. Species qualitatis est potentia, & impotentia naturalis. Potentia naturalis est, virtus, seu facultas naturalis, & congenita ad agendum, vel patiendum. Et est duplex una activa, quæ est principium agendi, & alia passiva, quæ est principium patiendi. Unde sub hac specie continentur intellectus agens, voluntas, potentia generativa, nutritiva, augmentativa, calor, & frigus, & omnes virtutes rerum naturalium. Impotentia naturalis, est, ineptitudo ad aliquid agendum, vel patiendum, ut molle habet naturalem impotentiam ad resistendum divisioni; durum vero habet naturalem potentiam; & senex habet naturalem impotentiam ad videndum, & frigidus ad generandum.

4. 3. Species qualitatis est pas-

sio, & passibilis qualitas. Passio dicitur illa, que resulvat ex alteratione brevi, & faciliter transeunte. Sicut rubor causatus ex verecundia, & pavor causatus ex metu. Passibilis qualitas dicitur illa, quæ resultat ex alteratione permanenti. Sicut color palidus naturalis, vel rubicundus, qui causantur permanenter ex mixtione humorum, & qualitatum subjecti. Ad hujusmodi speciem qualitatis, reducuntur objecta quinque sensuum, ut color, sonus, odor, sapor, & etiam primæ qualitates, quæ sunt objecta, tactus videlicet calor, & frigus, humiditas, & siccitas, quæ omnia pertinent ad hanc speciem, secundum quod causant aliquam passionem, vel quatenus causantur ex passione.

5. Denique 4. species qualitatis est forma, & figura. Figura est terminus quantitatis præscindendo à bona, vel mala dispositione quantitatis; forma vero est qualitas, qua terminat quantitatem, secundum bonam, vel malam dispositionem. Distinguuntur istae duæ species qualitatis secundum D. Tho. 7. Phys. lect. 5. in eo, quod forma significat figuram artificialium, ut formam Domus, Cathedræ, vel Turris; figura autem significat omnem alium modum, & dispositionem quantitatis.

6. Quibus suppositis, ut ad quæsumus principale accedamus, dico 1. Diffinitio qualitatis à Phi-

lo sopho assignata optima est. Quod sic breviter ostenditur per prædictam diffinitionem explicatur proprius, & peculiaris effectus qualitatis; sed qualibet res optimè explicatur, & diffinitur per proprium, & peculiare exercitium: ergo qualitas recte à Phil. diffinitur. Prob. mai. Per prædictam diffinitionem diffinitur qualitas per *qualificare subjectum*, ut ipsa diffinitio textatur; sed *qualificare subjectum* est proprium, & peculiare exercitium qualitatis: ergo per prædictam diffinitionem diffinitur qualitas per proprium, & peculiare exercitium: ac proinde optimè à Phil. diffinitur.

7. Dices tamen 1. quod ea descriptio non est notior diffinitio: siquidem ad cognoscendum, quid sit *quale* in cōcreto, oportet prius scire, quid sit qualitas in abstracto. 2. *Quia in hac descriptione* Phil. committitur circulus, immo de facto illum commisit diffiniendo qualitatem per *quale*, & quale per *qualitatem*: ergo. 3. *Deficit* prædicta qualitatis descriptio; quia diffinitum ingreditur diffinitionem, cum in diffinitione qualitatis ipsa qualitas ingrediatur: ergo prædicta diffinitio non est recte à Phil. assignata.

Resp. tamen ad 1. neg. aīs. Quia licet qualitas secundum se sit notior, quam suum concretum scilicet *quale*; quoad nos tamen notius est concretum, in quo cognoscimus ipsius qualitatis cf-

festum proprium, & peculiarē, videlicet, quod sit *qua quales esse dicimur*. Et ita optimè à Phil. explicatur, quoad nos, & diffinitur. ¶ Ad 2. Resp. dist. aīs. committitur circulus *difformis*, conc. aīs. *Uniformis*, neg. aīs. & conseq. Dicimus, quod licet in hujusmodi diffinitionibus non possit circulus omnino vitari, est tamen circulus difformis: qualitas enim, quæ secundum se non habet diffinitionem, quia non habet aliquid simpliciter prius, diffinitur, quo ad nos *per quale*, quod est nobis notius; & quale secundum se diffinitur per qualitatem: unde circulus vitiosus non est. Ad 3. neg. aīs. Quia diffinitum est, quid concretum; qualitas autem, quæ in diffinitione concreti ponitur, est, quid abstractum, vel è contra, diffinitum est, quid abstractum, & quale in diffinitione abstracti positum, est quid concretum: unde diffinitum diffinitionem non ingreditur.

Dico 2. *Divisio qualitatis in quatuor species supradictas bona, & ad aquata est*, quod sic prob. Nam qualitas secundum D. Tho. 1. 2. q. 49. ar. 2. est modus, & determinatio subjecti secundum esse accidentale; sed ista determinatio quatuor tantum modis potest contingere: ergo. Prob. min. Talis determinatio, vel est in ordine ad naturam subjecti bene, vel male disponendo, & sic pertinet ad 1. speciem; vel est in ordine ad operationem per modum prin-

cipi, vel potentia, & sic pertinet ad 2. vel per modum termini, aut principij particularis alterationis, & prout sic pertinet ad 3. vel denique per ordinem ad quantitatem, & sic pertinet ad 4. speciem; sed non est assignabilis alius modus, & determinatio substantiae: ergo divisio qualitatis in has quatuor species bona est, & adæquata.

9. Contr. prædictam tamen divisionem Obijc. 1. Arist. 5. Metaphys. assignans species qualitatis, tres tantum species, secunda pretermissa, assignabit: ergo nostra divisio in quatuor species, non est bona, & adæquata. *Confirm.* ab opposito. Phil. post quartam speciem qualitatis, ait, alias plures species qualitatis posse assignari: ergo sunt plures.

Resp. tamen ad arg. cum nostro Authore in præsenti, quod Arist. loco citato non assignabit secundam speciem qualitatis, quia parum ante text. 15. egerat de illa sub nomine potentiae. Unde non mirum, quod hic sub tali nomine non assignaverit. *Ad confir.* pariformiter dicimus, quod Phil. non assignavit plures species qualitatis, sed illa verba dicere ob humilitatem, ut in fin. cuiuscumque tractatus consueverat; vel quod solum ser. sit dari alia plura exempla qualitatum, quam illa, quæ ipse adducit, non tamen, quod sint alia plures species qualitatis.

10. Obijc. 2. In prædicta divi-

sione qualitatis, membra dividentia coincidunt: ergo non est bona, & adæquata divisio. Prob. a. Omnis qualitas est dispositio: ergo. Prob. a. Omnis qualitas juxta D. Tho. est modus, & dispositio subjecti: ergo.

Resp. dist. ult. a. Omnis qualitas est modus, & dispositio subjecti, ut principium, vel terminus operationis, conc. a. est dispositio subjecti in ordine ad suam naturam, neg. a. & conseq. Dicimus enim, quod dispositio, ut est prima species qualitatis, dicit esse dispositionem subjecti in ordine ad suam naturam; cumque hoc non habeant alia species qualitatis, cum non disponant subjectum secundum se, sed ut principium, vel terminus operationis, vel ut terminus quantitatis; hinc est, quod membra dividentia non coincidunt.

11. Obijc. 3. Habitus non solum pertinet ad qualitatem, sed ad alia pertinet prædicamenta: ergo male assignatur specialis species qualitatis. Prob. a. Habitus dicitur ab habendo; sed dicimus habere quantitatem, habere relationem, habere vestem, & similia, quæ ad alia prædicamenta pertinent: ergo.

Hoc arg. Laberat æquivocatione, unde ad illam tolendam dicimus cum nostro Authore, & D. Tho. 1. 2. q. 49. ar. 2. quod habitus tripliciter potest sumi. 1. prout est idem ac *habitio*, qua una res habet alteram, inter quas

nihil mediat, nisi sola relatio habitionis, v.g. habere servum, habere relationem, habere quantitatem, habere pecuniam; & hoc modo sumptus habitus non est speciale prædicamentum, sed ultimum post prædicamentum. 2. modo accipitur pro habitione, quia una res habet alteram, inter quas mediat aliquid per modum actionis, vel passionis, licet non sit vera actio, sicut esse vestitum, vel calciatum, quod est habere vestem, non absolute, sed vestitam, & hoc modo habitus est ultimum prædicamentum. 3. Denique modo accipitur habitus pro qualitate, quæ benè, vel male subjectum secundum suam naturam disponit, & hoc modo solum pertinet ad primam speciem qualitatis.

QUÆST. XXVI.

UTRUM RECTE ASSIGNENTUR PROPRIETATES QUALITATIS?

IN secunda parte hujus cap. triplicem assignavit Phil. qualitatis proprietatem. Quarum prima est, quod *qualitas habet contrarium rigurosum*: siquidem albedo v.g. vere, & rigurosè contrariatur nigredini. Hac tamen proprietas inquit Phil. non est proprium quarto modo qualitatis; quia licet conveniat *soli* qualita-

ti, non tamen convenit *omni*: flavo caim, aut fusco nihil est contrarium.

2. Proprietas est, quod *qualitas suscipit magis, & minus*. Nam *color* modo est major, modo minor. Ista tamen proprietas debet intelligi de qualitatibus, quæ possunt intendi, & remitti: unde nec ista proprietas inquit Phil. est proprium quarto modo qualitatis, quia licet conveniat *soli*, non tamen *omni* qualitati. *Sanitas* enim secundum aliquos non suscipit magis, & minus: & secundum omnes *triangulus*, & *circulus* non suscipiunt magis, & minus: nec uetus *circulus* est magis *circulus*, quam alter; aut ipsem potest modo esse magis, vel minus *circulus*, quam postea, vel ante.

3. Proprietas est, quod *per qualitatem dicuntur res similes, vel dissimiles*: sicut per quantitatem dicuntur *æquales*, vel *inaequales*. Et hæc proprietas est propria quarto modo qualitatis; siquidem in alijs generibus, tantum per analogiam ad qualitatem inventur *similitudo*, aut *dissimilitudo*. Hujusmodi autem proprietates, præter authoritatem Phil. illas tradentis, & ejus interpretationem eas recipientium, non aliter melius, quam aliqua adversus eas obijciendo, possunt comprosbari.

4. Contr. 1. proprietatem Obijc. 1. Habere contraria, ut hic accipitur, convenit alijs

à qualitate: ergo male afferit Phil. competere *soli* qualitati. Prob. aīs. habere contrarium, hic accipitur, non pro contrarietate rigurosa, sed pro contrarietate lata, ut comprehendit etiam contrarietatem privativam, & relativam; sed sic accepta contrarieta, certum est competere alijs, quam qualitati: ergo. Prob. mai. Accepta contrarietate propriè, & ut versatur inter ea, quæ ab eodem subiecto mutuo se expellunt, solum convenit duabus primis qualitatibus, scilicet caliditati, & frigiditati; & consequenter male Phil. poneret exemplum in *albedine*, & *nigredine*: ergo non accipitur hic pro contrarietate rigurosa, sed pro contrarietate lata.

Confirm. Hac 1. proprietas convenit *omni* qualitati: ergo male afferit Phil. non convenire *omni*. Prob. aīs. Eo modo, quo album contrariatur nigro, etiam *flavo* contrariatur *fuscum*: ergo. Prob. aīs. Isti colores intermedij ab eodem subiecto mutuo se expellunt, sicut colores extremi: ergo.

5 Resp. ad arg. neg. aīs. & ad illius prob. neg. mai. Hic namque contrarietas sumitur pro rigurola contrarietate; quæ rigurosa contrarietas, prout dicit maximam distantiam ab eodem genere, & mutuo se ab eodem subiecto expellere, primo, & per se convenit quatuor primis qualitatibus, calori videlicet, & frigiditati, *humiditati*, & *siccitati*; & ratione il-

larum convenit contrarietas alijs; ut ignis v. g. ratione caloris contrariatur aquæ, & sic ratione primarum qualitatum, secundario convenit contrarietas secundis qualitatibus. Et hac ratione album propriè contrariatur nigro.

Ad confirm. neg. aīs. ad cuius prob. neg. etiam aīs. ad propriam namque contrarietatem non sufficit, quod aliqua à subiecto se mutuo expellant, sed insuper requiritur, quod sub eodem genere maxime distent; cumque colores extremi sub genere coloris maxime distent: non autem colores mediij, ut flavum, & fuscum; hinc fit, quod licet colores extremi rigurose contrariantur, colores tamen intermedij proprie, & rigurose non contrariantur.

6 Obijc. 2. contr. 2. proprietatem. Aliquod accidens magis, & minus fulcipere, nihil aliud est, quam magis, aut minus radicari in subiecto; sed omni accidenti convenit magis, aut minus radicari in subiecto: ergo & omni accidenti convenit fulcipere magis, & minus: ac proinde hoc non convenit *soli* qualitati. Prob. min. Omni accidenti, convenit esse in subiecto: ergo omni accidenti convenit magis, aut minus in illo radicari.

Resp. neg. min. quia in tantum aliquod accidens magis, aut minus radicatur in subiecto, in quantum ratione suæ activitatis est expulsivum sui contrarij; quæ

activitas solum convenit primis qualitatibus, & ratione illarum secundis; non vero alijs accidentibus: & ideo, licet illa sint in subjecto, non tamen in illo magis, aut minus raricantur; ac proinde, nec suscipiunt magis, aut minus.

7 Obijc. 3. contr. 3. proprietatem. Non sola qualitas, sed aliqua alia dicuntur similia, vel dissimilia: ergo non est proprium quarto modo qualitatis. Prob. aīs. Duæ substantiae ejusdem speciei dicuntur similes: & Pater dicitur generare sibi simile; insuper duæ relationes Paternitatis sunt similes; & relatio Paternitatis, & filiationis dissimiles; & denique duæ calefactiones similes sunt: ergo.

Resp. neg. aīs. Proprium enim, & peculiare est qualitatis, quod secundum illam aliqua dicantur similia, vel dissimilia; quia omnia, quæ dicuntur similia, vel dissimilia, dicuntur talia ratione qualitatis: vel ratione alicujus habentis se admodum qualitatis; unde si duæ substantiae, v. g. duo homines dicuntur similes est ratione unitatis differentiarum, que in illis se habent admodum qualitatis: & sic de alijs proportionabiliter discurrendum. Et hæc dicta sufficient de quatuor praecipuis prædicamentis.

XoX

CAPUT DE SEX ULTIMIS
prædicamentis.

QUÆST. XXVII.

UTRUM SEX ULTIMA PRÆdicamenta sunt forma absoluta,
& intrinsece?

B Revissime Arist. de sex ultimis egit prædicamentis; vel quia sunt parum in usu; vel quia ex dictis facile eorum natura cognoscitur; unde, & nos Phil. imitantes breviter de illis agemus. Quare circa 1. quod in dubio inquirimus, dicendum est contr. Scotum in 4. dist. 13. q. 1. Sex ultima prædicamenta, non esse relationes secundum esse, sed aliquid absolutum, quod explicari non potest, nisi per ordinem ad aliquid extrinsecum: & ideo sunt relativæ secundum dici.

2 Concl. est communis, eamque docet, & probat noster Author hic, breviterque ex ipso prob. 1. Arist. decem genera entis inter se primo diversa constituit, idque communis admittit sententia; sed si sex ultima prædicamenta essent relativæ secundum esse, & non formæ absolute; tantum quatuor genera entis constituerentur, & non decem: ergo sex ultima prædicamenta sunt quid absolutum, & non relativum secundum esse. Prob. min. Si sex ultima prædicamenta essent relativæ secundum esse, sive fa-

merentur ab extrinseco , ut vult Scotus , sive ab intrinseco , ut alijs placet , non constituerent speciale genus , aut prædicamentum diversum à relatione : ergo tantum essent quatuor genera entis. Prob. 2. Tunc casus sex ultima prædicamenta pertinenter vere , & propriè ad prædicamentum relationis , cum juxta contrarios essent vere , & propriè relationes secundum esse : ergo non constituerent speciale genus , nec speciale , & distinctum prædicamentum à relatione .

3. 2. Prob. concl. Relativa secundum esse explicant ordinem , & habitudinem ad terminum , & quamvis dicant inherentiam , illā tamen non explicant ; sed sex ultima prædicamenta omnia preter actionem explicant inherentiam , & nullum illorum explicat ordinem , & habitudinem ad terminum , sed solum explicant in , vel ab , qui est differentialis conceptus actionis : ergo prædicta sex ultima prædicamenta non sunt relationes secundum esse , sed tantum relativa secundum dici : quæ cum desumantur ab aliquo extrinseco , v. g. quanto in ordine ad tempus , & ubi in ordine ad locum , non possunt omnino intelligi , sine ordine faltem transcendentali ad illud extrinsecum , quod est proprium relativorum secundum dici .

4. Dices cum Scoto : omnia prædicta prædicamenta esse relationes secundum esse , quia eo-

rūm esse dependet ab existentia termini extrinseci , ad quem ordinatur , non enim datur ubi , nisi sit locus circumscribens , nec datum quando , nisi sit tempus , nec habere v. g. vestem , nisi sit vestis ; sed dependere ab existentia sui termini est proprium relationis secundum esse ergo .

Certum ad hoc facile resp. ex dictis . Quod , & si sex ultima prædicamenta sint relativa secundum dici quia tamen , ut in 2. concl. dicemus , desumuntur ab aliquo extrinseco , possunt dependere in suo esse ab existentia talis extremi , ut patet in exemplis positis ab argente ; ex hoc tamen minime sequitur esse relativa secundum esse quia ad hoc erat necessarium , quod explicarent ordinem , & habitudinem ad tale extrinsecum , tanquam ad purum terminum ; cumque hoc non habeant : hinc fit , quod non sunt relativa secundum esse , sed relativa secundum dici .

5. Dico 1. Quod sex ultima prædicamenta non sunt a. nominaciones extrinsecæ , sed sunt forma intrinsecæ , licet ab aliquo extrinseco desumptæ . Hæc concil. est communis , & expressa D. Tho. pluribus suis doctrinae in locis . Ubi exprelse asscrit , & præcipue in 4. dist. 16. q. 3. ar. 1. quod hæc sex ultima prædicamenta non consistunt in illo extrinsecq , à quo dependent : v. g. quando non consistit in tempore , nec ubi in loco ; sed consistunt in aliquo accidenti intrinsecæ .

eo ex adjacētia extrinseci in subiecto relicto : ergo sentit Ang. Mag. quod sex ultima prædicamenta non sunt denominations extrinsecæ, sed formæ intrinsecæ, licet ab aliquo extrinseco desumptæ.

6. Ratione vero prob. nostr. concl. sic. Denominations extrinsecæ non constituant specialia genera, aut prædicamenta distincta ab illis, ad quæ pertinent formæ, à quibus tales denominations desumuntur ; sed sex ultima prædicamenta vere constituant specialia genera distincta, à rebus extrinsecis, quas respiciunt : ergo non sunt denominations extrinsecæ. Min. cum conseq. patet: mai. vero sic prob. Formæ, quæ intrinsecè alicui inhærent, & aliud extrinsecè denominant, v. g. visio ad parietem terminata extrinsecè, & intrinsecè existens in potentia visiva, non constituant duplex genus entis, unum secundū quod intrinsecè inhærent, & aliud secundū quod extrinsecè denominant: ergo pariter denominatio extrinseca decepta à loco, vel tempore, quæ ad genus quantitatis pertinent, non constituet diverlum genus entis à quantitate. Et ratio omnium est, quia denominatio extrinseca, secundum id, quod dicit entitatis propriæ, & prout entitas res est à modo distincta, nō ponit in numero cū forma, à qua provenit: consequenterque, si ubi solū esset denominatio extrinseca à loco, & quando à tempore, nec ubi, nec quando pertineret ad genera distincta à quantitate,

quod est falsum.

7. Contr. hanc 2. concl. solum obieciunt contrarij, varia testim. D. Tho. nam 1. p. q. 110. ar. 3. inquit, quod mobile secundum locum non est intrinsecum, in quantum hujusmodi, sed solum ad aliquid extrinsecum, scilicet ad locum ; sed mobile est in potentia ad ubi: ergo ubi juxta Ang. Mag. non est aliquid intrinsecum. Similiter 1. contrag. cap. 3. sic loquitur: aliquando denominatur aliquid ab eo, quod est extra ipsum, ut à loco dicitur aliquid esse alicubi: ergo

Resp. tamen D. Tho. in prædictis testim. nec in alijs, non intendere denominations hujusmodi sex prædicamentorum esse denominations extrinsecas, & non ponere aliquid intrinsecum in denominato; sed quod intendit dicere est, quod licet sint formæ intrinsecæ, sumuntur tamen ab aliquo extrinseco, ad differentiam aliarum formarum, v. g. albedinis, quæ intrinsecus inhæret, & intrinsecè denominant, & eorum denominatio à nulli extrinseco dependet. Denominatio tamen istorum prædicamentorum, licet intrinseca sit, & à forma intrinseca proveniens, ut denominatio ubi, id est aliquid intrinsecum locato, dependet tamen ab aliquo extrinseco, nempe à loco circumscribente; ex qua circumscriptione tale ubi in corpore intrinsecè reluitat.

8. Ex qua doctrina ad 1. locum D. Tho. dicimus Ang. Mag. solum intendere assignare differentiā in-

ter motum localem , & inter motum augmentationis , & alterationis , quæ in eo consistit ; quod , cum isti duo motus terminentur ad quantitatem , & qualitatem à nullo extrinseco desumptam , mobile solum est in potentia ad aliquid intrinsecum : motus tamen localis terminatur ad ubi , quod licet sit forma intrinseca in mobili , desumitur tamen à loco extrinseco . Quapropter quando D. Tho. dicit , quod mobile non est in potentia ad aliquid intrinsecum , debet intelligi , quod non est in potentia ad aliquid intrinsecum , omnino absolutum ab aliquo extrinseco . *Ad 2. testim.* D. Tho. dicimus , quod causaliter tantum denominatur aliquid esse alicubi à loco , non tamen formaliter , quia formaliter mobile habet esse alicubi ab ubi intrinseco , licet cum dependentia à loco extrinseco .

QUÆST. XXVIII.

Quid sint actio , et passio , & quæ earum species , & proprietates ?

Pro resolutione 1. quod inquirimus , est notandum , quod in productione alicujus effectus à causa creata , præter ipsam causam , & virtutem ejus operativam , datur *actio* , quæ est causalitas agentis , per quam constituitur in actu 2. causans : in passo vero datur realis *receptio* effectus .

tus , & hæc dicitur *passio* . Actio igitur sic communiter distinguitur : est *forma* per quam agens in materiali sibi subjectam agere dicitur . Vel aliter ; est *actualitas agentis* , qua reducitur de actu primo ad actu secundum . V. g. *actio* , qua ignis producit aliud ignem , vel qua unus homo producit aliud hominem . Passio vero : est *realis receptio effectus* ; vel est *forma* , qua *passum subiicitur agenti in actu secundo* . Unde sicut ignis denominatur *agens* , quia media sua actione aliud ignem in ligno producit , ita lignum dicitur *passum* , quatenus in receptione effectus agenti subiicitur . *Actio* constituit quintum , & *passio* sextum praedicamentum .

2 *Quæ duo praedicamenta , & si distinguuntur formaliter per rationem , & virtualiter , seu fundamentaliter à parte rei , non tamen distinguuntur realiter entitatively .* Quod sic breviter ostenditur . Quæ realiter entitatively identificantur cum uno tertio , realiter entitatively identificantur inter se ; sed *actio* , & *passio* realiter entitatively identificantur cum uno tertio , scilicet cum motu : ergo realiter entitatively identificantur inter se . Min. præterquamquod est communis sent . Philosoph . prob . sic . Eadem entitas , v.g. impulsus lapidis sursum , prout est ab agente est *actio* , & prout receptus in lapide est *passio* , & ut mediante illo , lapis movetur est *motus* : ergo .

3 *Circa 2. quod in hac quæst.*

inquirimus, dicendum est, quod *actio*, ut in species subalternas, dividitur in actionem immanentem, & transseuntem. Actio immanens in spiritualem, & corporalem: spiritualis in volitionem, & intellec-
tionem; actio corporalis subdivi-
ditur in diversas actiones, secun-
dum diversitatem sensuum. Ac-
tio vero transiens dividitur in
diversas species, secundum di-
versitatem terminorum, ut in
actionem *substantialem*, & *acciden-
talem*, hoc est productivam
substantię, vel accidentis. Et pa-
ri modo potest dividi passio in di-
versas species, secundum diversi-
tatem effectuum, cuius est recep-
tio.

4 Ad ultim. quod inquirimus,
quas videlicet, habeant propri-
tates? Dicendum est, quod *actio*,
& *passio* quatuor habent proprie-
tates. 1. est, quod ubicumque est
motus sit *actio*, & *passio*, & con-
verso: ratio est, quia ista tria, ut
diximus, realiter identificantur.
2. Proprietas est, quod *passio* est
effectus *actionis*; in hoc tamen sen-
su, quod omnis receptio effectus
in passo, in quo formaliter con-
sistit passio, dimanat ab agente.
3. Proprietas est, quod *actio*, &
passio habent contrarium. Quæ
proprietas convenit illis ratione
termini ad quæm; nam *calefactio*
contrariatur *frigefactio*, quia
figus contrariatur *calori*. 4. De-
nique proprietas est, quod *actio*,
& *passio* sumpunt magis, & mi-
nus; quod etiam convenit eis ra-

tione termini ad quem.

5 Contr. id, quod in princi-
pio quæst. supponimus Obje. 1.
Causalitas aliarum causarum, v.
g. materiae, formae, & causæ fina-
lis non constituunt speciale præ-
dicamentum: ergo nec illud de-
bet constituere causalitas cause
efficientis, qualis est actio.

Resp. conc. ahs.neg.conseq.
& ratio disparitatis est; quia præ-
dicamenta accidentium consti-
tuunt secundum diversa acci-
denta, quæ aliquod subjectum
completum possunt afficere; cum
que causalitas materiae, & formæ
non sint accidentia alicujus sub-
jecti completi; & causalitas finis
quamvis competat subjecto, com-
pleto, non sit causalitas physica,
sed metaphorica non constituens
speciale genus physicum, hinc
fit, quod ista tria non constituunt
speciale prædicamentum. Causa-
litas tamen causa efficientis, cum
sit accidens afficiens subjectum
completum, cum actiones sint
suppositorum, constituit specia-
le prædicamentum, quod *actio*
vocatur.

6 Obje. 2. Prædicamenta ac-
cidentium constiutuntur, & dis-
tinguiuntur penes inherentiam
speciale in subjecto; sed actio
nullam dicit inherentiam in sub-
jecto: ergo non constituit specia-
le prædicamentum. Prob. min.
Actio, ut actio solum dicit esse ab
agente: ergo nullam dicit inher-
entiam in subjecto.

Resp. conc. mai. dist. min.
led

sed actio nuliam dicit, inherētiam in subjecto, pro *expresso*, conc. min. pro *implicito*, neg. min. & conseq. Dicimus etgo, quod sicut relatio pro explicito solum dicit esse ad terminum; pro implicito tamen dicit speciale in, & specialem inherētiam contractam per conceptum ab: ita, & actio, licet pro expresso solum dicat esse ab agente, pro implicito tamen dicit speciale in, & specialem inherētiam in subjecto, contractam per conceptum ab: quod sufficit, ut constituat speciale prædicamentum.

QUÆST. XXIX.

QUID SINT RELIQUA QUATUOR prædicamenta, & quas habent species, & proprietates?

Septimum prædicamentum in ordine est quando, quod aliqui in duratione cuiuscumque rei, & independenter à tempore falso consistere existimant. Cæterum in sententia communi, & D. Tho. quando, sic optime diffinitur: est id, quod ex adjacentia temporis relinquitur. Nam sicut per ultimam cognoscitur quantitas panni, ita ex adjacentia, & applicatione temporis, cognoscitur, & mensuratur duratio rei, ex qua mensuratione resultat in re temporali accidens reale, quod quando vocatur. Species hujus prædicamenti sunt esse in tempo-

re presenti, præterito, vel futuro: & quia tempus præsens est indivisible, esse in tempore præsenti est species aethera; aliae vero sunt species subalternæ, & dividuntur in horam, diem, mensem, & annum.

2 Prædicamentum quando tres habet proprietates, unā propriā, & duas communes sibi, & alijs. Communes sunt, quod non habeat contrarium, nec suscipiat magis, aut minus. Proprietas vero, quæ specialiter convenit quando est, quod solum ea, quæ incipiunt, & desinunt esse sint in hoc prædicamento. Et ratio est, quia quando, ut diximus, est quod ex adjacentia temporis relinquitur; sed æterna non sunt in tempore, bene vero illa, quæ incipiunt, & desinunt esse: ergo solum ista ponuntur in hoc prædicamento.

3 Octavum prædicamentum est ubi, seu ubicatio, quæ duplex est, una circumscrip̄tiva, & alia indivisibilis, seu sacramentalis præsentia, seu ubicatio circumscrip̄tiva &c, quæ ad præsens pertinet, est circumscrip̄tio passiva corporis, & circumscriptione activa loci proveniens. Ex qua diffinitione constat, quod ad talem circumscriptionem concurrit corpus, & ejus quantitas, & locus extrinsecus corpus circumscribens: cæterum in nullo istorum consistit ubi, sed in quodam accidenti intra seco, quod à circumscriptione activa loci in corpore resultat. Qua ratione inquit D. Tho. motum localēm ali-

quā

quando esse ad locum , aliquando vero ad ubi ; quia ad locum est , ut ad terminum extrinsecum : ad ubi vero , ut ad terminum intrinsecum . Præsentia , seu ubicatio indivisibilis , aut sacramentalis est , quando totum corpus est in toto loco , & totum in qualibet parte loci : v. g. præsentia corporis Christi in Eucharistia : de quibus agemus in Philosophia .

4 Species hujus prædicamenti , secundum Phil. 5. Phy. text. 45. sunt esse sursum , vel deorsum , ante , & retro . Proprietates vero sunt duæ communes , supra assignatae ; & alia propria hujus prædicamenti , scilicet quod ubi solum competit corporibus quantis . Et ratio est ; quia ubi ad hoc pertinens prædicamentum solum est , quod provenit ex circumscriptione activa loci ; sed solum corpora quanta possunt à loco circumscribi : ergo ubi prædicamentale solum convenit corporibus quantis .

5 Nonum prædicamentum est situs , quod quidem distinguitur à prædicamento ubi , in eo quod ubi solum dicit existentiam corporis in loco ; situs vero dicit dispositionem , & ordinationem partium in loco ; unde situs sic diffiniatur : est dispositio partium in ordine ad locum . Dicitur , quod est dispositio partium in ordine ad locum , quia dispositio partium in ordine ad se non constituit situm . Dispositio partium in ordine ad locum est naturalis una , & alia præter naturalis . Naturalis dispo-

sitione est illa , quam corpus ex sua natura habet . Ut homo v. g. ex natura sui habet caput supra pectus , quod quidem bruta non habent . Dispositio præternaturalis est illa , quā quodlibet animal ex sua voluntate , & appetitu habet : v. g. stare , sedere , jacere , & hujusmodi .

6 Species hujus prædicamenti sunt dispositio naturalis in ordine ad locum , & dispositio præter naturalis , quæ subdividitur in alias species , ut sedere , jacere , stare . Proprietas specialis , & peculiaris hujus prædicamenti potest assignari , sicut in prædicamento ubi , scilicet , quod sola corpora quanta sint in hoc prædicamento ; quia sola illa habent dispositionem partium in ordine ad locum .

7 Denique decimum prædicamentum est habitus , qui in præsenti sumitur , ut supra notavimus , pro habere aliquid ita quod inter habens , & rem habitam aliquid mediet , per modum actionis , aut passionis , ut habere vestem , non quomodocumque , sed vestitam ; quando enim aliquis vestitus est armis , vel veste , rotulat in illo quoddam accidēs , quod vocatur habitus . Diffiniturque sic : est corporum , vel eorum que circa corpus sunt adjacentia . Qui quidem habitus , quamvis ab extrinseca veste defumatur , aliquid tamen est intrinsecum in ipso corpore vestito . Species hujus prædicamenti dividuntur secundum diversa genera vestimentorum , quæ toti corpori , vel ejus partibus pos-

possunt adjacere; v. g. habere arma, habere vestem, habere calceamentum, seu esse armatum, esse vestitum, esse calceatum. Proprietates hujus prædicamenti sunt, non habere contrarium, & quod magis, & minus possit suscipere, saltem ratione vestimenti, siquidem dives magis solet esse vestitus, quam pauper.

CAPUT DE POST PRÆDICAMENTIS.

QUÆST. XXX.

DE OPPOSITIS, ET CUFUS vis oppositionis conditionibus.

POst tractatum de prædicamētis agit Arist. de post prædicamentis, quæ sunt quidam modi in completi, & per omnia prædicamenta divagantur, & ideo post prædicamenta vocantur. Quæ post prædicamenta surit quinque, scilicet oppositio, prioritas, si multas, motus, & modus habendi. In hac tamen questione solum de oppositione agemus, quia de alijs in sequenti inquiremus.

2 Oppositio ergo nihil aliud est, quam repugnantia aliquorum inter se. Dividiturque in contradictoriā, privativā, contrariā, & relativā. Cujus divisionis sufficientiam probat noster Author super 1. cap. post prædicamentorum sic. Omnis oppositio, vel est inter ens, & simpliciter non ens, & sic est opposi-

tio contradictoria: vel est inter ens, & ejus privationem, v. g. inter videns, & cæcum, vel inter lucem, & tenebras, & tunc est oppositio pr. vativa: vel est inter ens, & ens, quæ mutuo se expellunt, v. g. inter album, & nigrum, & tunc est contraria: vel denique est inter ens, & ens, quæ mutuo se respiciunt, v. g. inter Patrē, & Filium, & tunc est oppositio relativa; sed non est excogitabilis aliis modus oppositionis: ergo benè, & adæquate in prædictas quatuor species dividitur oppositio.

3 Ex his tamen oppositionibus major oppositio est contradictoria. Et ratio est, quia inter opposita contradictoriæ non datur medium, cum inter ens, & non ens medium assignabile non sit; sed inter opposita contrariæ, privative, & relativæ datur medium: cum possit dari ens, cui nullum ex extremis conveniat: angelus namque, nec est Pater, nec Filius, nec est albus, nec niger, nec est cæcus, nec videns: ergo oppositio contradictoria est omnium maxima, postea privativa, deinde contraria, & omnium minima relativa.

4 Ex quo sequitur, quod licet divisio oppositionis physicæ in has quatuor species bona, & adæquata sit, analoga tamen est. Et ratio est: quia illa divisio est auloga, in quâ membra dividentia inæqualiter participant rationem divisi; sed sic contingit in

prædicta divisione: ergo analoga divisio est. Prob. min. Sola oppositio contradictoria est simpliciter oppositio: alia vero non ita simpliciter, sed majores, vel minoris, ut dictum est, & præcipue relativa, cum sit oppositio secundum quid: ergo in hujusmodi divisione membra dividentia in-equaliter participant rationem divisii: ac proinde divisio analoga est.

5. Sequitur etiam (ad istas oppositiones in particulari descendendo) quod illa propriè dicuntur opponi relativè, quæ mutuo se respiciunt, ut Pater, & Filius. Circa contradictoriam solum restat advertere, quod hic non loquimur de oppositione contradictoria propositionum; quia de hac in dialectica egimus: sed de oppositione contradictoria physica, & quæ versatur inter ens, & non est: hominem v.g. & non hominem, album, & non album. Circa privativâ est advertendum, quod privatio potest sumi propriè, & impropriè. Accipitur propriè, quando est carentia formæ in subiecto apto ad illam habendam, secundum speciem, & individuum, ut privatio vitius in homine. Accipitur vero privatio impropriè, quando est carentia formæ in subiecto, quod solum secundum genus, & non secundum speciem est aptum habere illam, ut talpa sic impropriè dicitur cæcus; quia solum secundum rationem genericam animalis est capax habere

visum; vel quando carentia formæ est in subiecto in capaci habendi illam pro tali tempore, ut carentia visus in sane ante novem suę nativitatis diem.

6. Contrariorum diffinitio, prout hic sumuntur, deducitur ex Arist. 20. Metaph. cap. 9. sunt namque contraria, quæ sub eodem genere maxime distant, & ab eodem subiecto mutuo se expellunt. Quinque etiam assignat contrariorum conditiones. 1. Quod bono non contrariatur, nisi malum, malo autem potest contrariari, & bonum, & malum: ut avaricie contrariatur aliquid bonum, scilicet virtus liberalitatis, & aliquid malum, scilicet vitium prodigalitatis. 2. Conditio est, quod non est necessarium necessitate Logica, quod si unum contrariorum est, sit etiam & alterum; quia non valet, album est: ergo, & nigrum est: physicè tamen, & naturaliter necesse est esse elementa contraria, & quod si est ignis, sit etiam aqua.

3. Conditio est, quod duo contraria in gradibus intensis non possunt simul esse in eodem subiecto, bene tamen in gradibus remissis. 4. Conditio, quod contraria possunt versari circa idem subiectum. 5. Denique conditio est, quod contraria omnia, aut sunt sub eodem genere, ut album, & nigrum sunt sub genere coloris; aut sub contrariis generibus, ut justitia, & injustitia, quorum pri-mum est sub genere virtutis, &

alterum sub genere *vitijs*; aut ipsa contraria sunt genera, ut *bonum*, & *malum*. Nec ista conditio sic explicata, opponitur definitioni contrariorum; quia quomodo cumque ex prædictis modis sint contraria, semper verificatur, quod sunt sub eodem genere medieto, vel immediato.

QUÆST. XXXI.

DE QUATUOR RELIQUIS
post prædicamentis?

SEcundum post prædicamentum est prioritas, quæ nihil aliud est, quam *antecedentia unius rei ad aliam*. Et ejus species sunt quinque. 1. est prioritas temporis, seu *in quo*. Ut quando duo diverso tempore generantur, unum est prius tempore alio, & hac prioritate *Adamus* fuit prior tempore *Noe*. 2. Est prioritas naturæ: illa nimirum, quæ reperiatur inter ea, quæ licet sint simul tempore, unum tamen est causa alterius; & hac prioritate *sol* est prior natura *luce*, & *homo risibilitate*; quia licet simul, & in eodem instanti temporis sint, tamen *sol* est causa lucis, & *homo risibilitatis*.

3. Tertia, est prioritas dignitatis, sicut *Rex* est prior dignitate, quam *Dux*. 4. Est prioritas ordinis, sicut ille, qui prius sedet dicitur prior ordine alijs. 5. Denique est prioritas subsistendi consequentia: ut cum unum infertur ab alio,

non tamen infert illud. Et hoc modo *unum* est prius *duobus*, quia bene valet; sunt *duo*: ergo est *untus*; non tamen valet ecoaverso. Et hoc etiam modo animal est prius homine; quia licet valeat: est *homo*: ergo est *animal*; non tamen valet: est *animal*: ergo est *homo*.

2. His prioritatis addunt Theologi aliam prioritatem, prioritatem videlicet originis; qua prioritate dicitur prius illud, à quo aliud procedit, quamvis procedens non sit effectus ipsius, & sit simul duratione: & hoc modo Pater æternus dicitur prior Filio, origine: nam quamvis Filius sit co-æternus, & consubstantialis Patri, nec sit effectus illius, procedit tamen à Patre, & Pater est principium illius.

3. Tertium post prædicamentum est *simultas*, quæ *triplex* est. Nimirum *simultas temporis*; *simultas naturæ*, & *simultas divisionis*. *Simultas temporis* est, quando duo generantur simul; vel simul incipiunt esse; v. g. *sol*, & *lux*; *essentia*, & *propria passio*, quando in sui positione ab extrinseco non dependet. *Simultas naturæ* est, quando aliqua sunt simul, & unum non est causa alterius: & hoc modo relativa sunt *simul natura*. *Simultas divisionis* reperitur inter membra dividenda aliquod divisum: v. g. inter differentias, quæ simul dividunt genus.

4. Quartum post prædicamentum est *motus*, qui cum sit via, &

tendentia ad terminū est quid in sunt completum; & ideo ad nullū prædicamentum directe pertinet; sed est post prædicamentum, & reductive pertinet ad prædicamentum sui termini *ad quām*. Sex species motus juxta differentiam terminorum afsignat Arist. hic; videlicet ad *substantiam*, generationem, & corruptionem; ad *quantitatem*, augmentationem, & diminutionem; ad *qualitatem*, motum alterationis; & ad *ubi* motum localem. Cuicunque motui, seu mutationi ex dictis contrariatur, seu opponitur privativè *quies*; & specialiter cuicunque motui opponitur, & contratiatur motus ad formam contrariam, ut motui sursum, contrariatur motus deorsum.

5. Ultimum denique post prædicamentum est *habitus*, seu modulus habendi, & non sumitur hic, ut jam supra notavimus pro *dispositione subjecti*, qui sic sumpitus est prima species qualitatis; nec ac-

cipitur pro habere aliquid, quatenus inter habens, & rem habitam mediat *aliqua actio*, vel *passio*; quia prout sic habitus constituit decimum prædicamentum: sumitur ergo *habitus* in praesenti, prout est idem, ac *habere*: ut habere qualitatem, v.g. virtutem; habere quantitatem, v.g. tres ulnas; habere, quæ circumstant, v.g. habere vestes; habere partes, v.g. manus, & pedes; habere ad possidendum, v.g. habere agros. Quapropter Phil. 5. Metaph. text. 28. modos habendi ad quatuor reduxit. 1. Aliquid dicitur habere aliquam rem, quam trahit ad suam dispositionem, ut febris habet infirmum. 2. Aliquid habet aliud, sicut *subjectum habet formam*. 3. Continens habet contentum, ut *vas habet aquam*. 4. Aliquid habet alium per violentiam, ut columna habet trabem. Et hæc de pos-
prædicamentis: nec non de
toto libro septimo
Logicæ.

LIBER OCTAVUS,

DE POSTERIORIBUS.

DE forma prioritica demonstrationis jam in 3. libro dialecticæ egimus; modo cum Philosopho de ejus forma posterioristica: hoc est de materia ex qua demonstratio confitare debet, cum Ang. Doctore opusc. 48. restat investigare: scilicet de præcognitis, & præcognitionibus, de propositione immediata, & per se nota, de modis dicendi per se, de demonstratione ipsa, ipsiusque divisionibus. Pro quo sit.

QUÆST. I.

QUÆ NAM SINT NECESSARIA ad demonstrationem?

ANequam Phil. præcognita, & prærequisita ad demonstrationem assignaret hoc in fronte assignavit principium: *omnis doctrina, omnisque disciplina intellectiva fit ex præexistente cognitione.* Quod axioma intelligi debet juxta Ang Mag. & mentem ipsius Phil. de cognitione discursiva inadæquate accepta, & secundum quod ad concl. terminatur; quia cognitio, qua cognoscitur concl. sive scientificè, sive opinativè ex cognitione præexistente fit præmissarum. Quæ doctrina est contra Platонem, qui asserebat *scire nostrum non acquiri per discursum, sed esse inditum a natura;* ideoque esse quodam remissi affirmabat: aliqua ergo ante

cognitionem scientificam concl. juxta Phil. debent necessario præcognosci. Qua veritate presupposta.

2 Supponendum est, quod prædictum axioma non est extendum ad cognitionem angelorum, & multominus ad cognitionem divinam. Quia cum angeli non cognoscant per discutum formalem, sed licet ex parte objecti cognoscant unum per aliud; ex parte tamen cognoscentis unica, & eadem cognitione attinunt principia, & conclusiones, essentiam videlicet, & passiones; eorum cognitio non est ex præexistente cognitione. Sed solum, id verificatur de cognitione discursiva, comprehendente totum discutum, ut amplectitur assensum præmissarum, quando non sunt lumine naturali notæ, & assensum conclusionis habitum per formalem discutum: omnia enim ista

ista fiunt, & ex præexistente cognitione causantur, usque dum deveniatur ad aliquod principium lumini naturali notum, ad quod perinde non prærequiratur cognitionis alicujus, ex quo ipsum probetur.

3 Dicendum igitur est cum ipso Phil. *ad cuiuslibet conclusionis assensum scientificum, tria necessario esse præcognita, & due præcognitiones.* Hæc concl. habet duas partes probandas, & quoad 1. sic prob. Ad cognoscendum scientificè aliquam conclusionem, debent necessario cognosci præmissæ, quæ sunt principia, & causa conclusionis; sed præmissæ non possunt cognosci, nisi cognoscantur subjectum, & passio; ergo ad cognoscendam scientificè aliquam conclusionem, tria necessario sunt præcognoscenda, scilicet principium, subjectum, & passio. Mai. constat, siquidem concl. cognoscitur propter præmissas, min. vero sic prob. Si aliquis ignoraret, *quid*, aut *de quo* subjecto demonstrat, nullo modo posset demonstrare: cum de re incognita, nihil affirmare, aut negare possimuss, sed quod demonstratur est *passio*, & id *de quo* demonstratur est *subjectum*: ergo præmissæ non possunt cognosci, nisi cognoscantur subjectum, & passio.

4. 2. Vero concl. pars sic prob. De supradictis præcognitis debet cognosci per distributionem accomodam, *an sint*, & *quid sint*: ergo duæ necessario exiguntur præ-

cognitiones. Prob. aīs. In primis de præmissis debemus præcognoscere, *an sint vera?* Quia cognitionis veritatis conclusionis causatur ex cognitione veritatis præmissarum; de præmissis tamen non debemus præcognoscere, *quid sint*; quia complexa non habent diffinitionem rigurosam. *Deinde* de subiecto debemus præcognoscere, *an sit*, & *quid sit*: hoc est, *an sit* possibile, & quam habeat essentiam; quia hæc non probatur à priori per demonstrationem, sed supponitur. *Et denique* de passione debemus præcognoscere, *quid sit nominis*, hoc est, *quid nomen illius significet*: nam si intellectus ignoret, *quid significet* passio, non potest illam subiecto attribuere: ergo de primo ad ultimum ad cognoscendum scientificè aliquam concl. duæ etiam sunt necessariæ præcognitiones.

5. Contr. 1. part. concl. Obijc. 1. Datur aliud præcognitum præter tria à nobis assignata: ergo 1. pars. concl. diminutè procedit. Prob. aīs. Ad cognoscendā scientificè aliquam concl. requiritur necessario cognoscere *bonitatem consequatur*: ergo.

Resp. aīnen, quod bonitas consequentia est præcognitum *prioristicum*, se tenens ex parte forme, non vero est præcognitum *posterioristicum*, se tenens ex parte materie; cumque hic iolum de præcognitis posterioristicis, cum Arist. agamus quia de prioristicis agit dialecticus: hinc eit, quod

solum tria præcognita assignemus.

6 + Dices tamen contr. hanc solutionem, quod datur aliud præcognitum posterioristicum præter tria assignata: ergo semper verificatur, quod diminutæ præcognita assignantur. Prob. aīs. *Medium demonstrationis etiam est præcognitum posterioristicum, se tenens ex parte materiæ syllogismi: ergo. Resp. quod quamvis medium sit præcognitum posterioristicum, non tamen ponit in numero cum præmissis, & ideo illud, ut distinctum præcognitum non assignamus.*

7 + Adhuc etiam contr. istam solutionem replic. Medium est distinctum præcognitum à præmissis: ergo solutio data nititur principio falso. Prob. aīs. dup. &c. sic. De præmissis debet præcognosci, an sint vera; sed de medio non debet præcognosci an sit verum; cum hoc sit proprium propositionis: ergo. 2. Prob. idem aīs. Ideo medium non esset distinctum præcognitum à præmissis; quia in illis includitur; sed hoc non obstat: ergo. Prob. min. Etiam subjectum, & passio includuntur in præmissis; hoc non obstante, constituunt distinctum præcognitum à præmissis: ergo.

+ Resp. ad istam replic. neg. aīs. ad cuius r. prob. conc. mai. dist. min. Sed de medio non debet cognosci, an sit verum; ut quod, conc. min. an sit verum, ut quo, neg. min. & conseq. Quamvis

enim medium non sit verum, ut quod est tamen verum, ut quo, quia est id ratione cuius præmissæ habent veritatem illativam; si quidem præmissæ non inferunt conclusionem, nisi quatenus extremitates connectuntur cum medio; unde etiam de medio debet præcognosci, an sit verum veritate illativa, & ut quo.

+ Ad 2. prob. aīs. concessis præmissis paritatis neg. conseq. Quia principium, ut tale est concretum accidentale, cuius forma dans illi esse connexum cum conclusione, est medium, passio vero, & subjectum sunt illius materia, unde sicut cognitio albi, in esse albi non ponit in numero cum cognitione albedinis, ponit tamen in numero cum cognitione corporis, quod est materia illius; ita præcognitio principij ponit in numero cum cognitione subjecti, & passionis, quæ sunt illius materia: secus tamen ponit in numero cum præcognitione medij, quod est forma constituens principium in ratione principij, & idem est cognoscere principium, ut inferens conclusionem, ac cognoscere formam, vi cuius talem conclusionem infert.

8 + Contr. 2. part. concl. etiam obijc. Quod de subjecto non debet præcognosci ejus diffinitio: ergo de subjecto non debet præcognosci, quid sit. Prob. aīs. Plures scientie, quæ de suo objecto passiones demonstrant, illius etiam tradunt diffinitionem: ergo.

Faciliter tamen resp. quod
ficer aliquæ scientiæ diffinitionem
tradant suū objecti, seu subjecti,
ipsam tamen diffinitionem non
possunt per demonstrationem pro-
bare: ac proinde ad cuiuslibet af-
fensem scientificum per discur-
sum, & demonstrationem acqui-
situm, per quem cognoscitur ali-
quam passionem convenire sub-
jecto, jam de ipso subjecto debet
præcognosci, quid est, quod est
illius supponere diffinitionem.

QUÆST. II.

*UTRUM ASSENSUS PRÆ-
MISSARUM CONCURRAT EFFICIENTER
AD ASSENSUM CONCLU-
SIONIS?*

Non loquimur in hac quæst.
de præmissis objective
+ sumptis, siquidem hoc
modo acceptis sunt causa mate-
rialis conclusionis: quatenus ma-
teria præmissarum diversimode
disposita est materia conclusionis;
sed loquimur de præmissis forma-
libus, nimirum de actu, quo in-
tellectus assentitur præmissis, qui
dicitur *assensus*. Et de hoc acru,
seu assensu inquirimus; an con-
currat efficienter simul cum intel-
lectu ad assensum formalem con-
clusionis?

2 Et supponimus tanquam cer-
tum, quod assensus præmissarum
in aliquo genere cause concurredit
ad assensum conclusionis. Tum,
quia, ut inquit Phil. cognitio in-
tellectiva fit ex preexistente cogni-
tione; idest cognitio conclusionis
fit ex cognitione præmissarum; sed

iste modus loquendi importat de-
pendentiam causalitatis: ergo.
Tum etiam, quia in diffinitione
demonstrationis, ut infra videbi-
mus, dicitur quod præmissæ sunt
causa conclusionis: ergo non est
dubium, quod præmissæ forma-
les, seu assensus illarum in aliquo
genere cause concurredit ad assen-
sum conclusionis.

3 Similiter certum est, quod
præmissæ, seu assensus illarum
non concurredit in genere cause fi-
nalis ad assensum conclusionis:
nam quamvis assensus præmissarum
ordinetur ad assensum conclusionis,
non tamen econtra.
Nec talis assensus concurredit ad
conclusionis assensum in genere
cause materialis: nam assensus
præmissarum non est causa mate-
rialis, seu materia ex qua compo-
natur assensus conclusionis. Unde
solum restat difficultas, an assen-
sus præmissarum concurredit in ge-
nere cause efficientis ad assensum
conclusionis; an vero concurredit
in genere cause formalis, deter-
minando intellectum ad assensum
conclusionis? Quibus suppositis.

4 Dicendum est, quod assensus
præmissarum in genere cause effi-
cientis concurredit ad assensum conclu-
sionis. Hæc concl. est expressa D.
Tho. i. post lect. 3. ubi præmissas
habere rationem cause activæ, &
efficientis respectu concl. affirmat
his verbis: *In demonstrationibus,*
principia se habent ad conclusio-
nem, sicut in naturalibus cause
ad effectus; sed in predicto

loco loquebatur D. Tho. de causis efficientibus, ut consideranti patebit: ergo juxta Ang. Mag. præmissæ, & assensus illarum efficienter concurrunt ad assensum conclusionis.

3 Ex qua doctrina prob. 1. ratione nostr. concl. Aliquod genus causalitatis juxta D. Tho. exercet assensus præmissarum circa assensum conclusionis; sed non aliud quam causæ efficientis: ergo. Probat. min. In primis non exercet genus causæ finalis, aut materialis, ut in notabilibus manet probatum; deinde nec exercet genus causæ formalis: ergo non exercet aliud genus causalitatis, quam causæ efficientis. Prob. min. Assensus præmissarum non concurredit in genere causæ formalis intrinsecæ, cum assensus præmissarum non sit forma intrinseca assensus conclusionis; alias non concurredit in genere causæ formalis extrinsecæ exemplaris, vel objectivæ: ergo. Min. quantum ad 1. partem constat: siquidem assensus conclusionis, cum sit diversus formaliter ab assensu præmissarum non elicetur ab intellectu ad instar illius, sicut artificium sit ad instar ideæ. Quantum ad 2. vero partem prob. Assensus præmissarum non potest concurrere proponendo intellectui ipsam objectum conclusionis, quod est concurrere ad assensum illius in genere causæ formalis objectivæ: ergo. Prob. aīs. Objectum conclusionis, & præmissarum est

diversum: ergo.

6 2. Prob. nostr. concl. Illud, quod constituit potentiam in actu 1. potentem ad productionem effectus, efficienter concurrit cum ipsa potentia ad productionem talis effectus; sed assensus præmissarum constituit intellectum in actu 1. potentem ad assensum scientificum conclusionis: ergo simul cum intellectu efficienter concurrit ad talem assensum. Mai. est certa, siquidem ideo habitus scientificus concurrit effective simul cum intellectu ad cognitionem scientificam, quia intellectum constituit proximè potentem ad talem cognitionem. Min. vero sic prob. Intellectus independenter ab assensu præmissarum non est perfectè, & adæquate potens assentiri scientificè conclusioni: ergo. Prob. aīs. Assensus scientificus conclusionis terminatur ad conclusionem, ut illatam ex præmissis; sed intellectus independenter ab assensu præmissarum non est potens attingere conclusionem, ut illatam ex principijs: ergo. Prob. min. Intellectus non est potens ad attingendam conclusionem, ut illatam ex principijs, quin attingat præmissas continere conclusionem; sed actus, quo intellectus cognoscit præmissas continere conclusionem est assensus præmissarum: ergo.

7 Contr. prædictam concl. Obijc. 1. Assensus præmissarum concurrit in genere causæ formalis

extrinsecæ specificantis ad assensum concl. ergo non concurrit in genere causæ efficientis. Prob. aīs. Principia , medijs quibus concl. deducitur sunt principia formalia specificativa ipsius conclus. ergo similiter assensus præmissarum concurrit in genere causæ formalis extrinsecæ specificantis. Prob. aīs. Eadem materialiter concl. ut ex diversis principijs deducta, formaliter à se ipsa distinguitur: ergo.

Resp. neg. aīs. & ad prob. conc. aīs. neg. conseq. Nam quavis principia per modum objecti determinent intellectum ad speciem concl. ipsæ tamen assensus præmissarum , quatenus tribuit, & compleat virtutem intellectus, efficienter ad assensum concl. cum intellectu concurrit. Unde arg. solum probat de præmissis objectivis , non vero de formalibus. Admodum quo , sicut signum non efficit , quia est objectum ; ita præmissæ objectivæ non efficiunt assensum conclusionis : sicut tamen cognitio signi effectivè concurrit ad cognitionem signati ; ita cognitio præmissarum , qua est illarum assensus, effectivè concurrit ad assensum conclusionis.

8 Obijc. 2. Quidquid cum intellectu efficienter concurrit ad cognitionem aliquam , vel est habitus , aut species impressa ; sed assensus præmissarum , nec est habitus , nec species impressa : ergo non concurrit efficienter cum intellectu ad assensum conclusionis.

Prob. mai. Nullus actus , vel assensus intellectus est alterius actus efficienter effectivus ; sed assensus præmissarum est actus intellectus: ergo.

Resp. dist. mai. ult. discurs. Nullus actus est productivus alterius actus , si per se non ordinetur ad illum , conc. mai. si per se ad illum ordinatur , neg. mai. & consef. min. neg. conseq. Verum nāque est , quod actus intellectus, sicut & voluntatis, qui per se non ordinatur ad alterum actum non est productivus illius; bene tamen actus , qui per se ad alium ordinatur , & illum in virtute continet, nam actus intentionis , quia continet in virtute electionis actum , ad illum cum voluntate efficienter concurrit. Cumque assensus præmissarum ordinetur per se ad assensum conclusionis , illumque virtualiter contineat , compleatque virtutem intellectus ad talem assensum : hinc est , quod efficienter cum intellectu ad assensum conclusionis concurrit.

9 Obijc. 3. Causa efficiens, dum actu causat effectum , debet actu existere ; sed cum actu elicetur assensus conclusionis , jam non existit assensus præmissarum : ergo assensus præmissarum non potest ad assensum conclusionis efficienter concurrere. Prob. min. dupl. & 1. sic. Assensus conclusionis elicetur per discursum ; sed discursus importat actuum successionem: ergo. 2. Prob. eadem min. Si assensus præmissarum , & conclusionis

simul existentes, intellectus simul plura intelligeret; sed intellectus juxta D. Tho. 1.p. q.85. ar.4. non potest simul plura intelligere: ergo

+ Ad hoc arg. resp. 1. neg. min. quia ut Arist. affirmat in 1. cap. 1. libri Post. Assensus minoris est simul cum assensu cœlusionis, simultate temporis, cum sola prioritate naturæ; cumque assensus minoris, quatenus determinat assensum majoris, contineat in virtute ipsum assensum majoris: hinc est, quod assensus minoris, ut sic in virtute continens assensum majoris, causat efficienter assensum conclusionis. Ex qua doctr. ad 1. prob. min. Dicimus, quod discursus non importat successionem actuum, cum prioritate temporis unius ad alterū, sed sufficit, quod sit cum prioritate naturæ. Ad 2. prob. Dicimus, quod D. Tho. loc. citato solum intendit, quod intellectus non possit plura eadem cognitione attingere: non tamen, quod non posset hoc facere diversis cognitionibus; & maxime si objecta sint inter se subordinata: sicut sunt objectum præmissarum, & conclusionis.

2. Resp. ad arg. dist. min. sed quando existit assensus conclam non existit assensus præmissarum *in se formaliter*, conc. min. virtualiter, & in aliquo à se relicto neg. min. & conseq. Deficiente enim assensu præmissarum per severat in intellectu determinatio, quam assensus præmissarum in illo reliquit ad assensum con-

clusionis, quæ virtualis existentia sufficit ad causalitatem effectivā. Ut patet in Patre, qui licet in se formaliter aliquando non existat, vere tamen est causa efficiens filij: quia existit virtualiter, & in aliquo à se relicto. Patet etiam in actu intentionis, cuius sunt effectus omnes actus, qui ad finis intenti consecutionem pertinent, licet in se formaliter non existat, sed solum existat virtualiter in determinatione in voluntate reicta.

10 Obje. 4. Assensus præmissarum non est causa univoca, nec æquivoca assensus conclusionis: ergo nullo modo concurrit efficienter ad talem assensum. Ans. quantum ad 1. partem constat: si quidem causa univoca est ejusdem speciei cum effectu, quem producit; sed assensus præmissarum non est ejusdem speciei cum assensu conclusionis: ergo non est causa univoca. Quantum ad 2. vero sic prob. Causa æquivoca est causa universalis determinabilis per alias inferiores; sed assensus præmissarum non est causa universalis assensus conclusionis: ergo non est causa æquivoca respectu illius.

Resp. neg. ans. quantum ad 2. partem. Est enim assensus præmissarum causa æquivoca assensus conclusionis; quia assensus præmissarum specie distinguitur ab assensu conclusionis, cum unus sit actus habitus principorum, alter vero actus habitus scientifici. Ad quod non obstat, quod assensus

*H*is præmissarum non sit causa universalis potens producere plures effectus diverse rationis; quia sufficit producere plures, vel unum, dummodo sit diverse species: ut patet in *calore animalis*, qui est causa æquivoca respectu sanguinis, & tamen non est causa universalis potens producere plures effectus specie distinctos.

21. Obijc. ultim. Si assensus præmissarum concurreret in genere cause efficientis ad assensum conclusionis, posset Deus talēm concursum supplere, & facere, ut absque assensu præmissarum, intellectus assensum eliceret conclusionis; consequens est impossibile: ergo assensus præmissarum non concurrat in genere cause efficientis. Prob. mai. Et si Deus non possit supplere concursum cause materialis, aut formalis, bene vero concursum cause efficientis: ergo.

Resp. tamen neg. sequel. Quia licet Deus possit supplere concursum cause efficientis absolute, non tamen potest facere, quod effectus eodem modo procedat, sicut procederet à causa particulari efficienti: nam potest Deus producere sine generante animal, non tamen, ut genitum, quia prout sic dicit essentiale ordinem ad generans; cumque assensus conclusionis, ut scientificus, scilicet ut ex præmissis, dicat essentiale ordinem, & dependentiam à principijs, & ab assensu illorum: hinc est, quod non

potest Deus facere, quod absque assensu præmissarum intellectus assensum elicit conclusionis formaliter, ut scientificum, & ut ex principijs illatum.

QUÆST. III.

UTRUM EX ASSENSU PRÆMISSARUM NECESSITETUR INTELLECTUS AD ASSENSUM CONCLUSIONIS?

IN hoc dubio non loquimur de quocumque intellectu, sed de intellectu bene disposito cognoscente rectam dispositionem præmissarum, & bonitatem consequentiarum. Et de isto inquirimus; an supposito assensu præmissarum, maneat necessitatus ad assensum formalem conclusionis? quia assensus virtualis illius non distinguitur à præmissarum assensu.

2. Etiam est notandum, quod necessitas est duplex, una quantum ad specificationem, & alia quantum ad exercitium. Necessitas quoad specificationem, tunc contingit, quando potentia necessitatur, ad actum determinatae speciei, v. g. amoris; ita ut non possit esse odio; vel assensus; ita ut non possit esse dissensus. Necessitas vero quantum ad exercitium, tunc contingit, quando potentia non potest suspendere actum, nec ab illo cefare; & de utraque necessitate procedit dubium. Unde pro illius resolut.

3. Dico 1. *Intellectus ex assensu præmissarum, necessitatur, quondam specificationem ad assensum conclusivum.* Conclusio est commun-

Nisi , & sic breviter prob. Necessitari quoad specificationem est necessitari ad actum determinatę speciei ; sed intellectus ex assensu p̄missarum , manet necessitatus ad actum determinatę speciei circa conclusionem : ergo. Prob. min. Intellectus ex assensu p̄missarum manet necessitatus ad assensum conclusionis , ita ut non possit elicere dissensum : ergo. Prob. āns. Intellectus eo ipso , quod assentiatur p̄missis , cognoscit , quod p̄missę sunt verę , & consequenter cognoscit evidētēr conclusionem esse veram , cum in vero non possit contineri , nisi verum ; sed circa verum cognitionem , ut tale , necessitatur intellectus ad assensum , ita ut non possit elicere dissensum ; sicut voluntas circa bonum propositum , ut tale manet necessitata ad amorem , ita ut non possit elicere odium: ergo.

Dico 2. Ex assensu p̄missarum necessitatur intellectus etiam quantum ad exercitium , ad assensum conclusionis. Hęc concl. deducitur ex D. Tho. 1.p. q. 82. ar. 2. ubi sic loquitur : Intellectus ex necessitate assentitur propositionibus necessarijs , quae habent connexionem necessariam cum primis principijs ; sicut conclusiones demonstrabiles , cognita connexione necessaria conclusionum ad principia , ex necessitate cognoscuntur ; sed D. Tho. loquitur de necessitate quantum ad exercitium , cum comparet hanc necessitatem , cum illa , quā

habet voluntas beati ad amorem beatificum : ergo.

3 Ratione vero prob. sic. Tum aliqua potentia est necessitata quoad exercitium ad aliquem actum , quando non potest suspenderē actum , nec ab illo cessare ; sed intellectus , supposito assensu p̄missarum , non potest suspendere assensum conclusionis , nec ab illo cessare : ergo. Prob. min. Potentia naturalis debitè applicata ad objectum non potest suspendere actum , nec ab illo cessare ; sed intellectus medio assensu p̄missarum debitè applicatur ad objectum conclusionis : ergo. Mai. constat : siquidem potentia *visiva* debite applicata ad objectum non potest suspendere visionem ; sed non alia ratione , nisi quia est potentia naturalis debitè applicata ad objectum : ergo. Mis. vero principalis sic prob. Intellectus per assensum p̄missarum cognoscit clare identitatem extermorum cum tertio ; sed intellectus cognoscens clare identitatem extermorum cum tertio , quod est objectum p̄missarum , clare etiam cognoscit identitatem extermorum inter se , quod est objectum conclusionis , per illud universale principium ; quae sunt eadem unitertio , sunt eadem inter se: ergo intellectus medio assensu p̄missarum est potentia naturalis debitè applicata ad assensum conclusionis : ac proinde nequit talem assensum suspendere , nec ab illo cessare.

Con-

6 Contr. 2. concl. Obijc. 1. Voluntas secundum D. Tho. 1. 2. q. 9. ar. 1. movet intellectum, quantum ad exercitium suorum actuum, ac proinde illum movet ad assensum conclusionis; sed voluntas, non movet necessario, sed libere: ergo adhuc supposito assensu præmissarum, potest voluntas non movere intellectum ad assensum conclusionis. Prob. min. Voluntas non necessitatatur, quantum ad exercitium à quolibet bono particulari, sed tantum à summo bono clare cognito: qua ratione solum necessitatatur ad amandum Deum in statu beatitudinis; sed movere intellectum quantum ad exercitium ad assensum conclusionis est quodam bonum particulare: ergo.

Resp. conc. mai. dist. min. Voluntas non movet necessario, sed libere *absolutè* loquendo, conc. min. ex *suppositione*, neg. min. & conseq. Licet namque voluntas *absolutè* loquendo liberè moveat intellectum ad assensum conclusionis, quatenus potuit illum non applicare ad præmissas; ex *suppositione* tamen, quod illum applicavit ad præmissas, & illarum assensum, illum movet necessario ad assensum conclusionis. Admodum quo, licet voluntas libere moveat potentiam *visivam* ad vindendum, quia potest illam applicare, vel non applicare; ex *suppositione* tamen, quod potentia visiva applicata sit, necessitatatur, ut videat. Et hæc necessitas, cum

sit necessitas secundum quid, potest Deo convenire, nam licet *absolutè* non sit necessitatus ad producendam formam substantialem; ex *suppositione* tamen, quod materia primam producat, necessitatus manet ad producendam formam substantialem; & si causat *essentiam*, debet producere existentiam; quia nec materia potest existere sine forma; nec essentia sine existentia.

7 Obijc. 2. Ex præmissis dispositis, & evidenter cognitis ab intellectu potest indifferentè deduci conclusio directa, & indirecta: ergo intellectus ex assensu præmissarum non manet necessitatus ad assensum conclusionis directæ, sed potest pro libito voluntatis illum moventis, elicere ex talibus præmissis indifferentè assensum conclusionis directæ, aut indirectæ.

Resp. dist. aīs. potest inferri conclusio directa, & indirecta, utraque *immediatè*, neg. aīs. una *mediate*, & altera *immediatè*, conced. aīs. & neg. conseq. Licet namque ex eisdem præmissis possit deduci duplex conclusio, aliter tamen, & aliter; nam directa infertur *immediate*, & primariò; *mediate* vero, & quasi *secundariò* infertur indirecta; cumque omnis causa determinate ad tuum effectum *immediatum* inclinet; hinc fit, quod assensus præmissarum determinat, & necessitat intellectum ad assensum conclusionis directæ, licet postea per no-

vam applicationem possit deducere conclusionem indirectam, & illi assentiri.

8 Obje. 3. In præmissis evidenteribus non repræsentatur clare, & evidenter verum conclusionis: ergo intellectus per assensum præmissarum non est directe applicatus ad objectum conclusionis. Prob. aīs. Veritas non repræsentatur evidenter, & clare, nisi quando repræsentatur formaliter, & explicitè; sed veritas conclusionis non repræsentatur formaliter, & explicitè in præmissis evidenteribus, sed tantum virtualiter, & implicitè: ergo. Prob. min. Eo modo aliquid repræsentatur per principium, quo continetur in principio; sed conclusio tantum virtualiter, & implicitè continetur in præmissis evidenteribus: ergo.

Resp. dist. aīs. Veritas conclusionis non repræsentatur clare, & evidenter in præmissis, claritate, & evidenter *immediata* ipsius conclusionis in se conc. aīs. claritate, & evidenter *mediata*, neg. aīs. & conseq. Quamvis enim conclusio non repræsentetur evidenter in se ipsa immediate. Repræsentatur tamen evidenter, & clare mediate, scilicet in medio infallibiliter connexo cum veritate conclusionis; siquidem præmissæ recte dispositæ illuminant, & manifestant cōclusionem evidenter, & clare; quia cognita evidenter causa, ut talis est, etiam cognoscitur evidenter effectus. Unde se-

mel, quod intellectus assentiat in præmissis, necessitatus manet ad assentiendū conclusioni immedia te, & in se ipsa.

9 + Sed contr. Intellectus creatus est finitæ, & limitatae virtutis, non solum intensivæ, sed etiam extensivæ, quoad numerum cognitorum: ergo potest contingere, quod aliquis intellectus in cognitione, & assensu præmissarum compleat numerum objectorum, quæ intra sphæram suæ activitatis continentur; & consequenter, quod positis præmissis, & assensu illarum, non eliciat assensum conclusionis.

+ Resp. conc. aīs. neg. cons. Quia præmissæ ita sunt connexæ cum conclusione, quod assensus illarum non potest esse sub sphæra alicujus intellectus, intra cuius etiam sphæram non sit assensus conclusionis; sicut implicat, quod materia prima cadat sub sphæra creantis, & sub tali sphæra non cadat de possibili forma, propter connexionem materiæ, & formæ; & idem dicendum de essentia, & existentia. Præindeque non potest contingere, quod præmissæ, & illarum assensus cadant sub sphæra intellectus, quin simul cadat conclusio, & illius assensus; quia licet conclusio sit diversum objectum à præmissis, est tamen ita connexa cum illis, ut non possit cadere assensus præmissarum intra sphæram alicujus intellectus, quin intra eandem cadat assensus conclusionis.

10 Obiectum. Si aliquis habens errorem circa aliquam conclusionem, faciat demonstrationē circa illam, & habeat assensum præmissarum, in eodem instanti non potest habere assensum cōclusionis: ergo nec ex assensu præmissarum necessitatur intellectus quantum ad exercitium ad assensum conclusionis. Prob. aīs. Pro illo instanti assensus præmissarum, debet expelli error; sed error in sui expulsione, aliquam faciet resistētiam: ergo non poterit pro instanti assensus præmissarum expelli error, & assensus elici conclus.

Resp. neg. aīs. quia cum assensus præmissarum omnino tunc casus convinceret intellectum ad assensum conclusionis, sicut ille est instantaneus, ita & expulsio erronis in eodem sit temporis instanti; licet cum aliqua prioritate, & posterioritate naturæ, in diverso genere cause: nam in genere cause efficiētis prius est assensus elici scientificum, quam errorem expelli; in genere tamen cause materialis, prius est expulsio erroris, quam elicientia assensus scientifici.

11 Ex dictis in tota quæst. infertur 1. quod necessitas intellectus ad assensum cēnclusionis, quātum ad exercitium, non oritur ex præmissis præcisè; nec præcisē ratione conclusionis: necessitatur tamen ex connexione necessaria medij cum extremitatibus, & præmissarum cum conclusione. Quod patet in hac conseq. si Petrus currit, Petrus movetur, cujus

necessitas non oritur, nec ex cursu, nec ex motu Petri, quæ contingentia sunt, sed oritur ex connexione necessaria, quæ inter antec. & conseq. reperitur.

12 ~~12~~. Infertur ex dictis, quod quamvis Deus possit non dare suum concursum præsum intellectui ad assentiendum præmissis evidētibus; ex suppositione tamen, quod illum intellectui tribuat, necessitatur ad alium concursum præsum præstandua intellectui ad assentiendum conclusioni; ne detur aliqua actio cœpta, quæ non sit immediate dependens à divina causalitate, sine qua nihil omnino facere valens.

QUÆST. IV.

QUID ET QUOTUPLEX SIT
propositio immediata, & per se nota?

Cum demonstratio, ut infra videbimus, sit syllogismus procedēs ex veris, primis, & immediatis, notioribus, causisque conclusionis, ad prædictæ definitionis intelligentiam, & naturali demonstrationis, clarius percipieādā, inquirimus in præsenti dubio; quid sit propositio immediata, & per se nota?

2 Propositio igitur immediata est: quia non est altera prior. Vel aliter, est: que caret medio per quod probetur. Unde propositiones immediatas sunt illæ, in quibus prædicatū est de essentia subjecti, vel prima passio illius; ita quod inter subjectum, & prædicatū nihil mediet ab utroque realiter distinctū: ut istæ: homo est rationalis; homo est admirativus. Propositio vero me-

diata est illa , inter cuius subiectum , & prædicatum mediat aliquid distinctum , per quod aliquid probari potest . Vel est illa , que habet medium , per quod probetur : v. g. propositio in qua enuntiatur de subiecto 2. vel 3. passio illius , ut ista : homo est risibilis .

3 // Propositio immediata alia est universalis , & quæ ad omnem supponitur scientiam , & vocatur dignitas , quia illi nullus potest resistere , ut hoc universale principium : quodlibet est , vel non est . Alia vero est propositio immediata particularis : ut principium aliquujus particularis scientie , quod vocatur positio : ut in qualibet scientia , diffinitio sui subjecti . Et de utraque verificatur prædicta propositionis immediatae diffinitio .

4 // Dices tamen : quod si aliqua esset propositio immediata maximè illa , in qua prædicatur diffinitio de diffinito ; sed ista potest per alteram probari , & demonstrari : ergo male diffinitur propositio immediata per hoc , quod sit , qua non est altera prior . Prob. min. Una diffinitio potest probari per aliam : ergo . Prob. aīs . Hęc propositio : Domus est artefactum factum ex parietibus , & teclo , probatur per istam : est artificium factum ad nos defendendum ab injurijs temporum : ergo .

+ Resp. tamen conc. mai. neg. min. & ad ejus prob. dist. aīs . Una diffinitio potest probari per alia , si sit diversi generis , conc. aīs . si

sit ejusdem generis , neg. aīs . & conseq. Verum namque est , quod una diffinitio potest probari per aliam , si sit diversi generis ; quia in hoc nulla est repugnantia ; seclus tamē contingit , si sit ejusdem generis . Cumque diffinitiones in arg. assignatæ sint diversi generis , cum una sit materialis , & alia finalis : hinc fit , quod sicut causæ ad invicem sunt causæ , si sint diversi genetis ; ita una diffinitio potest per aliam diversi generis probari : quin hoc obstat , ut propositio ex illa constans sit immediata ; quia ad hanc sufficit , quod in suo genere careat medio probativo .

5 // Circa 2. quod in dubio inquirimus , dicendum est , quod propositio per se nota , est illa , que non cognoscitur mediante alia , sed cognita significatione terminorum , statim cognoscitur . Unde in rei veritate idem est esse aliquam propositionem , immediatam , ac per se notam : cum hac sola differentia , quod esse immediatam ex modo significandi est quasi causa hujus , quod est esse per se notam ; nam quia est immediata , est per se nota . Propositio per se nota dividitur , in per se notam secundum se , & in per se notam , quoad nos . Propositio per se nota secundum se est illa ; in qua prædicatum est de essentia subjecti , v. g. ista Deus est , que est per se nota secundum se , non tamen quoad nos , quia ignoramus terminos ex quibus componitur . Propositio per

per se nota secundum se , & quoad nos est illa , quæ constat terminis communibus , quarum significacionem nullus ignorat , v. g. iste: omne totum est maius sua parte; idem non potest simul esse , & non esse.

6. Dices , quod iste propositiones : *nix est alba* , *ignis calidus* sunt propositiones per se notæ ; & tamen possunt probari per aliud, nimirum per temperamentum nivis , & ignis : ergo propositio per se nota male à nobis diffinitur.

7. Resp. tamen ; quod prædictæ propositiones solum sunt per se notæ quoad se ipsum , non tamen quantum ad intellectum ; quia cum intellectus sit potentia valde perfectior , quam sensus invenit causam , per quam illas possit probare : quod non habet sensus , cum solum percipiat existentiam coloris in nive , & existentiam caloris in igne. Cumque nostra diffinitio debeat intelligi de propositione per se nota , quantum ad intellectum ; hinc est , quod optimè prædicta diffinitione explicatur , & diffinitur.

7. Et si pro complemento hujus quæst. inquiras; an propositio in qua prædicatur 1. passio de subjecto , v. g. hæc : *Omnis homo est disciplinabilis* (supponendo quod *disciplinabile* est 1. passio hominis) sit per se nota ? Dicendum est esse per se notam secundum se ; quia cum inter 1. passionem , & subjectum nihil mediet realiter distinctum , talis proposi-

tio non habet medium reale , per quod probetur ; habet tamen medium rationis , per quod probetur , scilicet diffinitionē ipsius subjecti , quæ sola ratio distinguitur ab illo. Cumque nobis notior sit diffinitio rei , quam ipsum diffinatum : hinc est , quod licet propositio , in qua prædicatur 1. passio de subjecto secundum se , sit per se nota , & careat medio reali per quod probetur : non tamen est per se nota , quoad nos ; cum possit probari per medium rationis , scilicet per diffinitionem subjecti. Et sic explicandus est D. Tho. semper , quod in hac materia venierit explicandus.

QUÆST. V.

*QUID SIT PROPOSITIO DE
omni? qui sunt modi per se? &
quid sit prædicatum uni-
versale?*

Tria in hac quæst. inquirimus , & circa 1. advertendum est , quod est duplex dicti de omni : unum *prioristicum* , & aliud *posterioristicum*. Dicendum prioristicum est , quod ita dicatur prædicatum de subjecto , quod nihil sit subsumere sub subjecto , de quo sive vere , sive falso , sive necessario , sive contingentè non dicatur prædicatum ; ut in his propositionibus : *omnis homo est animal* ; *omnis homo est rationalis* ; *omnis homo est lapis*. Et de hoc dici de omni jam in 3. libro Sumulariū

egimus. Dici vero de omni posterioristicum, & de quo in praesenti agimus, est quod nihil sit subsumere sub subjecto, de quo vere, & necessario non dicatur prædicatum, sive subjectum sit distributum, sive non; ut in his propositionibus: *omnis homo est animal rationale*, *aliquis homo est risibilis*. Unde propositio de *omni posterioristice* semper est propositio necessaria, & econverso. Et quia in materia necessaria, infinita æquivalat universalis, idem est dicere: *omnis homo est rationalis*: ac dicere: *homo est rationalis*, & idem dicendum est de dici de nullo.

2. *Contra*. hanc tamen 1. partem dices 1. quod ista propositio: *Deus est*, utpote necessaria est de *omni posterioristice*; & tamen non de *omni*, quod potest subsumi sub subjecto potest dici prædicatum: ergo male dicitur, quod *divide omni posterioristicum est*, quod nihil est subsumere sub subjecto, de quo non dicatur prædicatum. Prob. min. Subjectum hujus propositionis: *Deus est*, est omnino singulare: ergo nihil est subsumere sub illo.

Responde. tamen conc. mai. dist. min. & tamen nihil est subsumere sub subjecto hujus propositionis: *Deus est*; *positivè*, conc. min. *negativè*, neg. min. & conseq. Dicimus ergo, quod hoc dictum in propositionibus necessarijs, nihil est subsumere sub subjecto, de quo non dicatur prædicatum, potest ve-

tificari, vel *positivè*, quia de *omni* subsupto sub subjecto dicitur prædicatum; vel *negativè*, quia nihil est subsumere sub subjecto, ut in supra posita propositione, *Deus est contingere non dubitamus*.

3. *Dices* 2. Quod istæ propositiones: *sol oritur*: in *omni vere* sunt tonitrua, sunt propositiones de *omni posterioristice*, cum de illis possit dari scientia; & tamen prædicatum non semper convenit subjecto: ergo male diffinatur propositio de *omni posterioristice*, quod prædicatum semper conveniat subjecto. Prob. min. Sol oritur mane, & non vespere, & non in *omni tempore*: immo, *nec in omni vere* sunt tonitrua: ergo.

*Ad hoc resp. cum nostr. Authorc q. 23. circa solutionem 1. argum. dist. mai. prædictæ propositiones sunt de *omni posterioristice absolute sumptuæ*, neg. mai. regulariter acceptæ, conc. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Dicimus ergo, quod in propositionibus de *omni*, est quadruplex gradus convenienti prædicatum subiecto. 1. convenienti semper, & pro *omni tempore*; ita quod nec supernaturaliter possit nona convenire, ut in hac propositione: *omnis triangulus habet tres angulos*. 2. convenienti semper naturaliter, licet supernaturaliter possit deficere, ut prædicatum hujus: *omnis homo est risibilis*, dato quod Deus possit separare risibilitatem ab homine. 3. Modus convenienti naturaliter indefectibiliter, pro*

certo tamen, & determinato tempore, ut prædicatum hujus propositionis: *sol oritur in nostro hemisphario*, quod naturaliter, & indefectibiliter competit illi, tempore auroræ. 4. Denique gradus est conveniendi prædicatum subiecto pro determinato tempore, regulariter tamen, & ut in plurimum, ut in hac: *in omni vere sunt tonitrua*. Omnes ergo prædictæ propositiones sunt de *omni* posterioristice, quia omnes suo modo sunt *necessariae*.

4. + Ad 2. quod in hac quest. inquirimus, breviter dicendum est, quod modi dicendi per se sunt quator 1. Modus dicendi per se est, quando prædicatum est de essentia subiecti, ut in hac propositione: *homo est rationalis*. 2. Modus dicendi per se est, quando prædicatum est propria passio subiecti, ut in hac: *omnis homo est visibilis*. 3. Modus est, quando aliquid existit per se, & non in alio, sicut substantia estens per se; & iste modus est præcisè modus *per se ostendendi*. 4. Modus est, quando subiectum est causa per se prædicati, ut contingit in hac propositione: *edificator edificat*: ista tamè *musicus edificat* non est per se, quia *musicus* non est causa per se *edificandi*. Propositiones ergo ad demonstrationem deservientes debent esse necessariae, & non contingentes, & in 1. vel 2. modo *dicendi per se*.

5. + Dices tamen, quod non se-

lum propositiones in quibus diffinitio, aut pars diffinitionis prædicatur de diffinito, sunt in 1. modo dicendi per se, sed plures aliae, ut cum una diffinitio prædicatur de alia, dicendo: *syllogismus faciens scire*, est *syllogismus confitans ex primis, veris, & immediatis*. Similiter contingit, quādō differentia, superior prædicatur de inferiori, dicendo: *rationale est sensibile*: ergo male limitatur à Phil. 1. modus dicendi per se ad hoc, quod diffinitio, aut pars diffinitionis prædicetur de diffinito.

+ Hoc arg. parum, aut nihil habet difficultatis, ut 1. modus, dicendi per se à nobis explicatur, & in quo sensu debet intelligi Phil. & interpretari. Unde dicimus, Arist. afferere, quod omne prædicatum, quod est de essentia subiecti, prædicatur de illo in 1. modo dicendi per se; & ideo senti, quod propositiones posse in arg pertinent, & sunt in primo modo dicendi per se. Unde cum dicitur, quod 1. modus dicendi per se est, quando diffinitio, aut pars diffinitionis prædicatur de subiecto magis, ponitur ad exemplum notius, quam ad limitandum 1. modum dicendi per se. Per quod patet solutio ad alias objectiunculas, quæ possunt obici contr. supra positam doctrinam de modis dicendi per se.

6. + Circa 3. denique, quod inquirimus, quid videlicet sit propositio de prædicato univerali?

Ref.

Respondetur cum Arist. in praesenti cap. 4. quod propositio de predicato universalis est: *propositio de omni, per se, & secundum quod ipsum*: id est propositio, cuius predicatum convenit omni contento sub subjecto, pro omni tempore, in 1. vel 2. modo dicendi per se, & secundum quod ipsum, hoc est, quatenus differt a ceteris rebus. Advertendo tamen quod ista tria: *de omni, per se, & secundum quod ipsum*, se habent tanquam superius, & inferius: nam omnis propositio, que est de predicato universalis, id est secundum *quod ipsum, est per se, & omnis, que est per se, est de omni, non tamen econtra*.

7 Juxta quam doctrinam, & diffinitionem tria requiruntur ad predicatum universale; ut in praesenti accipitur. 1. est, quod sit *de omni*, defectu cuius *risibile* non est predicatum universale, respectu *animalis*. 2. est, quod sit *per se*: defectu cuius *album* non est predicatum universale, respectu *nivis*; quia licet sit *de omni*, non tamen convenit *per se*, sed contingenter. 3. est, quod conveniat subjecto, *secundum quod ipsum*, id est, secundum quod tale est: defectu cuius, *sensibile* non est predicatum universale, respectu *hominis*; quia licet sit predicatum *de omni*, & *per se*, non tamen convenit illi *secundum quod ipsum*; quia non convenit illi in quantum est homo, sed in quantum est animal.

QUÆST. VI.

UTRUM RECTE AB ARISTOTELE DIFFINIATUR DEMONSTRATIO?

Demonstratio duo includit, formam videlicet syllogisticam, & materiam praemissarum: ratione materiae causat scientiam, licet ad hoc forma syllogistica concurrat, ut conditio. De forma syllogistica jam egit Phil. in lib. priori: unde hic de demonstratione, quoad ejus materiam sermonem instituit. Dupliciterque illam diffinit, 1. per effectum, quem causat; 2. per ejus materiam. Per effectum, quem causat sic: demonstratio est syllogismus faciens sciire. Quæ diffinitio optima est; tum, quia qualibet res recte diffinitur per suum proprium finem; sed proprius finis demonstrationis est causare scientiam: ergo. Tum etiam, quia praedicta diffinitio constat genere, & differentia; nam per esse syllogismum convenient demonstratio cum syllogismo topico, & sophistico; à quibus differt per ultimam particulam, quia non causant scientiam, sicut demonstratio, sed opinionem, vel sophisticam apparentiam: ergo.

2 In ordine ad materiam, ex qua demonstratio debet constare, sic à Phil. diffinitur: est syllogismus procedens ex primis, veris, & immediatis, prioribus, notioribus, causisque conclusionis. Quæ definitio

tio etiam est optima; tum, quia per illam diffinitur demonstratio per materiam ex qua debet constare; sed quælibet res optime diffinitur per suam causam materialē: ergo. *Tum etiam*, quia constat genere, & differentia, quod non potest melius intelligi, quam ejus particulas explicando.

3 Illa particula *syllogismus* est genus: siquidem per esse syllogismum cum alijs syllogismis convenit demonstratio; alię vero particulę, loco differentię collocantur. Nam illa particula *ex primis* denotat, quod demonstratio debet constare ex primis principijs, & immediatis formaliter, ut contingit in demonstratione potissima; vel virtualiter. Nam demonstratio, in qua demonstratur *passio*, premissas debet habere formaliter in se ipsis immediatas, & quæ per aliud non possunt probari, aut demonstrari; in demonstratione autem aliarum sequentium passionum, debent premissæ, ut causet scientiam ad principia indemonstrabilia redaci; & ut sic reducēt dicuntur virtualiter, & remotè immediatas. Et sic omnis demonstratio debet procedere ex *immediatis* formaliter, vel saltim remote, & virtualiter.

4 Illa particula, *veris* denotat, quod premissæ debent esse veræ, non veritate contingentí, sed necessaria. Et ratio est, quia conclusio est vera propter premissas; sed conclusio demonstrationis, ut pote scientifica, non solum de-

bet esse vera, sed & necessaria: ergo & premissæ non solum debent esse veræ, sed & necessaria. Illa particula, *prioribus* denotat, quod premissæ sunt priores conclusione. Quia premissæ, ut denotat ultima particula, sunt causa conclusionis; sed causa est prior suo effectu: ergo. Denique illa particula, *notioribus* denotat, quod premissæ debent esse notiores conclusione. Quia conclusio est nota propter premissas; sed propter quod unumquodque tale, & illud magis: ergo premissæ debent esse priores, & notiores conclusione in *effendo*: vel saltem in *cognoscendo*, quia, quando causa cognoscitur per effectum, effectus est causa suæ cause in cognoscendo. Ex qua explicatione non solum bonitas definitionis colligitur, sed & omnia, quæ adversus illam poterant obici, obiter diluuntur.

QUÆST. VII.

UTRUM PREMISSÆ SINT
certiores conclusione?

EX dictis quæst. antecedenti constat, quid ad præsens dubium respondendum est: unde breviter dico cum Phil. cap. 2. lib. 1. *Premissas debere esse notiores, & certiores conclusione:* quod sic ostenditur. Conclusio est certa propter premissas: ergo premissæ sunt certiores conclusione. Consequentia patet ex illo com-

muni Philosophorum principio: propter quod unumquodque tale, & illud magis. Ans. vero sic prob. Certitudo præmissarum est causa certitudinis conclusionis: ergo conclusio est certa propter præmissas. Prob. ans. Hęc causalis est vera: ideo intellectus certificatur de conclusione, & certo illi assentitur, quia antevertentè certificatur de præmissis: ergo certitudo præmissarum est causa certitudinis conclusionis; & cum alias sit causa & equivoca non influens in effectum totam suam perfectionem; sine dubio præmissæ sunt notiores, & certiores conclusione.

2. Contr. prædictum tamen assertum. Obijc. 1. Præmissæ sunt causæ naturales assensus conclusionis; sed causa naturalis influit in effectum totam suam perfectionem: ergo & præmissæ influunt in conclusionem totam suam certitudinē; & consequenter nō erunt certiores conclusione. Confirm. 1. In demonstrationibus Theologicis, quandoque una præmissarum est naturalis; sed præmissa naturalis non habet majorem certitudinem, quam conclusio supernaturalis, quę supernaturalē habet certitudinem, derivatam ab altera præmissa supernaturali: ergo. Confirm. 2. Si præmissæ essent certiores conclusione, quando plures passiones cum ordine demonstrantur, assensus decimę v. g. conclusionis, nullam, vel valde remissam haberet certitudinē; sed hoc est contra communem ex-

perientiam; cum etiam de ultimis conclusionibus simus certissimi: ergo. Sequela prob. Si prima principia sunt certiora 1. conclusione, hęc assumpta pro principio ad 2. erit certior, & sic de reliquis usque ad decimam: ergo quando ad istam intellectus deve- nit, nullam, vel valde remis- sam haberet certitudinem.

3. Resp. ad arg. dist. mai. Præmissæ sunt causæ naturales, *equivocae*, *conc. mai.* *univocæ*, neg. mai. & sub eadem dist. min. neg. conseq. Licet namque præmissæ, & illarum assensus sint causa naturalis assensus conclusionis, non influunt in illam totam suam cer- titudinem; quia sunt causæ &equivocæ, de cūjus ratione, & si na- turalis sit, est non producere ef- fectum equalis perfectionis cum ipso, in quo à causa distinguuntur univoca naturali.

+ Ad 1. confirm. Resp. quod licet præmissa naturalis secundum se, sit minoris certitudinis, quam conclusio Theologica, ut tamen assumitur cum altera præmissa de fide, & ab illa elevatur, habet certitudinem supernaturalem, & majorem, quam ipsa conclusio Theologica. Ad 2. confirm. Resp. neg. sequel. quia excessus præmis- sarum ad conclusionem, non est ita magnus, ut deveniendo ad ultimam conclusionem, illa habeat remississimam certitudinem; quia talis remissio non fit per modos determinatos, ita ut, si 1. princi- piūm habeat certitudinem, ut

quatuor, 1. concl. habet certitudinem, ut tria: & ne de alijs subsequentibus; sed sit talis remissio per partes proportionales: ita ut licet ultima concl. utpote à pluribus medijs, & consequentijs dependens sit minus nota, quam ipsa media, seu principia; tamen tamen certitudinem aliquam servat, participatam à principijs.

4. Obijc. 2. Illud principium propter quod unumquidque tale, & illud magis, in quo nostr. concl. fundatur, patitur quam plurimas instantias: ergo nititur principio falso. Prob. ans. 1. Paries est albus, propter albedinem; & tamen albedo non est magis alba. 2. Sanguis minuitur, propter sanitatem; & tamen sanitas non magis minuitur. 3. Terra est calida, propter solem; & tamen sol non est magis calidus. 4. Conclusio scitur, propter prima principia; & tamen prima principia non magis sciuntur. 5. Petrus est homo, propter Pátem; & tamen Pater non est magis homo. 6. Filius in Divinis spirat, propter Patrem; & tamen Pater non magis spirat. Denique animal est risibile, propter hominem; & tamen homo non est magis risibilis, quam animal: ergo de primo ad ultimum non valet: conclusio est certa propter præmissas: ergo præmissæ sunt certiores concludentes.

5. Ut huic arg. respondeamus,

nostandum est ex D. Thom. I. p. q. 1. ax. 2. ad 2. & alijs sive doctrinæ in locis, quod, ut prædictum axioma sit undequaque verum, tres requirantur conditiones. 1. Quod effectus, & causa convenient in ratione, & denominatione: & unum sit tale, quia alterum est tale. 2. Quod talis ratio in qua convenient suscipiat magis, & minus. Et 3. Quod distinguantur causa, & effectus, & non sit eadem forma utriusque. Cum his enim conditionibus nullam prædictum axioma patitur instantiam.

6. Quo supposito Resp. quatuor priores instantias deficere ratione defectus 1. conditionis. Paries enim, & albedo non convenient in denominatione albi, nec paries est albus, quia albedo est alba; similiter non ideo sanguis minuitur, quia sanitas minuitur. Nec terra, & sol convenient in ratione calidi, nec terra est calida, quia sol est calidus. Nec prima principia, & conclusio convenient in ratione sciti, quia prima principia non sciuntur. Defectus 2. conditionis deficit quinta instantia; quia licet Pater, & Filius convenient in denominatione hominis, ratio tamen hominis non suscipit magis, & minus. Et denique defectus 3. conditionis, deficient duas ultimæ instantiæ, quia eadem est forma, & ratio spiran-

di in Patre , & in Filio in Divinis. Et eadem risibilitas in hominie , & in animali.

7 Quapropter sic explicato axiome , & intellecto , recte probat Arist. ex illo nostr. concl. & intentum. Quia præmissarum assensus sunt causæ realiter distinctæ ab assensu conclusionis , & in talibus causis , & effectu , non est eadem forma , nec eadem certitudo , & convenient in denominatione certitudinis , & conclusio est certa , quia præmisse sunt certæ ; & denique certitudo est ratio potens suscipere magis , & minus : ergo si conclusio est certa propter præmissas , præmisse sunt magis certæ. Advertendum tamen est , quod hoc debet intelligi , quando intellectus conclusioni solum propter præmissas , & non aliunde assentitur ; nam si quis assentiatur haic conclusioni : Deus est , & propter præmissas , quibus quoad nos a posteriori demonstratur , & simul propter authoritatem Dei dicentis , maiorem certitudinem sine dubio habet conclusionis , quam præmissarum.

QUÆST. VIII.

UTRUM ADÆQUATE DIVI-
datur demonstratio in demonstracionem quia , & propter quid ?

UT ad questionem respondeamus oportet præmittere ,

quod demonstratio dividitur in demonstrationem quia , & propter quid. Demonstratio propter quid est , per quam demonstratur quid sit res , & propter quid sit , per causam ejus propriam , & convertibilem cum effectu : ut cum demonstratur risibilitas , per admirativum , vel per rationale , quia etiam rationale est causa propria , & si mediata risibilitatis. Demonstratio vero quia est illa : per quam demonstratur aliquid esse , non tamen propter quid sit ; ut cum demonstratur aliquid esse per suum effectum ; vel per causam remotam , non convertibilem cum effectu : ut si demonstres , lapidem non respirare , quia non est animal , sic : omne respirans est animal ; lapis non est animal ; ergo lapis non respirat. Animal enim est causa remota respirandi , non tamen propria , cum non convertatur cum effectu ; quia licet omne respirans sit animal , non tamen omne animal respirat.

2 Ex qua doctrina sequitur , non esse idem demonstrationem propter quid , & demonstrationem à priori ; quia licet omnis demonstratio propter quid , sit à priori , non tamen omnis demonstratio à priori , est propter quid. Nam demonstratio per causam remotam est à priori ; cum omnis causa etiā remota prior sit suo effectu : & tamen non est demonstratio propter quid ; quia non est per causam propriam. Similiter non est idem demonstratio à posteriori , ac demon-

monstratio quia; quia licet omnis demonstratio à posteriori sit demonstratio *quia*: non tamen omnis demonstratio *quia*, est à posteriori; sed solum illa, quæ est per effectum: nam illa, quæ est per causam remotam, ut diximus, demonstratio à priori est. *Quibus suppositis.*

3 Ad quæsumus dicendum est, demonstrationem adæquate dividit, in demonstrationem *quia*, & propter *quid*. Hæc concl. communis est, eamque tenet noster Author in præsenti q.5. Unde sic breviter prob. Hæc divisio datur per immediate contradictoria; sed divisio, quæ datur per immediate contradictoria, non potest non esse adæquata: ergo hæc divisio adæquata est. Mai. constat: siquidem hæc divisio datur per demonstrare aliquid per propriam causam, & demonstrare aliquid non per propriam causam. Min. vero sic prob. Non potest aliquid contineri sub diviso, cui non competit aliquid ex prædictis membris contradictorijs, cum inter contradictoria non sit dabile medium: ergo divisio, quæ datur per immediate contradictoria non potest non esse adæquata.

4 Obijc. 1. Plures sunt demonstrationes, quæ ad nullum membris prædictæ divisionis pertinent: ergo talis divisio non est adæquata. Prob. aīs. 1. Demonstratio, quam commentator appellat demonstrationem simpliciter, quæ demonstrat, quid sit aliquid,

& propter quid sit, non est determinate demonstratio propter *quid*, nec demonstratio *quia*: ergo. 2. Prob. idem aīs. Demonstratio per signum, dum non est causa, nec effectus ejus, quod demonstratur, non est demonstratio *quia*, nec propter *quid*: ergo. 3. Demonstratio deducens ad impossibile non videtur ad aliquod ex his membris pertinere: ergo.

Resp. ad arg. neg. aīs. & ad 1. prob. Dicimus, quod demonstratio simpliciter, verè est demonstratio propter *quid*; *quia*, ut argum. supponit, demonstrat quid sit, & propter quid sit veritas conclus. licet virtualiter demonstraret, quod illa sit, quod est proprium demonstrationis *quia*. Ad 2. prob. Dicimus, demonstrationem a signo, cum demonstraret rem esse, & non propter quid sit, semper esse demonstrationem *quia*. Ad 3. Resp. quod demonstratio deducens ad impossibile si deducit ad impossibile per causam propriam, ut si demonstraret, lapidem non esse risibilem, quia sequeretur esse rationalem, pertinet ad demonstrationem propter *quid*; si autem deducat ad impossibile per effectum, ut si demonstraret, lapidem non esse rationalem, quia sequeretur esse risibilem; aut per causam remotam, ut si probetur, lapidem non respirare, quia sequeretur esse animal, pertinet ad demonstrationem *quia*.

5 Obijc. 2. Demonstratio, saltem, quæ procedit per negatio-

nem, nec est demonstratio quia, nec propter quid: ergo. Prob. aīs. Negatio, cum nihil sit, non potest esse causa, aut effectus alicuius: ergo. *Confirm.* Demonstratio unius effectus per alterum, quorum unus non sit effectus, nec causa alterius, non potest esse demonstratio quia, nec propter quid: ergo.

Resp. neg. aīs. quia etiam negationes suo modo sunt causa, & effectus alterius negationis. *Unde* demonstratio procedens ex negatione cause propria; ut si sic demonstrares: omne respirans habet pulmonem; pisces non habent pulmonem; ergo non respirant, est demonstratio propter quid. Sicut, & illa quæ procedit ex negatione effectus, ut ista: omne risibile est admirativum; nullus lapis est risibilis; ergo nullus lapis est admirativus; & etiam quæ procedit per negationem cause remota, ut ista: omne respirans est animal; nullus lapis est animal; ergo nullus lapis respirat: utraque pertinet ad demonstrationem quia. *Ad confir.* Dicimus, quod dato, quod unus effectus possit demonstrari per alium, & talis debet demonstratio erit demonstratio quia, ad quam pertinet omnes demonstrationes, per quas demonstratur res esset, & non propter quid sit.

Ques. 3. Demonstratio, in qua ex predicato superiori colligitur aliquid convenire inferiori, ut si dicas: omne animal est substantia; omnis homo est animal: ergo

go omnis homo est substantia; nec est demonstratio quia, nec propter quid, cum animal non sit causa, aut effectus substantiae: ergo. *Confirm.* cum demonstratur propositio singularis ex universalis, in qua continetur, nec est demonstratio quia, nec propter quid; cum non sit per causam, nec per effectum: ergo.

Resp. ad arg. quod demonstratio in illo posita pertinet ad demonstrationem quia, quia animal non est causa propria, ut aliquid sit substantia, sed quasi causa remota inconvertibilis cum effectu; cum animal non dicatur ad convertentiam cum substantia. *Ad confirm.* Dicimus, quod cum ex universalis propositione probatur singularis in illa contenta; cum id non fiat artificiose, & per verum medium distinctum à conclusione, licet sit bona consequentia, non tamen est rigurosa demonstratio. Et dato, quod demonstratio sit, erit demonstratio propter quid; quia universalis se habet, ut causa omnino propria, & proxima singularis. Nulla igitur est assigabiliis demonstratio, quæ sub membris dividenter

bus à nobis assignatis non continetur.

QUEST.

QUÆST. IX.

UTRUM DIVISIO DEMONSTRATIONIS IN DEMONSTRATIONEM QUAIA,
O propter quid, sit universa?

REsolutio hujus quæst. maximè dependet ex altera; an scilicet demonstratio *quia* generet simpliciter scientiam? Ad quod resolutorie Resp. *affirmative*. Sic D. Tho. I. p. q. 2. ar. 2. ubi absolutè, & sine addito inquit: *Deum esse demonstrari per effectus, & demonstrationem quia;* sed quod absolutè demonstratur, absolutè, & simpliciter scitur: ergo demonstratio à posteriori, & per effectus, qualis est demonstratio *quia*, simpliciter generat scientiam.

2 Deinde suadetur hæc veritas ratione. Assensus, qui habetur per demonstrationem per effectus, & habitus adquisitus per talēm assensum, sunt simpliciter intellectuales: ergo debent esse simpliciter in aliqua specie; sed non in alia, quā in specie scientiæ: ergo ad illam simpliciter pertinent. Prob. min. Talis assensus, & habitus, cum sit certus, & evidens, non potest esse fidei, aut opinio- nis; alias, cum sit per discutitum acquisitus, non potest pertinere ad lumen primorum principiorū: restat ergo, quod perireat ad habitum, & assensum scienti- cū.

3 Roborantur dicta scientia; quam plurimi Philos. habent de eo quod Deus sit, licet comparata ad scientiam, quam de Deo ha- bent beati, sit multo imperfec- tor illa, & in comparatione illius possit dici secundum quid scientia; tamen absolute, & simpliciter est scientia; & tamen illa ha- betur per demonstrationem *quia*, & per effectus: ergo demonstratio *quia* generat simpliciter sci- entiam.

4 Dices tamen 1. quod Arist. diffiniens scire, ait, quod scire est rem per causam cognoscere: ergo demonstratio per effectum non facit simpliciter scire. Resp. tamen explicando Phil. scire est rem per causam cognoscere, per causam in effendo, vel in cognoscendo, conc. aīs. per causam in effendo præcisè, neg. aīs. & conseq. Dicimus er- go, quod illa diffinitio intelligi- tur de causis, ut abstrahunt à cau- sis in effendo, vel in cognoscendo. Cumque demonstratio *quia*, & per effectus, licet non faciat scire per causas in effendo, faciat ta- men scire per causas in cognoscendo; hinc est quod facit sim- pliciter scire.

5 Dices 2. Quod demonstratio *quia* non quietat intellectum, sed manet suspensus quoad usque radicem, & propriam causam veritatis cognoscere; sed prop- prium est scientiæ quietare intel- lectum: ergo per demonstra- tionem *quia* non generatur pro-

tur propriè , & simpliciter scientia. *Resp. neg. mai.* quia per demonstrationem *quia* non demonstratur quid sit objectum , sed an sit ; cumque hoc per illam evidenter probetur , quantum ad hoc per talēm demonstrationem quietatur intellectus ; licet maneat desiderium perfectius cognoscendi objectum , sciendo de illo *quid sit* , & *propter quid sit*. Quo supposito.

6 Ad principale quæstum dicendum est , quod demonstratio univocè dividitur , tanquam genus in suas species , in demonstrationem *quia* , & *propter quid*. Hæc conclus. habet duas partes probandas , & quo ad 1. prob. sic. Quando aliqua duo simpliciter participant rationem superiorem , licet unum participet perfectius altero , univocè participant rationem divisi , licet in tali ratione sit analogia Physica ; sed rationem demonstrationis , quæ in eo quod est facere scire consistit , simpliciter participant demonstratio *quia* , & *propter quid* , licet hæc multo perfectius , quam illa : ergo demonstratio univocè dividitur in demonstrationem *quia* , & *propter quid*. Min. patet ex supradictis. Mai. vero prob. quia *homo* , & *equus* simpliciter participant rationem animalis , licet perfectius participetur ab homine , ratio animalis univocè Logicè de illis dicitur , quamvis Physicè analogicè convenient : ergo quando aliqua duo simpliciter participat

rationem superiorem , licet unum participet perfectius altero , univocè Logicè participant rationem divisi: consequenterque , si demonstratio *quia* , & *propter quid* simpliciter participant rationem demonstrationis , demonstratio univocè dividitur in demonstrationem *quia* , & *propter quid*.

7 2. Vero pars concl. prob. Demonstratio *quia* , & *propter quid* differant essentialiter: ergo divisio demonstrationis in demonstrationem *quia* , & *propter quid* est generis in species. Prob. aīs. Demonstratio *quia* , & *propter quid* procedunt per diversa media: ergo in ratione demonstrationis essentialiter differunt. Prob. aīs. Demonstratio *propter quid* procedit per proprias causas , demonstratio vero *quia* per effectus , vel causas remotas : ergo procedunt per diversa media: ergo differunt essentialiter ; consequenterque , cum non sit divisio analoga , ut in 1. parte concl. diximus , est divisio univoca , & generis in species.

8 Obije. tamen contr. istam partem. Si demonstratio *quia* , & *propter quid* essent species essentialiter diversæ , circa diversas , vel circa eandem conclusionem materialiter , causarent assentus diversæ speciei ; sed hoc est falsum: ergo non sunt species essentialiter diverse. Mai. constat: si quidem causæ diversæ speciei , diversum specificè producunt effectum. Min. vero sic prob. Si demonstratio *quia* , & *propter quid* cau-

causarent assensus diversæ speciei, Logica v. g. non esset una scientia specie athoma; hoc , ut diximus in 1. libro , falsum est: ergo, & quod demonstratio *quia* , & *propter quid* causent assensus diversæ speciei. Prob. sequela , per assensus diversæ speciei generantur habitus diversæ speciei : ergo si in Logica darentur assensus diversæ speciei , darentur etiam , & plures habitus specie diversi ; & consequenter non esset una scientia specie athoma.

Resp. tamen neg. sequel. *quia* , & si in Logica plures darentur assensus , & assensus conclusionis ex demonstratione *quia* , & *propter quid* sint specie distincti, hæc illorum specifica distinctio materialiter se habet in ordine ad habitum ; *quia* iste objecta omnium assensuum attingit sub aliqua ratione superiori , & sub eadem abstractione à materia : & ideo , & si in Logica darentur plura objecta , pluresque assensus inter se specie diversi , habitus tamen semper manet unus specie athoma ; *quia* talis distinctio , ut diximus in proœzialibus Logice est , tanquam si non esset , & omnino de materiali se habet in ordine ad habitum.

QUÆST. X.

UTRUM OMNIS DEMONSTRATIO CIRCULARIS sit vitiosa ?

Pro resolutione hujus difficult-

est maximè notandum , quod demonstratio circularis potest esse omnino uniformis , vel diffinis. Tunc est omnino uniformis , cum per principia prob. concl. & per conclusionem formalissimè , ut probatam , & notificatam per principia , probantur , & demonstrantur per regressum ipsa principia. Tunc vero demonstratio circularis erit diffinis , quando per conclusionem sub diversa formalitate , & causalitate accepta , vel non , ut cognitam per principia , sed per aliud distinctum medium , ipsa principia probantur , & demonstrantur. Quo supposito.

2. Dicendum est , quod demonstratio circularis uniformis semper est vitiosa ; secus tamen diffinis. Hæc concl. habet duas partes probandas , & quo ad 1. prob. Manifestè sic. Demonstratio circularis uniformis est , quando conclusio cognoscitur per præmissas , & rursus præmissæ probantur per conclusionem formaliter , ut illaram , & cognitam per præmissas ; sed hoc vitiosum est : ergo demonstratio circularis uniformis est vitiosa. Prob. min. Si concl. probaretur per præmissas , & præmissa per conclusionem formaliter , ut illaram , & cognitam per præmissas , idem respectu ejusdem est magis , & minus notum , eademque conclusio secundum eandem rationem , & per idem medium esset simul notior , & ignotior præmissis ; hoc omnino impossibile , & vitiosum est: ergo .

2. Vero pars concl. prob. Demonstratio circularis difformis dupliciter potest fieri 1. quando per conclusionem probatam in uno genere causæ, probantur etiā principia in alio genere causæ; vel quando per principia prob. conclus. à priori, & rursus per ipsam, conclusionem probantur principia à posteriori; sed neutro modo facta demonstratio vitiosa est: ergo demonstratio circularis difformis non est vitiosa. Mai. est cōmuniſ min. vero quoad 1. partē prob. exemplo, & ratione. Exemplo: nam juxta Phil. hic: *pluvia potest demonstrari ex abundantia vaporum*; & rursus in alio genere causæ: *abundantia vaporum potest demonstrari ex pluvia*: ergo demonstratio circularis difformis, & in diverso genere causæ non est vitiosa. Ratione vero prob. sic. Non est inconveniens, eandem conclusionem esse posteriorem, & minus notam, quam præmissas, & in alio genere causæ esse priorem, & notiorem ipsis præmissis: ergo in diverso genere causæ demonstratio circularis, & difformis vitiosa non est. Aīs, constat: siquidem, licet causa secundum se sit notior effectu: effectus tamen in genere cognitionis experimentalis potest esse notior sua causa. Conseq. vero sic prob. Eo ipso, quod conclus. demonstratur per principia, & rursus principia per conclus. in diverso genere causæ, non sequitur, quod idem respectu ejusdem, & secun-

dum eandem rationem: sit notius, & ignotius; sed solum sequitur esse notius, & ignotius secundum diversam rationem: ut quando demonstratur causa per effectum, & effectus per causam: ergo demonstratio circularis difformis, & in diverso genere causæ vitiosa non est.

4. Deinde prob. eadē min. quantum ad 2. partem exemplo communissimo. Sæpe enim per effectus experimentaliter cognitos, demonstramus causam esse; sed rursus per causam demonstramus à priori effectus, & non solum quid sint, sed etiam propter quid sint: ergo demonstratio circularis, qua per principia probatur conclus. à priori, & per ipsam conclus. probantur à posteriori principia vitiosa non est. Patet conseq. quia tunc casus non est idem respectu ejusdem in eodem genere, sed potius in diverso genere cognitionis notius, & ignotius; quia, ut supra diximus, causa secundum se est notior effectu: effectus tamen in genere cognitionis experimentalis potest esse notior sua causa.

5. Contr. prædictam tamen resolut. Obijc. 1. Demonstratio circularis est illa, in qua per principia demonstratur conclusio, & per eandem conclusionem probantur, & demonstrantur principia; sed hoc semper videtur vitiosum: ergo omnis demonstratio circularis est vitiola. Prob. min. Semper sequitur inconveniens

Niens illatum ab Arist. nempe quod idem respectu ejusdem sit notius, & ignotius: ergo semper sequitur, quod demonstratio circularis sit vitiosa.

Resp. dist. mai. demonstratio circularis est illa, in qua per principia demonstratur coclusio, & per conclusionem principia, uniformiter, vel disformiter, conc. mai. uniformiter præcise, neg. mai. & dist. min. sed hoc semper videtur vitiosum, si uniformiter fiat, conc. min. si fiat disformiter, neg. min. & conseq. Solutio patet ex dictis: si namque demonstratio circularis uniformiter fiat, & in eodem genere cause, & sub eadem consideratione, & formalitate certum est, quod est vitiosa; scilicet tamen si disformiter fiat, & in diverso genere cause. Et ratio est clara, quia si 1. modo fiat, idem respectu ejusdem esset notius, & ignotius; quod inconveniens non sequitur ex demonstratione disformiter facta: ac proinde hæc non est vitiosa.

Obijc. 2. contr. 1. part conclus. Inductio, ascensus videlicet, & descensus, uterque procedit ex experimentaliter notis; & tamen in eo datur circulatio uniformis: ergo circulatio uniformis in tali argumentatione non est vitiosa. Prob. min. Per ascensum ex singularibus probatur universalis, & per descensum ex universali probantur singularia: ergo in ascensu, & descensu sit circulatio uniformis. Patet consequentia. Siqui-

dem conclusio ascensus assumitur, in decessu pro antecedenti, & aīs. pro consequenti.

Resp. conc. mai. dist. min. & tamen in eo datur circulatio uniformis apparenter, conc. min. in rei veritate, neg. min. & conseq. in ascensu enim, & descensu, quo ad apparentiam videtur fieri uniformis circulatio: in rei tamen veritate non fit; quia tam per ascensum, quam per descensum ex singularibus probatur universalis. Nam per ascensum probatur veritas illius, & per descensum ejus falsitas. Unde singularia, si assumantur in ascensu pro antecedenti, sive in descensu pro consequenti, semper assumuntur ad probandam veritatem, vel falsitatem universalis; ac proinde, ut notiora semper ipsa propositione universalis: & consequenter in rei veritate non datur circulatio.

QUÆST. XI.

QUID SIT SCIENTIA?

Postquam de demonstratione regimus restat nunc de scientia, quæ est ejus effectus tractare: quæ ut diximus in processu, duplex est, una actualis, & alia habitualis. Scientia actualis, seu scire est: rem per causam cognoscere, & quod illius est causa, & quod aliter se habere non potest. Vel aliter, est assensus certus.

Certus, & evidens per demonstrationem acquisitus. Utraque diffinitio est optima: advertendum est tamen, quod illa particula per causam, debet intelligi de causa in *essendo*, vel in *cognoscendo*; nam in demonstratione à priori res cognoscitur per causam in *essendo*; in demonstratione tamen à posteriori, cum sit per effectum cognoscitur res per causam in *cognoscendo*. Illa particula, & quod illius est causa, denotat, quod principia debent attingi, non ut cumque, sed ut causa sunt concl. Ultima particula, & quod aliter se habere non potest denotat, quod scientia non debet esse de contingentibus, sed de necessariis.

2. Dices tamen, quod plures scientiae non sunt de eo, quod aliter se habere non potest: ergo predicta doctrina est falsa. Prob. an. Scientiæ cognoscitur, quod *homo est visibilis*; quod potest supernaturaliter aliter se habere; similiter scientiæ cognoscitur, quod *in vere sunt tonitrua*; & tamen naturaliter potest aliter se habere: ergo.

Resp. tamen juxta supra à nobis dicta, quod non omnes scientiae sunt in eodem gradu certitudinis; sed aliæ sunt de objecto, quod nec naturaliter, nec supernaturaliter aliter se habere potest: ut quod *triangulus habeat tres angulos*. Aliæ sunt de objecto, quod naturaliter aliter se habere non potest: ut quod *homo est visibilis*. Aliæ denique sunt de

objeto, quod saltem regulariter aliter se habere non potest: ut potest ut quod *in vere sint tonitrua*. Quando ergo dicitur in definitione, & quod aliter se habere non posse, debet intelligi juxta diversos predictos gradus; ita quod de quolibet scibili cognoscatur, illud in aliquo genere certitudinis aliter se habere non posse.

3. Scientia habitualis est habitus certus, & evidens per demonstrationem acquisitus. Illa particula, habitus ponitur loco generis; quia in hoc convenit habitus scientificus cum opinativo, per illam particulam *certus* distinguitur habitus scientificus ab habitu opinionis, & fidei humanae; quia neutro ex his intellectus adhæret firmiter objecto. Et per illam particulam, evidens distinguitur habitus scientificus à fide divina, quæ quamvis sit habitus infallibilis, & certus, non tamen est evidens, sed obscurus. Denique illa particula, per demonstrationem acquisitus, ponitur ad differentiam *habitus primorum principiorum*, qui versatur circa prima principia, & veritates immediatas, quæ demonstrari non possunt: & consequenter talis habitus non acquiritur demonstratione.

4. Contr. definitionem scientie habitualis Objec. 1. Illa particula, evidens in definitione polita, superfluit ergo definitio est redundans. Prob. an. Theologia nostra vere scientia; & tamen non est evidens; cum nitatur principijs.

fidei, quæ non cognoscit evidenter, sed illa credit: ergo.

Resp. tamen neg. aūs. quia per prædictam diffinitionem tantum diffinitur scientia naturalis; quia Aristoteles, qui prædictam diffinitionem assignavit non cognovit supernaturales scientias: cumque ratio scientiæ naturalis, non solum certa, sed evidens sit: hinc est, quod talis particula non est superflua.

5 Obijc. 2. ab opposito. Ad omnem scientiam, quæ substantiam, & essentiam optinet scientiæ, requiritur evidentia; sed Theologia nostra habet substantiam, & essentiam scientiæ: ergo etiam exigit evidentiam. Prob. mai. Ad omnem scientiam, quæ habet substantiam, & essentiam scientiæ debet convinci intellectus; sed absque evidentia non potest convinci intellectus: ergo. Mai. constat: siquidem omnis assensus scientificus debet haberi per demonstrationem. Min. vero sic prob. Nullus convincitur assentiri præmissis, etiam à Deo revelatis, nisi illas evidenter cognoscat; sed non potest ad assensum conclusionis convinci ex præmissis, nisi ad assensum præmissarum convincatur: ergo nullus potest convinci ad assensum conclusionis, nisi ex præmissis evidenter cognitis.

Resp. quod ad hoc, ut assensus per demonstrationem acquisitus salvetur, sufficit, quod quis ex suppositione assensus præmissa-

rum ad assensum convincatur conclusionis, sine eo, quod ad ipsum præmissarum assensum convincentur, aut necessitatetur. Unde cum quis, licet libere, fide Divina credit aliqua principia, ex suppositione tamen, quod illis certo, & infallibiliter assentitur, necessitatetur ad assensum conclusionis, absque evidentia, cum sola certitudine, & infallibilitate conclusionis, ex talibus principijs per evidentem consequentiam illatae.

QUÆST. XII.

QUID SIT SCIENTIA SUBALTERNANS, & subalternata?

Scientia habitualis dividitur, in scientiam subalternatam, & subalternatam. Scientia subalternans est: que habet certitudinem, & evidentiam suorum principiorum sine dependentia ab altera. Scientia vero subalternata est illa: que subalterna continetur, & ab illa accepit certitudinem, & evidentiam suorum principiorum. Et ratio est, quia principia scientiæ subalternatæ sunt conclusiones demonstratae in scientia subalternata. Principia namque Theologiæ nostræ conclusiones sunt in scientia beatorum demonstratae.

2 Pro majori tamen hujus doctrinæ intelligentia est notandum, quod est triplex modus subalternationis. 1. ratione finis. 2. ratione objecti. & 3. ratione principio-

qum. Tunc aliqua scientia subalternatur alteri, ratione finis, quando una ordinatur ad alteram, tanquam ad finem: sicut ars pigmentaria ordinatur ad Medicinam, & frenofactiva est propter equestrē, equestris propter Militarem, & Militaris propter Politicam. Hæc tamen non est propria subalternatio; quia hujusmodi subalternatio, non præstat manifestationem veritatis. Scientiæ subalternatæ.

3. Tunc una scientia subalternatur alteri, *ratione objecti*, quando ejus objectum continetur sub objecto alterius, tanquam species sub-genere, addendo illi aliquam differentiam accidentalem; sicut Musica agit de numero sonoro, & Perspectiva de linea visuali. Ubi visuale, & sonorum addunt differentias accidentales. numero, qui est objectum Arithmeticæ, & lineæ, qua est objectum Geometriæ; & ideo Musica subalternatur Arithmeticæ, & Perspectiva Geometriæ: & hæc additio accidentalis requiritur ad veram subalternationem ex parte objecti. Et ratio est clara; quia si unum objectum addit differentiam essentialē supra aliud, non constituit subalternationem, sed constituit Scientiam omnino diversam.

4. Tunc denique una scientia subalternatur alteri, *ratione principiorum*, quando accipit ab illa

principia, medijs quibus demostret suas conclusiones. Qua ratione dicitur, & bene, quod principia scientiæ subalternatae sunt conclusiones scientiæ subalternantis. Cæterum hoc potest contingere dupliciter. 1. Ita, ut subalternata accipiat à subalternante omnia sua principia; qualiter accipit Musica ab Arithmeticæ, & Perspectiva à Geometria. 2. Modo, ita quod una scientia accipiat ab altera unum, vel alterum principium ad probandam specialem conclusionem. 1. Modo accipere principia, & si aliae conditiones deficiant, ut patet in nostra Theologia, sufficit ad rigurosam subalternationem; secus tamen accipere principia 2. modo; quia hoc modo suscipere principia, tantum constituit subalternationem secundum quid.

5. Qua ratione Medicina non subalternatur Geometriæ, & si ab illa accipiat hoc principium: *vulnera circularia difficiliter curantur*, quod supponitur in Medicina, probaturque per principia Geometriæ hoc discursu: quando latera magis distant, *vulnus difficiliter curatur*; sed in *vulnera circulari, latera magis distant*, cum non faciant angulum: ergo *vulnera circularia difficiliter curantur*.

6. Ex quibus manifeste sequitur, quod ad veram subalternationem tres exiguntur conditio-

nes.

nes. 1. quod subalternata in omnibus suis principijs dependeat à subalternante; quia, ut in principio diximus, principia scientiæ subalternatæ sunt conclusiones demonstratae in subalternante; & si habent eadem principia, ut contingit in Theologia, & scientia beatorum: subalternata tamen non potest facere evidentiam suorum principiorum, nisi continetur cum subalternante. 2. Condicio est, quod objectum utriusque scientiæ non sit idem formaliter; quia sic non esset duplex scientia, sed una. 3. Condicio est, quod objectum subalternatæ debet addere aliquam differentiam, que sit accidentalis objecto subalternantis in esse scibilis, & non sit illi prout sic essentialis: quia si adderet differentiam essentialiæ non subalternaretur, sed constitueret quandam scibilis speciem, contentam sub objecto subalternantis: & ideo non essent scientiæ diversæ; quia scientia, quæ agit de genere, agit etiam de specie sub illo contenta. Debet ergo esse differentia accidentalis, ex qua oriantur diversæ passiones.

7. Dices tamen contra hoc, quod si objectum subalternata adderet differentiam accidentalem, scientia subalternata non esset vere scientia; hoc falsum est: ergo. Prob. mai. Tunc casus objectum subalternatæ esset ens per accidens; sed juxta com-

mune prologium Philosophorum, de ente per accidens non potest esse scientia: ergo. Confirm. Nam objectum subalternatæ, v. g. Musice, vel est solus numerus, vel solum sonorum, vel numerus simul, & sonorum; sed non est solus numerus; quia iste est objectum Arithmeticæ: nec solum sonorum; quia id, utpote objectum auditus, pertinet ad objectum Philosophiæ: ergo. objectum Musice est totum hoc: numerus sonorus; sed tale complexum, utpote constans ex rebus ad diversa genera pertinentibus essens per accidens: ergo.

Respond. ad argum. neagand. illius assumptum. Non enim objectum subalternatæ est ens per accidens, sed ens per se; tum, quia differentia, quam addit, licet sit accidentalis objecto subalternantis, est tamen essentialis objecto subalternatæ. Tum etiam, quia licet numerus, & sonorum sint res diversi generis, non ex equo concurrunt ad objectum Musice, sed per se, & cum ordine: numerus videlicet in obliquo, & sonorum in recto, & ex utroque resultat unum per se scibile, & diffinibile.

Per quod patet solutio ad confirm. Dicimus enim, quod objectum scientiæ subalternatæ, v. g. Musice, non est solus numerus,

nec solum sonorum, sed utrumque scilicet, *numerus sonorus*, non utrumque in recto, sed unum in recto, scilicet sonorum, & alterum in obliquo, scilicet numerus, ut est principium sonoreitatis; & sic tale objectum non est ens per accidens, sed per se: ac proinde verè & proprie scibile.

QUÆST. XIII.

UTRUM IN NON HABENTE
Scientiam subalternantem, sub-
alternata sit vere scien-
tia?

Pro resolutione quæst. est ma-
xime notandum, quod ille,
qui caret scientia subalter-
nante, tripliciter potest recipere
conclusiones illius, quæ princi-
pia sunt subalternatæ. 1. Per fidem
Divinam, qualiter Theologus
viator accipit pro principijs con-
clusiones in scientia beatorum
notas, creditas fide Divina, & à
Deo revelatas. Et qui hoc modo
accipit principia, veram habet
scientiam subalternatam. Nam
Theologia nostr. pro hoc statu
est verè, & proprie scientia, ut
communiter cum D. Tho. 1. p. q.
3. ar. 2. docent Theologi; quia
nittitur principijs fide Divina re-
velatis; sed hæc Divina, licet
obscura, & inevidens, certissi-
ma tamen est: ergo hoc modo ac-
cipere principia, sufficit ad ve-
ram scientiam subalternatam, in
absentia subalternantis; licet non

habeat statum, & perfectionem
accidentalem scientiæ, usque
dum conjungatur cum subalter-
nante, & media illa, non solum
certitudinem, sed etiam eviden-
tiæ habeat principiorum.

2. Non habens scientiam
subalternantem potest accipere
principia scientiæ subalternatæ,
per fidem humanam; ita ut talis
fides maneat intra limites fidei
humanæ, nec transeat ad aliquam
certitudinem moralem. Et hoc
modo accipere principia certum
est, quod non sufficit ad haben-
dām scientiam subalternatam. Et
ratio est clara: siquidem, ut as-
sensus, & habitus sit quoad spe-
ciem, & substantiam scientificus,
debet esse ita certus, ut omnem
excludat formidinem, & hæsi-
tationem; sed ex præmissis fide hu-
mana ab uno, vel altero acceptis,
non potest acquiri assensus, &
habitū, omnem excludens for-
midinem, & hæsitationem: ergo,
nec, qui sit quo ad substantiam
scientificus. Prob. min. Præmissæ
fide humana ab uno, vel altero
acceptæ nituntur testimonio fal-
libili: ergo. Prob. aīs. Nituntur
testimonio unius, vel alterius ho-
minis; sed testimonium unius,
vel alterius hominis, & si docti
sint, utpote humanum est fallibi-
le, potestq. fallere, & falli: er-
go.

3. Modo potest quis acci-
pere principia scientiæ subalternatæ
per fidem humanam, non sisten-
do præcisè intra limites fidei hu-

mane; sed ita, quod de illorum veritate habeat certitudinem moralē: quod *contingit*, quando ferē omnes, qui in scientia subalternante habentur, ut docti, unanimiter verbis, & scriptis absque contradictione conspirant in asseverando talia principia vere, & evidenter in scientia subalternante demonstrari. Et de illo, qui sic accipit principia subalternata, est dubium inter Authores, an habeat scientiam subalternatam, in absentia subalterna itis?

4. Ad quod breviter dicendum est, quod, si quis non habens scientiam subalternantē illius conclusiones, que sunt principia subalternata, accipiat per fidem humanam, pervenientem ad certitudinem moralē, potest ex talibus principijs per evidentem consequentiam deducere conclusiones scientiae subalternatae, & illarum habere assensum, & habitum, quo ad substantiam scientificum. Quod sic breviter ostenditur. Qui prædicto modo accipit principia scientiae subalternatae habet certitudinem moralē talium principiorum; sed hæc certitudo sufficit ad veram, quoad speciem, & substantiam, scientiam: ergo. Mai. constat, ex dictis. Min. vero sic prob. Talis certitudo moralis excludit omnem formidinem, & hæsitationem: ergo talis certitudo sufficit ad veram scientiam. Prob. aīs. *indos esse*, aut *esse Romanum nullus habilitas*, aut dubitas; sed de prædictis propositionibus, tantum à multis.

habetur certitudo moralis, fundata in testimonio plurim: ergo certitudo moralis excludit omnem formidinem, & hæsitationem: ac proinde sufficit ad veram scientiam, quoad speciem, & substantiam scientiae.

5. Ex quo infertur, quod ille, qui semel habuit scientiam subalternantem, & oblitus illius demonstrationum, jam non scit reducere conclusiones ad prima principia, si tamen evidenter habeat notitiam, quod aliquando tales conclusiones vere demonstravit, potest ex illis per evidenter consequentiam educere conclusiones scientiae subalternatae, & habere de illis assensum, & habitum, quo ad speciem, & substantiam scientificum. Et ratio est, quia, si testimonium alienum sufficit ad moralē, certitudinem conclusionum scientiae subalternantis; ita ut ex illis possit per evidentem consequentiam conclusiones subalternatae inferre, de illisque habere assentum, & habitum vere scientificum, multo melius ad id sufficit, quod ipse evidenter recordetur se aliquando conclusiones subalternatis demonstrasse; cum itante hac notitia, majorem evidentiam moralē habeat de veritate prædictarum conclusionum.

6. Obijc. i. Ad habendam scientiam, quo ad speciem, & substantiam scientiae, requiritur, quod quis sciat reducere conclusiones, usque ad prima principia; sed, qui

caret scientia subalternante, hoc non potest facere: ergo nec habere scientiam subalternatam, quæ sit verè, & proprie scientia. Min. constat: nam reducere conclusiones, & principia scientiæ subalternatæ usque ad prima principia pertinet ad scientiam subalternantem. Mai. vero sic prob. Secundum D. Tho. q. 14. de ver. ar. 9. quæcumque sciuntur, propriè accepta scientia, cognoscuntur per resolutionem in prima principia, quæ per se præsto sunt intellectui. Et sic omnis scientia in visione rei præsentis perficitur. Unde impossibile est, quod de eodem sit fides, & scientia. Idemque insinuat in 3. dist. 33. q. 1. ar. 2. quæst. 4. ergo ad habendam scientiam, quæ sit verè, & propriè talis, requiritur, quod sciens, sciat reducere conclusiones usque ad prima principia.

Resp. neg. mai. & ad ejus prob. explico D. Tho. quæcumque sciuntur propriè idest perfectè, conced. aīs. quæcumque sciuntur propriè imperfectè, neg. aīs. & conseq. Dicimus ergo, quod intentum D. Tho. solum est affirmare, quod, quæ sciuntur perfectè, non solum quoad substantiam, sed etiam quoad perfectiōnem accidentalem scientiæ, debent cognosci per reductionem ad prima principia; non tamen intendit, quod absque tali resolutione non possit haberi scientia, licet imperfectè speciem tamen, & substantiam habens scientiæ;

alias Theologia nostra scientia non esset, in absentia subalternantis. Et quod ita sit mens D. Tho. patet ex ipso textu; nam dicit, quod *omnis scientia in visione rei perficitur*: ergo insinuat, quod absque tali visione rei, scientia, licet non ita perfecta, potest salvati, & reperi.

7 Ex qua doctrina patet solutio ad 2. testim. In illo namque solum intendit, quod scientia, quæ per se non posset resolvere conclusiones usque ad prima principia, non esset univocè scientia cum alijs. Omnis tamen scientia subalternata, cum per se exigat continuari cum subalternante, per se habet, quod mediante illa possit sic suas conclusiones resolvere: & si id defacto facere non potest, cum hæc impossibilitas non competit ei ex proprijs meritis, sed per accidens, ratione subjecti, id non tollit ab ea rationem scientiæ, sed solum perfectionem accidentalem, quam haberet ex continuatione cum subalternante, resolvendo conclusiones usque ad prima principia.

8 Obijc. 2. Ad speciem, & substantiam scientiæ requiritur certitudo metaphysica præmissarum; sed qui media certitudine morali habet notitiam principiorum nequit habere certitudinem metaphysicam illorum: ergo nec in absentia subalternantis cum tali certitudine scientiam subalternatam. Cetera constant, & mai. prob. Certitudo ad substanciam

tiam scientiam requisita debet excludere omnem hæsitationem, & formidinem; sed sola certitudo metaphysica hoc potest facere; cum sola hæc repugnet aliter se habere: ergo.

Resp. dicit. mai. Requiritur certitudo præmissarum metaphysica subjectiva, neg. mai. metaphysica objectiva, subdist. ut in attestante saltem attacta, conc. mai. ut precise in primis principijs immediate cognita, neg. mai. & sub eadem dicit. min. neg. conseq. Dicimus enim, quod licet ad omnem scientiam ex parte objecti præmissarum requiratur certitudo metaphysica, quæ est infallibilis, & essentialis connexio medijs cum extremitatibus; & quod etiam ista ab scientia aliquomodo attingatur: non tamen est necesse, ut ex parte subjecti, & proximi motivi, quo ntitur potentia, sit metaphysica, & omnino infallibilis certitudo: sicut nec etiam exigitur, quod ipsa certitudo objectiva per evidentiam, & agnitio- nē primorū principiorum in se ipsis, semper cognoscatur: sed sufficit, quod per evidentiam quasi in attestante, & ut præsupposita, attingatur. Et ratio est: nam ad hoc, ut sit ex parte subjecti firma adhæsio ad objectum, in qua sci- entiae certitudo formalis consistit, sufficit tantorum sapientum attestatio unanimiter asserentium in talibus præmissis, utpote conclusionibus demonstratis in scien- tia subalternante, dari essentia- lem connexionem, & objectivam

certitudinem metaphysicam: & consequenter sufficiens etiam erit hujusmodi unanimis contestatio, ut excludatur à subjecto omnis formido, & hæsitatione; quia ad hoc nullatenus requiritur, quod me- dium, quo potentia habet notitiā de ipsa veritate, & certitudine ob- jectiva, sit metaphysice, & omni- mode indefectibile, sed satis est quod sit moraliter infallibile. Qua propter intra sphæram firmitatis admittunt scientiæ magis, vel mi- nus de certitudine formalis, prop- ter majorem, vel minorem infalli- bilitatem principij subjectivū, seu luminis quo innituntur.

Quare D. Tho. I. p. q. I. ar. 5. adstruens excessum certitudinis pro nostra Theologia respective ad scientias naturales, & alsignans rationem, sic ait: *Quia alia certitu- dinem habent ex naturali lumine rationis humanae, qua potest errare: hac autem certitudinem habet ex lumine divina scientia, qua decipit non potest.* Quam doctrinam si co- feras cum his, quæ habet pluribus in locis, sed præcipue I. ad Annb. dist. I. q. I. ar. I. clare percipies quod solutio à nobis tradita, sicut, & principalis resolutio, sit juxta mentem ipsius Ang. P. Nam ibi do- cet quod primaru scientiarū pro- ximum principium est intellectus: earum vero scientiarum, quæ sua principia ab alijs supponunt, pro- ximum principium est *sredulitas* principiorum ab alijs suppositorum; primum vero earum principium est intellectus: perficitur tamen certitudo istarum scientiarum, cū

per viam resolutionis in ipsum intellectum primorum principiorum perveniunt. Hæc D. Tho. quo nihil clarius ad nostram intentum. Si enim proximum scientiarum primarum, & subalternantium principium, quod est intellectus principiorum, non est omnino infallibile, utpote lumen naturale rationis humanæ, quæ potest errare; à fortiori necessarium non erit quod proximum principium, scilicet *credulitas*, subalternatarum, & ut secundarum, à certitudine primarum scientiarum declinantum, sit omnino indefectibile; sed sufficit, quod in suo modo, & intra terminos moralis certitudinis alter se habere non possit: dummodo ipsa illatio, & consequentia sit omnino infallibilis, & metaphysice certa respecta scientis. Sicque cum certitudine morali consequētis, & præmissarū in ablettia subalternantis salvatur, saltem in statu imperfecto, & quoad substantiam, scientia subalternata.

QUÆST. XIV.

A QUO DESUMATUR UNITAS,
& diversitas scientiarum?

C UM principia specialia, & peculiaria unitatis numericae, & specificæ cujuslibet scientia, in qualibet illarum assignentur, non est opus hic ad illa descendere; sed principia generalia ad talem unitatem, vel diversitatem cognoscendam cum nostro Authore hic q. 7. breviter assignare curabimus. Supponen-

do in primis, ut certa ab incertis separemus, quod hic non loquimur de unitate simplicitatis scientiarum; an videlicet qualibet scientia sit simplex qualitas, vel unus simplicissimus habitus? De hoc enī jam late egimus lib. I. q. 7. Unde lolum de unitate generica, numerica, & specifica scientiarum procedit dubium.

2 Nec principaliter procedit de unitate, vel diversitate generica scientiarum; cum juxta commune placitum, habitus intellectuales differant genere, non precise ex subjecto, sed etiam ex diverso modo procedendi; qualiter differunt, intellectas, scientia, sapientia, ars, & prudentia. Et hoc etiam modo differunt scientia, fides, & opinio, penes, v. delict, formidinem, certitudinem, & claritatem. Possunt etiam habitus intellectuales differre genere ex fine, sicut differunt habitus practicus, & ipeculativus; unius enim finis est *ipeculatio*, alterius vero finis est *opus*. Quapropter tota prelens difficultas procedit de unitate tam numerica, quam specifica scientiarum; a quoniam principio unaqueque sumatur?

3 Dico igitur I. Unitas, vel diversitas numerica scientiarum, sumitur ex unitate, vel diversitate subjecti. Hæc conclusio est in primis expresa L. Tho. I. p. q. 29. ar. 1. ubi sic loquitur: *scientia in aliis datur per subjectum: dicture enim hæc albedo, in quantum est in hoc subjecto.* Et in eadem parte

q. 39. ar. 3. idem confirmat his verbis: *Accidentia autem sicut esse habent in subjecto: ita ex subjecto suscipiunt unitatem, vel multitudinem; sed scientiae verè accidentia sunt, vereque habent esse in intellectu, tanquam in subjecto: ergo ab illo secundum D. Thomam suam unitatem, vel diversitatem numericam.*

4. Et ratio id suadet. Quia omnis actus, vel forma ex eadem radice habet individuationem, ex qua habet limitationem sive perfectionis specificæ; sed quodlibet accidens, & qualibet scientia habet limitationem sive formam specificæ ex subjecto, in quo recipitur: ergo qualibet scientia, sicut quodlibet accidens sumit suam unitatem, vel diversitatem numericam, ex unitate, vel diversitate subjecti. Prob. min. Omnis actualitas, & perfectio imitatur ex potentialitate cui admisetur; sed potentialitas, cui accidens admisetur est potentialitas subjecti, in quo recipitur: ergo quodlibet accidens, vel scientia habet limitationem sive formam specificæ ex subjecto, in quo recipitur.

5. Præterquamquod, distinctio numerica habituum, & potentiarum est distinctio materialis; sed distinctio materialis illorum debet à subjecto provenire: ergo & distinctio numerica. Prob. min. Distinctio formalis habituum, & potentiarum sumitur ab objecto formaliter sumpto, ut conclusione sequenti dicemus:

ergo distinctio materialis à subjecto, in quo recipiuntur. Prob. hæc conseq. Sicut distinctio formalis debet à causa formalis provenire, ita distinctio materialis à causa materiali; sed subjectum est causa materialis habituum, & potentiarum, sicut objectum causa formalis: ergo sicut distinctio formalis, & specifica habituum, & potentiarum provenit ab objecto, ita distinctio materialis, & numerica illorum à subjecto debet provenire.

6. Dico 2. Scientiae sumunt suam unitatem, vel diversitatem specificam, ab unitate, vel diversitate specifica objecti, non in esse entis considerati, sed formaliter in esse objecti sumpti. Hæc conclusio habet duas partes probandas, & quoad 1. sic ostenditur. Scientia qualibet est tendentia in suum objectum, sicut quilibet motus in suum terminum; sed qualibet tendentia, & motus ab unitate, vel diversitate specifica termini suam accipit unitatem, vel diversitatem specificam: ergo & scientiae suam unitatem, vel diversitatem specificam ab objecto participant. Mai. cum conseq. est nota, min. vero sic prob. Terminus alicujus tendentiae comparatur ad illam, ut illius finis, ad quem per se ordinatur; sed qualibet res ab illo sumit suam speciem, & unitatem, ad quod per se ordinatur, cum propter illud sit: ergo omnis tendentia sumit suam unitatem, vel diversitatem specificam ab

unitate, vel diversitate specifica sui termini.

7. 2. Vero pars concl. sic prob. Diversæ specificæ scientiæ circa idem objectum, & ejusdem prorsus speciei in esse entis versantur, ut patet in Logica, Philosophia, & Metaphysica; & econtra una scientia specie athoma, circa diversa objecta, & diversæ omnino speciei in esse entis versatur, ut patet in Logica, vel Philosophia; sed hoc non alia ratione contingit, nisi quia tales scientie resipiunt tale, vel talia objecta sub una, vel diversa ratione formaliter ergo signum evidens est, quod scientiæ, sicut, & potentia non accipiunt suam unitatem, vel diversitatem specificam ab objecto, in esse entis considerato, sed ab illo formaliter sumpto: quatenus videlicet cadit sub eadem, vel diversa abstractione à materia, quæ est radix, & origo cognoscibilitatis, & scibilitatis, ut colligitur ex D. Tho. 1.p. q.14. ar.1.

8. Obijc. 1. Diversitas scientiarum specifica sumitur, secundum D. Tho. ex diversitate mediorum: ergo non sumitur ab objecto formaliter sumpto. Prob. a.ñs. D. Th. 6. Metaph. lect. 1. sic loquitur: Cum diffinitio sit medium demonstracionis, & per consequens principium sciendi, oportet, quod ad diversum modum diffinienti sequatur diversitas in scientijs speculativis: ergo,

Resp, dist. a.ñs. Diversitas specifica scientiarum sumitur ex diversitate mediorum causaliter,

conc. a.ñs. formaliter, neg. a.ñs. &c conseq. Dicimus ergo, quod cum objectum scibile, ut tale dicat necessario cognoscibilitatem per aliquod medium, quando dicimus unitatem, vel diversitatem specificam scientiarum sumi ab objecto scibili, semper sumitur cum respectu ad medium illuminans, & per quod potest scientificè cognoisci; unde ab utroque, unitas scientiarum desumitur, diversimode tamen: nam à medijs sumitur causaliter, ab objecto vero secundum quod in illud diversitas, vel unitas mediorum refunditur, sumitur formaliter. Et ratio est clara, quia scientia, ut diximus, est tendentia in objectum; ideoque, sicut motus persepe suam unitatem specificam accipit causaliter à termino à quo, & formaliter a termino ad quem: & similiter relatio causaliter accipit suam unitatem, vel diversitatem specificam à fundamento, formaliter tamen illam accipit à termino; ita, & scientia causaliter suam unitatem, vel diversitatem specificam accipit à medijs, formaliter vero ab objecto. Et in hoc sensu intelligendus est D. Th. 9. Obijc. 2. Abstractio, quam dicimus esse rationem formalem sub qua, vel est ipsa abstractio actualis passiva, proveniens in objecto ex eo, quod extrinsecè actum terminet scientiæ; vel est ipsa abstractabilitas objecti, quatenus potest considerari sine materia; sed neutra ex his abstractionibus

bus potest esse ratio formalis *sub qua* objecti scientiarum specificativa: ergo nulla abstractio à materia potest esse ratio formalis objecti scientiarum constitutiva. Min. quantum ad 1. partem constat; siquidem abstractio actualis jam supponit scientiam specificatam, & in elicientiam actus circa tale objectum prorrumpentem: quoad 2. vero partem sic prob. Idem objectum eodē modo abstractibile à materia potest attingi à diversis formaliter scientijs: nam Deus sub eadem abstractione à materia attingitur à Theologia, & Metaphysica: ergo abstractibilitas à materia non potest esse ratio formalis constitutiva objecti scientiarum in ratione scibilis.

Resp. neg. min. quantum ad 2. part. & ad prob. Dicimus, quod non quælibet abstractibilitas objecti constituit illud in ratione specificativi scientiarum, sed ut est attingibile sub tali, vel tali medio. Unde idem objectum eandem habens immaterialitatē, potest à diversis scientijs formaliter attingi, dummodo per diversum medium ab illis attingatur; quia ipsa diversitas mediij refunditur in objectum, facitque illud diversimode formaliter immateriale, & à materia diversimode abstractibile. Ex quo fit, quod Theologia, & Metaphysica specie distinguuntur: in primis, quia ut ad 3. dicimus important distinctas abstractions; deinde, quia Metaphysi-

ca attingit Deum sub ratione naturali, & Theologia sub ratione supernaturali; & differentia scientiarum per majorem, vel minorē abstractionem à materia, est inter scientias naturales: non vero inter eas, quarum una est naturalis, & alia supernaturalis. Immonec in scientijs supernaturalibus, ut sunt Scientia infusa, & beata; quia hæc distinguuntur per maiorem participationem, & accessum ad scientiam divinam.

10 Obje. 3. Logica, Theologia, & Metaphysica sub eadem abstractione à materia attingunt sua objecta; & tamen tales scientiæ sunt formaliter, & specificè diversæ: ergo unitas, vel diversitas formalis, & specifica scientiarum, non sumitur ab objecto, ut stat sub tali, vel tali abstractione à materia. Prob. mai. Omnes praedictæ scientiæ attingunt suum objectum sub abstractione ab omni materia: ergo.

Resp. neg. mai. & ad ejus prob. dist. a.ñs. Omnes praedictæ scientiæ attingunt suum objectum sub abstractione ab omni materia diverso modo, conc. a.ñs. eodem modo, neg. a.ñs. & conseq. Solutio patet ex dictis lib. I. q. 6. licet namque praedictæ scientiæ abstractant ab omni materia, diversissimo tamen modo: nam objectum Metaphysicæ, cum realiter sit in materia, abstractabit positive ab illa; objectū vero Theologie, & Logicæ, cum realiter in materia nō sit, abstractabit negative ab illa, objectū Theologie propter

sui perfectionem, & summam actualitatem, ratione cuius omnis materia, & potentialitatis est expers; objectum autem Logice propter sui imperfectionem; quia, eo quod est minima entitatis non habet materiam: ideo que non mirum, quod tales scientiae specificè distinguantur.

II. Obijc. ult. Si per diversam abstractionem à materia diversificantur objecta scientiarum naturalium, triplex tantum daretur species aethorum scientie naturalis; consequens est falsum: ergo, & quod per diversitatem abstractionis à materia diversificantur objecta scientiarum formaliter. Mai. constat: siquidem triplex tantum est materia, à qua objectum scientie naturalis potest abstrahere, singularis videlicet, sensibili, & intelligibili. Min. vero sic prob. Intra abstractionem à materia sensibili plures specificè scientiae Mathematicæ videlicet assignantur: ergo falsum est, quod tantum detur triplex species aethorum scientie naturalis.

Confirm. Aliquæ sunt scientiae, quæ non habent specialem abstractionem à materia, ut sunt scientiae mediae inter Physicam, & Mathematicas, v. g. Perspectiva, & Musica; et tamen specificè ab alijs scientijs distinguuntur: ergo. Prob. mai. Tales scientiae mediae, nec omnino abstrahunt à materia sensibili, nec omnino concernunt illam: sonus enim, & visualitas materiam sensibilem

concernunt; numerus vero, & linea abstrahunt ab illa: ergo.

12. Resp. ad arg. neg. mai. Licet namque triplex tantum sit in genere abstractione à materia penes triplicem terminum à quo: ac proinde triplex sit gradus scientiarum in genere. Intra eundem tamen gradum immaterialitatis, datur latitudo, danturque diverse species aethorum scientiarum naturalium; quatenus objectum unius scientie abstrahit ab aliquo, à quo non abstrahit objectum alterius. Qua ratione intra gradum abstractionis à materia sensibili specificè diversificantur Mathematicæ.

Ad confirm. pariter. Resp. neg. mai. quia sicut Perspectiva, & Musica, dicuntur scientie mediae inter Physicam, & Mathematicas; ita etiam habent abstractionem medium: siquidem, ut bene probat arg. nec omnino concernunt materiam sensibilem, nec omnino ab illa abstrahunt; & ideo per hanc abstractionem medium distinguunt à Mathematicis, quæ abstrahunt omnino à materia sensibili, & à objecto Physicæ, quod omnino illam concernit.

QUÆST. XV.

UTRUM SCIENTIA, ET OPINIO circa idem in odoem subiecto possint esse simul?

Sicut duplex est scientia, ut supra notavimus, actualis

videlicet, & habitualis; ita & opinio. Unde triplex potest fieri comparatio inter scientiam, & opinionem. 1. comparando *actum cum actu*; nimirum assensum certum, & evidentem, cum assensu incerto, & inevidenti. 2. comparando *habitu cum habitu*. Et 3. comparando *habitu cum actu*. Quapropter in praesenti dubio tria inquirimus, scilicet, an actus cum actu, habitus cum habitu, & denique, an habitus cum actu possint simul compati in eodem subjecto, pro eodem tempore, & circa eandem veritatem? Pro cuius resolutione.

2. Dico 1. *Actus scientie, & opinionis circa idem objectum, nec de potentia absoluta Dei possunt in eodem subjecto compati.* Hanc conclusionem tenent omnes Thomistæ, & inter illos noster Author hic q. ult. nec mirum. cum sit expressa D. Tho. q. enim 14. de veritat. ar. 9. ad 6. ita loquitur: *Non videtur possibile, quod aliquis de eodem habeat scientiam, & opinionem; quia opinio est cum formidine, alterius partis, quam formidinem scientia excludit.* Et 1. Poit. lect. 44. inquit: *Man festum esse, quod non omnino contingit simul idem scire, & opinari, quia simul homo haberet existimationem, quod possit aliter se habere, & quod non possit aliter se habere.* Idemque docet 2.2. q. 1. ar. 5. ad 4. ergo sentit expresso D. Tho. quod actus scientie, & opinionis non possunt adhuc de potentia absoluta simul in-

codem compati, & circa eandem veritatem.

3. Ratione vero prob. concl. sic. Quid duo privative opposita sint simul in eodem subjecto, est omnino impossibile; sed actus scientie, & opinionis privative opponuntur: ergo nec de potentia Dei possant in eodem, & circa idem simul compati. Mai. constat in morte, & vita; gratia, & peccato; in luce, & tenebris; que omnia, quia privative opponuntur non possunt adhuc de potentia Dei absoluta simul compati. Min. vero sic prob. Actus scientificus est certus, & firmus, & actus opinionis est incertus, & formidolosus; sed certum, & incertum, firmum, & formidolosum opponuntur privative; cum unum extremum in suo essentiali conceputu dicat negationem, seu privationem alterius: ergo actus scientie, & opinionis opponuntur privative: ac proinde, nec de potentia absoluta Dei possunt in eodem, & circa idem simul compati.

4. Dices ad hanc rationem, quod licet repugnet eundem intellectum de aliquo objecto, per idem medium esse simul certum, & incertum, non tamen id implicat per diversa media: & quia assertus scientie, & opinionis per diversa habentur media, non implicat, quod de eodem objecto sint simul in eodem intellectu, quia ex eo solum tequeretur, intellectum per unum medium cer-

tificari de tali objecto , & non per aliud.

Sed contr. Adhuc per diversa media non potest intellectus esse certus , & incertus simul de eadem veritate: ergo solutio contrariorum falso nititur principio. Prob. a.ñs. Idem intellectus , nec per diversa media potest simul cognoscere eandem veritatem clare , & obscurè : ergo. Prob. a.ñs. Gratia , & peccatum ; lux , & tenebræ non possunt esse simul , licet ex diversis causis proveniāt , quia privativè opponuntur ; sed etiam cognoscere clare , & obscurè idem objectum , privativè opponuntur: ergo nec per diversa media idē intellectus potest cognoscere eandem veritatem clare , & obscurè.

Unde si ego per mediū scientificum certitudinem habeo de hac veritate : *homo est risibilis*: accedente ad ejus probationem medio probabili , cum medium scientificum non destruat , non facit me tali veritati cum formidine asseriri , aut judicare tale objectum aliter se habere posse. Admodum quo , me evidenter sciente aliquid , aut experimentaliter cognoscente , si aliquis accedit dicens , id ita esse , cum talis autoritas dicentis non destruat mediū quo id cognosco scientificè , aut experimentaliter non facit me illud clare non cognoscere : pariter ergo in præsenti est discurrendum.

5 Dico 2. *Habitus scientie* , &

opinionis , non possunt naturaliter in eodem subjecto compati; bene tamen de potentia Dei absoluta. Hæc conclusio habet duas partes probandas , & quod 1. sic prob. Licet habitus scientiæ , & opinionis non dicant oppositionem actualem privativam , illam tamen important indirectè , & illative : ergo naturaliter compati non possunt in eodem subjecto. Prob. a.ñs. Habitus scientiæ , & habitus opinionis sunt inclinationes proximæ ad actus privativè oppositos inclinantes ; sed implicat aliquos actus opponi inter se , & ipsos habitus ad tales actus inclinantes , non opponi : ergo licet habitus scientiæ , & habitus opinionis non dicant oppositionem actualem privativam , illam tamen important indirectè , & illative. Prob. min. Inclinationes in tantum dicuntur oppositæ , in quantum ad motus oppositos inclinant: ergo ubi ipsi motus , seu actus oppositi sunt , inclinationes ipsæ oppositæ esse debent indirectè , & illative privativè ; & directè , & immediate contrarie: ergo implicat , aliquos actus opponi inter se , & ipsi habitus ad tales actus inclinantes , non opponi , vel oppositione privativa mediata , vel oppositione contraria immediata: ac proindè erunt incompatibilis in eodem subjecto naturaliter , eo modo quo in illo sunt incompatibilis formæ contrariae.

6 2. Vero pars concl. prob. Habitus scientiæ , & opinionis utct-

uterque est positivus, & unus non dicit actualem privationem alterius: ergo poterunt de potentia absoluta simul compati. Prob. hæc conseq. Eo ipso, quod tales habitus uterque sit positivus, & unus non dicat privationem alterius, se habent adinvicem, ut formæ contrariae; sed formæ contrariae saltē in gradibus remissis simul compati, & in sententia satī probabili etiam possunt compati in gradibus intensis: ergo si habitus scientiæ, & opinionis se habent, quatenus est ex se, ut formæ contrariae, possunt de potentia Dei absoluta simul compati.

7 Dico 3. *Habitus scientiæ naturaliter est compatibilis cum actu opinionis: habitus tamen opinionis non potest naturaliter compati cum actu scientifico: bene vero de potentia Dei absoluta.* Hæc concl. habet tres partes probandas, & quantum ad 1. & 2. prob. sic. Inter habitum, & actuū non datur formalis, & directa oppositio, sed tantum īdirecta, ratione videlicet habitus, quem causat; sed actus scientiæ infert infallibiliter habitum, secus tamen actus opinionis: ergo actus scientiæ non potest naturaliter compati cum habitu opinionis, bene vero actus opinionis cum habitu scientiæ. Min. quantum ad 2. partem constat, siquidem habitus opinionis, sicut & vitij non generatur uno actu. Quantum ad 1. vero sic prob. Actus scientiæ, cum sit perfecta at-

tingentia objecti convincit intellectum circa veritatem illius; sed eo ipso, quod convincent intellectum, producit in illo facilitatem, & habitum: ergo actus scientiæ infert infallibiliter habitum scientificum: ergo si iste cum habitu opinativo non potest naturaliter compati, nec actus scientificus potest naturaliter compati cum habitu opinativo.

8 Ex qua doctrina clarissime īfertur 3. pars coacl. Nam de potentia aboluta posito actu scientifico, potest non ponī habitus scientificus: ergo actus scientificus de potentia Dei absoluta potest compati cum habitu opinativo. Prob. aīs. Producere habitum non est effectus primarius absoluē conveniens assensui scientifico, sed effectus secundarius illi conveniens, ex suppositione, quod habitus non sit productus per aliam demonstrationem: ergo de potentia Dei absoluta posito actu scientifico, potest non ponī habitus scientificus: ac proinde actus scientificus, tunc casus cōpatibilis esset cum habitu opinativo. Immo, & si in omni eventu, & essentialiter actus scientificus produceret habitum, adhuc de potentia aboluta esset cōpatibilis cum habitu opinativo, ut ex 2. concl. patet.

9 Contr. 1. concl. Obijc. 1. Cognitio opinativa, secundum D. Tho. non excluditur per cognitionem scientificam ejusdem objecti: ergo actus scientiæ, &

opinionis possunt in eodem compati, & circa eandem veritatem. Prob. añs. D. Tho. 3.p. q.9. at.3. ad 2. sic loquitur: *Opinio ex syllogismo dialektico causata est via ad scientiam, quæ per demonstracionem acquiritur, qua tamen acquisita potest remanere cognitio, quæ est per syllogismum dialecticum, quasi consequens scientiarum demonstrativam, quæ est per causam.* Et in 3. dist. 31. q.2. at.1. q.2. ad 4. sic ait: *Opinio, & scientia quamvis sint de eodem, non tamen secundum idem medium, sed secundum diversa, & ideo possunt esse simul: ergo.*

Resp. neg. añs. ad cuius prob. explico D. Tho. acquisira scientia potest remanere cognitio, quæ est per syllogismum dialecticum, potest remanere, ut *opinativa est*, neg. añs. *præbenda maiorem extensionem ex parte subjecti*, conc. añs. & neg. conseq. Dicimus ergo, quod D. Tho. in neutro testimonio intendit, quod scientia, & opinio simul possint compati, nec per unum, nec per diversa media, alias, ut vidimus in principio quæst. esset sibi contrarius; sed quod intendit est, non quod maneat ipsa cognitio opinativa, ut opinativa est, alias intellectus sentiretur illi veritati cum formidine, & absque formidine, quod implicat: unde adveniente cognitione scientifica manet cognitio habita per syllogismum dialecticum, quatenus ipsa cognitio scientifica manet cum majori extensione subjecti; quia cognoscit

saltē in actu signato, quod tale objectum, quod per demonstrationem attingitur non solum habet necessariam connexionem cum causa per quam demonstratur, sed probabilem etiam cum causa dialectica, seu syllogismo dialectico: cognoscit ergo intellectus talem veritatem esse cognoscibilem opinative per medium probabile; non tamen illam cognoscit tunc casus opinative, propter incapacitatem subjecti.

10. Obijc. 2. Eodem modo cum assensu scientifico est incompatibilis opinio, ac fides humana; sed fides humana potest pervenire ad tantum certitudinem, & claritatem, ut cum illa non sit incompatibilis assensus scientificus: ergo similiter, & opinio. Prob. min. Nam omnibus uniformiter, & absque contradictione alicujus testantibus, se vidisse solis Eclypsium, id fide humana credo; & tamen, ita omnino certe, & absque formidine, quod si postea scientifice per demonstrationem Astrologicam id cognoscam, non sit, per quid talis assensus scientificus cum prædicto assensu fidei humanae repugnet, cum uterque sit certus, & evidens: ergo.

Resp. dist. mai. Eodem modo cum assensu scientifico est incompatibilis opinio, & fides humana, quæ manet intra limites fiduci humanae, conc. mai. quæ pervenit ad certitudinem scientia moraliter evidentis, neg. mai. eadem dist. min. neg. conseq. Ex hoc nam-

namque arg. solum convincitur tales assensus esse simul compatibles, quando assensus fidei humanae pervenit ad certitudinem scientiae moraliter evidenter, medio hoc discursu: *Id quod omnes uniformiter, & absque contradictione aliquorum se vidisse testantur, ita revera est; sed omnes uniformiter, & absque contradictione aliquorum se vidisse testantur solis eclipsim: ille igitur vere fuit.* Cujus discursus, cum major evidenter moraliter cognoscatur, & minor experientia auditus, ex talibus præmissis deducitur assensus conclusionis, quoad an est, certus, & evidens, certitudine, & evidentia morali (ut q. 13. diximus) ac proinde scientificus, nec incompatibilis cum assensu ejusdem conclusionis à priori scientifico.

¶ Hæc diximus conformiter ad nostram sententiam, & doctrinam traditam q. 13. quia in opposita sententia facilius resp. ad arg. conc. mai. neg. min. Numquam enim in hac sententia fides humana potest ad tantam certitudinem pervenire, ut excludat omnem hæsitationem, & formidinem; quia cum nitatur testimonio fallibili hominum juxta illud, *omnis homo mendax*, & solus Deus sit, qui nec potest fallere, nec falli, semper intellectus sola fide humana facilest assentitur conclusioni cum formidi alterius partis, qui assensus est cum assensu scien-

tifico incompatibilis:

12 Obijc 3. Eandem oppositionem habent actus scientiae, & opinionis, ac habent habitus: ergo vel isti non possunt compati adhuc de potentia Dei absoluta; vel de eadem potentia etiam possunt compati actus. Proh. ahs. Sicut actus scientiae est certus, & actus opinionis incertus, ita etiæ & habitus scientiae est certus, & habitus opinionis incertus: ergo.

Resp. neg. ahs. quia actus scientiae actualiter communicat subjecto suam certitudinem, & actus opinionis suam incertitudinem; & cum implicet, quod idem intellectus sit simul actualiter in exercitio certus, & incertus: hinc fit, quod actus scientiae, & opinionis nulla potentia possunt compati. At vero habitus scientiae, & opinionis habet suam certitudinem incertitudinem, quasi in potentia, & in actu primo, & actualiter non explicata in actu; ac proinde non communicant illam subjecto in exercitio. Et consequenter saltem divinitus in eodem intellectu possunt compati habitus. Et hæc de toto opere Logicæ, cedantque in laudem Dei, Deiparæque Mariæ, SS. P. N. Dominici, S. Thomæ Aquinatis, Paulique Doct. Gentium, cuius cognomèto; undecim in Millium Virginum, cuius Patrocinio hoc Insigne Cœnobium, gloriatur, & gaudet.

(o)

INDEX

QUÆSTIONUM , QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

Liber I. *De Proœmialibus.* pag. i.

Quest. 1. Utrum Logica sit hominibus ratione earum propriæ formæ necessaria? 1.

Quest. 2. Utrum Logica sit necessaria ad alias scientias? 5.

Quest. 3. Utrum Logica sit prius , quā omnes alia scientiæ , acquirenda? 16.

Quest. 4. Utrum habitus Logicæ docentis , & utens realiter distinguantur? 19.

Quest. 5. Utrum Logica sit Scientia? 26.

Quest. 6. Utrum Logica sit una specie? 31.

Quest. 7. Utrum Logica sit simplex qualitas? 34.

Quest. 8. Utrum Logica sit habitus practicus , an vero speculatorius? 42.

Quest. 9. Utrum objectum Logicæ sit ens rationis? 45.

Lib. 2. *De ente rationis.* pag. 51.

Quest. 1. Utrum detur ens rationis , & quid sit? 51.

Quest. 2. Utrum ens rationis in denominationibus extrinsecis consistat? 55.

Quest. 3. Utrum ens rationis solum existat , dum actualiter consideratur ab intellectu? 61.

Quest. 4. Utrum à solo intellectu ens efficiatur rationis? 67.

Quest. 5. Utrum solus intellectus humanus cōficiat ens rationis? 72.

Quest. 6. Utrum recte dividatur ens

rationis in privationem , negationem , & relationem? 78.

Quest. 7. Utrum prima , & secunda intentione sint aliquid rationis? 82.

Quest. 8. Utrum prima , & secunda intentione rationis habeant fundatum à parte rei? 85.

Lib. 3. *De Universalibus.* pag. 90.

Quest. 1. Quid sint , & an dentur in rebus universalibus? 90.

Quest. 2. Utrum dari possit natura universalis separata ab omnibus singularibus? 96.

Quest. 3. Utrum à parte rei detur unitas formalis minor unitate numerali? 101.

Quest. 4. Utrum unitas formalis identificetur cum unitate numerica , & ad illius multiplicationem multiplicetur , & quānam sit inter illas distinctio? 105..

Quest. 5. Utrum inter formalitates realiter identificatas detur præcisio objectiva? 111.

Quest. 6. Utrum detur natura aliqua creata habens à parte rei unitatem formalem pluribus communem? 117.

Quest. 7. Utrum à parte rei detur universale formaliter? 124.

Quest. 8. Per quam actionem intellectus fiat universale formaliter? 128.

Lib. 4. *De Prædicabilibus.* pag. 1.

Quest. 1. Utrum universale adæquate dividatur in quinque prædictabilia? 1.

Q.

- Q. 2. Utrum universale sit genus ad quinque praedicabilia? 6.
- Q. 3. Quodnam sit diffinitum in diffinitione generis? 10.
- Q. 4. Utrum diffinitio generis sit bona? 17.
- Q. 5. Utrum compositio ex genere, & differentia sit vera compositio, & an sit realis, vel rationis? 24.
- Q. 6. Utrum diffinitio speciei subiectibilis sit bona? 32.
- Q. 7. Utrum diffinitio speciei praedicabilis sit bona? 34.
- Q. 8. Qualiter in specie respectus subiectibilis, & praedicabilis inter se comparentur, & secundum quem illorum sit universalis? 36.
- Q. 9. Utrum genus in unica specie, & species in unico possit salvare individuo? 39.
- Q. 10. Utrum natura creata, cui habere plura individua repugnat, possit esse species praedicabilis? 42.
- Q. 11. Utrum diffinitiones individui à Porfirio assignatae sint bona? 49.
- Q. 12. Utrum divisio differentiae in communem, propriam, & propriissimam, & aliæ differentiae divisiones sint bona? 52.
- Q. 13. Utrum divisio differentiae in communem, propriam, & propriissimam sit analoga? 55.
- Q. 14. Utrum diffinitiones differentiae à Porfirio assignatae sint bona? 57.
- Q. 15. Utrum diffinitio differentiae praedicabilis, omnibus com-
- petat differentijs? 59.
- Q. 16. Utrum divisio proprij, & illius diffinitio recte assignetur à Porfirio? 63.
- Q. 17. Vtrum proprium, & differentia constituantur in ratione universalis per ordinem ad speciem, an per ordinem ad individua? 67.
- Q. 18. Vtrum diffinitionem, & divisionem accidentis recte tradat Porfirius? 72.
- Lib. 5. De Predicationibus. pag. 79.
- Q. 1. Vtrum concretam de concreto medijs terminis prime intentionis vere prædicentur? 79.
- Q. 2. Vtrum abstracta de concretis, & concreta de abstractis medijs nominibus prime intentionis vere prædicentur? 81.
- Q. 3. Vtrum abstracta de abstractis medijs nominibus prime intentionis vere prædicentur? 85.
- Q. 4. Vtrum medijs nominibus 2. intentionis concretum de concreto, & abstractum de abstracto possit prædicari? 89.
- Q. 5. Vtrum medijs nominibus 2. intentionis concreta de abstractis vere prædicentur? 90.
- Q. 6. Vtrum 2. intentiones universalium de primis intentionibus, & secundæ intentiones singulares de primis universalibus prædicari possint? 92.
- Lib. 6. De ante prædicamentis. pag. 95
- Q. 1. Quid sit prædicamentum, & ante prædicamentum, & quare ante prædicamenta ad prædicamenta præmitantur? 95.
- Q. 2. Vtrum diffinitiones universales

- corum, & equivocorū à Philosopho assignatae sint bona? 97.
- Q. 3. Utrum diffinitio de hominatiorum sit recte à Philosopho assignata? 99.
- Q. 4. Utrum duæ divisiones ante prædicamentales recte tradantur ab Aristotele? 101.
- Q. 5. Utrum duæ regulæ ante prædicamentales à Philosopho assignatae, sint veræ? 103.
- Q. 6. Quid, & quotuplex sit analogum, & quas habeat proprietates? 105.
- Q. 7. Utrum præcedentes divisiones analogorum sint bona? 109.
- Q. 8. Utrum diffinitio analogorum attributionis sit bona? 112.
- Q. 9. Utrum prima proprietas analogorum attributionis in omnibus analogis attributionis salvetur? 114.
- Q. 10. Utrum secunda proprietas analogorum attributionis omnibus analogis attributionis conveniat? 116.
- Q. 11. Utrum tertia proprietas analogorum attributionis, omnibus analogis attributionis conveniat? 120.
- Q. 12. Utrum diffinitio, & proprietates analogorum proportionalitatis, omnibus illis competant? 122.
- Q. 13. Quæ sint causæ analogie, & an sola transcendentia, illa causare sufficiat? 125.
- Q. 14. Utrum ens transcendat ultimas rerum differentias? 129.
- Q. 15. Utrum ens respectu omnium suorum inferiorum sit univ-
- erum, & equivocum, vel analogum? 135.
- Q. 16. Qualem analogiam habeat ens ad Deum, & creaturas, & ad substantiā, & accidentis? 139.
- Q. 17. Utrum detur unus conceptus entis omnino præcisive à suis inferioribus? 141.
- Q. 18. Utrum ens reale creatum adæquate dividatur in decem prædicamenta? 147.
- Lib. 7. *De Prædicamentis*. pag. 150.
- Q. 1. Quid sit substantia, & quod illius constitutivum? 150.
- Q. 2. Qualis sit divisio substantiarum 1. & 2. substantiarum? 153.
- Q. 3. Utrum diffinitiones 1. & 2. substantiarum sint bona, & alia, quæ in prima parte hujus capituli asserit Philosophus, sint vera? 155.
- Q. 4. Utrum non solum substantia creata, sed etiam Deus ponatur in hoc prædicamento? 158.
- Q. 5. Quæ sint substantiarum proprietates, & an esse susceptivam contrariorum sit proprietas quarto modo illius? 165.
- Q. 6. Quid sit quantitas? & quæ eius ratio formalis, vel constitutivum? 168.
- Q. 7. Utrum substantia corporea independenter, & antecedenter ad quantitatem actualem, habeat partes substantialiter, & ētitative actualiter distinctas? 173.
- Q. 8. Utrum quantitas realiter distinguatur à re quanta? 178.
- Q. 9. Utrum divisio quantitatis in continuam, & discretam sit generis in species, & linea, super-

pericies, & corpus sint veræ species quantitatis continuæ? 182.

Q. 10. Vtrum locus sit propria species quantitatis continuæ à superficie condistincta? 185.

Q. 11. Vtrum tempus, & motus sint veræ species quantitatis? 187.

Q. 12. Vtrum unitas, quæ est principium numeri de prædicamento quantitatis, addat aliquid supra quantitatem continuam? 189.

Q. 13. Vtrum numerus prædicamentalis sit ens reale, ens per se, & vera species quantitatis? 191.

Q. 14. Vtrum oratio sit vera, & distincta species quantitatis discretæ? 195.

Q. 15. Vtrum proprietates quantitatis recte à Philosopho assignentur? 196.

Q. 16. Quid sit relatio secundum esse, & an sit à relatione secundum dici distincta? 199.

Q. 17. Vtrum dentur aliquæ relationes reales? 201.

Q. 18. Quid requiratur ad relationem prædicamentalem? 205.

Q. 19. Quot sint fundamenta relationis prædicamentalis? 206.

Q. 20. Vtrum relationes prædicamentales possint esse fundamentum alias relationum prædicentalium? 210.

Q. 21. Vtrum relatio prædicamentalis distinguitur realiter à suo fundamento? 212.

Q. 22. Vtrum relatio prædicamentalis terminetur formaliter ad

relativum, an vero ad absolute? 216.

Q. 23. A quo desumatur unitas formalis, & numerica relationis? 224.

Q. 24. Vtrum quatuor proprietates relativorum sint recte assignatae? 228.

Q. 25. Quid sit qualitas, & an recte à Philosopho diffiniatur, ejusque species sint recte assignatae? 229.

Q. 26. Vtrum recte assignentur proprietatis qualitatis? 233.

Q. 27. Vtrum sex ultima prædicamenta sint formæ absolutæ, & intrinsecæ? 235.

Q. 28. Quid sint actio, & passio, & quæ earum species, & proprietates? 238.

Q. 29. Quid sint reliqua quatuor prædicamenta, & quas habeant species, & proprietates? 240.

Q. 30. De oppositis, & cuiusvis oppositionis cōditionibus? 242.

Q. 31. De quatuor reliquis post prædicamentis? 244.

Lib. 8. *De posterioribus*? pag. 246.

Q. 1. Quænam sint necessaria ad demonstrationem? 246.

Q. 2. Vtrum assensus præmissarum concurrat efficienter ad assensum conclusionis? 249.

Q. 3. Vtrum ex assensu præmissarum necessitetur intellectus ad assensum conclusionis? 253.


Q. 4. Quid, & quotuplex sit propositio immediata, & per se nota? 257.


Q. 5. Quid sit propositio de omnibus qui sunt modi per se, & quid sit

- fit prædicatum universale? 259.
Q. 6. Vtrum recte ab Aristotele
diffiniatur demonstratio? 262.
Q. 7. Vtrum præmissæ sint certio-
res conclusione? 263.
Q. 8. Vtrum adæquate dividatur
demonstratio in demonstratio-
nem quia, & propter quid? 266.
Q. 9. Vtrum divisio demonstra-
tionis in demonstrationē quia,
& propter quid, sit univoca?
269.
Q. 10. Vtrum omnis demonstra-
- tio circularis sit viciosa? 274.
Q. 11. Quid sit scientia? 273.
Q. 12. Quid sit scientia subalter-
nans, & subalternata? 275.
Q. 13. Vtrum in non habente
scientiam subalternantem, sub-
alternata sit vere scientia? 278.
Q. 14. A quo desumatur unitas, &
diversitas scientiarum? 282.
Q. 15. Vtrum scientia, & opinio
circa idem in eodem subiecto
possiat esse simul? 286.

FINIS!







Chancery of Queen Elizabeth

27. Dic de 1758
Man. Linoone

Mariazen
4 susanto

uan

Antonio

Diaz

Diaz

Diaz

Diaz


Diaz

Diaz

Diaz

Diaz





7

29

6.320